

La coperta originale in mezza pergamena del sec. XVIII è conservata, con quelle degli altri volumi della pubblicazione, in custodia di cartoncino (collocazione: 31. 7. F. 10-13 bis).

4/8/2010

Ruscelli Massa

PRIMA SECVNDAE PARTIS
Summæ Theologiæ

S. THOMAE DE AQVINO
DOCTORIS ANGELICI,
ORDINIS PRAEDICATORVM.

De { *Vltimo fine humanæ vitæ.*
{ *Virtutibus, & Vitijs in genere.*

CVM COMMENTARIIS R. D. D. THOMÆ DE VIO CAIETANI, CARDINALIS S. XISTI.

Quæ verò tùm in textu, cùm in Commentarijs Quæstionum, & Articulorum continentur, Quatuor sequentes INDICES aptissimè dilucidant.

Theologorum autem disputantium citationes, sicut in frontispicio totius Summæ apparet, ad maiorem studiosorum commoditatem, nunc diligentissimè

IN LVCEM EDITÆ.

Eiusdem verò S. Tho. De Præscientia, & Prædestinatione Tractatu in fine posito.



VENETIIS, APVD IVNTAS
M D LXXXVIII.
Cum Licentia Superiorum, ac Priuilegiis.

IN PRIMA SECVNDÆ HABENTVR.


Commentaria Reuerendissimi Cardinalis S. Sisti D. Th. doctrinam explicantia,

Et Quæstio S. D. De Præscientia, & Prædestinatione.

AD REVERENDISSIMVM IN CHRISTO PATREM, ET D. D. NICOLAVM DE FLISCO, S.R. Ecclesiæ Episcopum Cardin. Sabinensem.

Thomæ De Vio Caietani, tunc Prædic. ordinis Generalis Magistri, nunc Sancti Xisti presbyteri Cardinalis, in Primæ Secundæ D. Thomæ Aquinatis Commentarios.

PRÆFATIO.



QVI Orthodoxam Ecclesiam Reuerendissime in Christo Pater, pomarium esse cultissimum fœcundisque arboribus consitum dixerint, non modo eos non aberrare vspiam, sed rectissime etiam sentire contenderim; quippe qui à principe illo uatum Moise, in ipsis prope historiæ suę foribus assertum hoc propalam fore, ac procul, ab ænigmatibus esse non ambigant. Neque enim aliud paradisus ille a Deo plantatus, aquis irriguus plãtis, pomiferis consitus, in quo & primus est homo positus, quàm Christi refert Ecclesiam, baptismi fonte vitæque arbore (quæ Christus est) tum diuorum hominum disciplinis, illustrium plantarijs exornatam. In hunc, cum multi ad eximendam famem, capiendaque pocula passim adcurrant, accessi & ego, & mea sponte cupidus, tum maxime ab Aquinate Salomone (ita enim appellare libet) accitus (quis enim tam mentis inops, ac stolidus, vt aduocantem ad conclusum hortum dilectos suos, vt comedant fructus pomorum suorum, non libenter audiat, non gradu concito sequatur?) accessi. Neque nuper solum, sed quàm primum mihi per ætatem licuit ac sub opacis proceræ illius ac feracis arboris ramis, procul a sæculi curis, procul a passionum æstibus recreatus, ad radices diu admirans potius arboris celsitudinem, pomorumque copiam ac suauitatem, quam delibans admodum, sessitaui: vbi vero auctis viribus illam conscendi, pomaq; ad libitum colligens, degustaui, tantus me subito illorum amor incessit, vt non diebus, non noctibus, a legendis illis ac vorandis abstineam. Sed qui me voluptate hac affectum męror inualerit, nescio, dum exceptis paucis, reliquos vel in mãdendis siliquis, vel estringendis glandibus occupatos, a nostræ procul arboris dulcedine video

constitisse. Quam ego rem nō aliunde puto, q̃ ex infirmis viribus, neq; ad censum commodis prouenire, cū simile veri nullo pacto fiat, vt vbertatem tantam negligerent. Hos itaque, Pater amplissime miseratus, cum nobisipsis tantum nati non simus, curaui, collectis pomis ac prębitis, ne ieiuni ac famescentes interirent. Quod cum aliàs in lucubrationibus meis effecissem, idem nunc in Commentarijs in Secundę Primā, ea potissimum ratione feci, quod præter illius præstantiā, tum in Theologia, tum in ea Philosophię parte, quę de moribus agit, hic mihi Liber ita videbatur esse omnibus necessarius, vt absq; illo fieri, vel ingenti cum iactura, vel nullo modo posset. Complectitur enim prima illa rerum capita, sine quibus aut caliges in cæteris, opus est, aut cæcutias. Adde & vtilitatem, quæ tāta in illo est, vt a cunctis simul ordinibus, ad hunc sit quasi ad perennem ac lympidum fontem adcurrendum. Quis etenim Doctorum, sine Thoma, non aridus videri poterit ac ieiunus? Quis sacerdotū non Baculo Aquinatis innixus, in expiandis peccatis populorum, non sæpe cespitabit? Eneruati proculdubio erūt, ac sine uiribus absq; hoc de pulpitis declamātes, in tantaq; legum affluentia, periti Cæsarei, Pontificijq; Iuris inopes & egētes. Sicuti vero Aquinatis Thomæ inter Prędicatores principis, fructus decerpere nullus debuit, prius quā Caietan. Thomas in Prædicatorij gregis specula cōstitutus, ita profecto a nullo melius accipiendi sunt, atq; auidius comedendi, quam ab eo, qui Prædicatores tanta est charitate complexus, vt bonos in illis mores confirmans, nunc restituens collabentes, in fouendis protegendisq; illis, & omnibus præstet, & a nemine superetur. Accedit, quod nobilissimi viri, ac supra fidē doctissimi (qualis est Aquinas noster) nobilissimo in primis & inter eruditos quotidie uictitanti, Commentaria iure quodam debita uidentur. Quæ duo, q̃ pari nexu in te vnū coiuerint, nō hominibus iam, sed ipsis ēt (si licet) brutis ac lapidibus colliquescit. Possemq; ego stolidior aliquādo forsitam uideri, si amorem tuum ac studium in eruditos uiros, si ēt familiæ tuæ, tum Pontificibus summis, tum longo Senatorum agmine (quanto. s. nullā in toto Christiano orbe reperias) exornatæ, recēsere laudes parauero. Superest, Reuerendissime pater ac domine, vt qñ neq; aurum neq; argentum mihi est, ac si maxime adesset (ea tua est integritas, quæ ad collucentia solum ista & fluxa non inhiet) vt hæc mea munera, ea qua dantur fronte, recipias & calathi tenuitatem, ipsorum fructuum, quos tibi nunc damus, & ampliores in posterum pollicemur, dulcore ac pinguedine metiaris. Vale feliciter.

CANONIZATIO S. THOMAE DE AQVINO ORD. PRÆDICATORVM,

Per Dom. Joannem Papam XXII. MCCCXXIII. 18. Die Iulij.



IOANNES Episcopus seruus seruorũ Dei. Venerabilibus fratribus vniuersis Patriarchis, Archiepiscopis, & Episcopis ac dilectis filijs electis Abbatibus, Prioribus, Decanis, Archid. Archipresbyteris alijsq; ecclesiarum prælatis, ad quos literę istę peruenerint salutem & Apostolicã benedictionem. Redemptionem misit vas populo suo, cũ Dei verbũ in virginalis vteri, thalamo sancti spiritus, cooperatione conceptũ caro factum est, & habitauit in nobis verbo suo nos instruens exemplo docens cęlestia reserans, occulta depromens miraculis roborans, ac [illegible] eloquij testimonijs futura eadem esse cõfirmans, tandẽ se Deo patri in ara crucis hostiam acceptabilem offerens peccata nostra pio cruore detersit descendensq; ad inferos ac die tertia resurgens a mortuis, & per quadraginta dies apparẽs Discipulis, & loquens de regno Dei, ipsis cernentibus est eleuatus in cœlum, & captiuã ducẽs captiuitatem dedit dona hominibus, quibus patefecere cœlum innotuit reserata dudum clausa in se credentibus, ianua paradisi. patet ergo cœlum credentibus, patet humilibus patet etiam his maxime qui honestatis paupertatis & obedientiæ votis se Deo aquo stulti per inobedientiam discesserunt voluntaria sponsione deuouent. Regnum enim cœlorum vim patitur & violenti rapiunt illud dum proprijs subactis affectibus uiolentia quędam ad superiora cõscendunt Hæc igitur B. Th. de Aquino ordinis fratrum prædicatorum, sacræ theologiæ doctor, nobilis quidem genere sed nobilior conuersatione, fama clarus, uita clarissimus, sedula meditatione reuoluens & attenta deliberatione discernens, dum adhuc infra pubertatis annos existeret ipsius ordinis prędicatorũ habitum suscepit in eo inuito et patre qui eius fęlicibus actibus inuidebat cõstantius mãsit ac in ipso tandẽ regularẽ professionẽ emisit ubi in breui adeo sciẽtia uita & moribus profecit, vt ætate adhuc iuuenis ad sacerdotium promoueretur & ad eiusdem Theologię magisterium Parisius loco vtiq; celeberrimo assumptus magno in ibi sui, suiq; ordinis ac Parisieñ. studij fauore per multorum annorũ curricula cathedram regeret magistralẽ. Quippe cum illi vita existentiã, conuersatio famã doctrina pareret opinionẽ, opera diuulgationẽ, eademq; tam breui confecta tpe admirationem merito exhiberent, vt illud psal. Rigans montes de superioribus su s de fructu operũ tuorum satiabitur terra in eo uerissime impleretur, quod utiq; thema idem sanctus dum esset in sacra pagina suscepturus assumpsit quodq; ut fertur reuelatione sibi prius suam orationem facta didicerat dum propter iuuentutem suam ipse se inabilem ad magisterium reputans quid proponeret in instanti principio hæsitaret. Nam & in primitiuis scientijs & diuersis philosophiæ partibus, vt non esset ociosus, sed operaretur terram, necnon in sacrę scripturæ pagina: tam super nouũ quàm vetus testamentũ scripta plurimaq; alia Dei opera in Dei laudem fideique dilatationem eruditionemque studentium, clara cum sciens esset famosa cum cognitus non absq; speciali Dei infusione perfecta. Doctrina quippe prudẽtiũ facilis, & oĩno scientis signum est posse docere. Profecit utiq; vir peritus a terrenorum ambitione semotus, & ad cęlestium assecutionem intentus ꝑfecto uacans studio intendebat Dei, pręte rmittebat terrena ut assequeretur ęterna, pręte rmittebat diuina ut roboraretur in schola, cum singulis diebus antequàm lecturus ascenderet, cathedram vel distraheretur ad aliam missam unam celebraret, aliam audiret vel duas integras missas si non celebrasset audiret, in quibus & alias in oratione cum in illa foret assiduus lachrymarum effusione mentis suę dulcedinem deuotionemq; Deo, cui nihil est absconditum reuelabat. Cumq; castitatis nitore canderet parsimonia deuota hanc custodiebat humilitatem. hanc eandem sobrietate medica nutriebat, adeo ut multi eum in carne uirginitate mansisse incorruptũ extimarent. Quod eiusdem sancti confessor ordinis memorati qui longo tempore ipsius confessionem audierat publice, vt ad nos testimonio fide digno peruenit coram omnibus die defunctionis eiusdem asseruit dicens. Ego confessionem generalem istius sancti uiri audiui de quo testificor, quia ita inueni eum purum sicut puerum quinque annorum, quia nunquam suę carnis senfit corruptelam. Qui præterea vir dei cibis religiosorum vestimentisq; communibus contentus cõuersatione mitis benignitate suauis, pietate misericors, humilitate subiectus cęteraque uirtutum uarietate redimitus, horum supercilium mulierumque cautius consortia spernebat, non elatus non pręeminens nec etiam disputans quod & interdum disputanti solet esse cõmercium iactator affectus, ut ampulosus etiam si sibi eadem inijcerentur ab alijs in illo palestrice silogizationis exercitio uteretur. Totus igitur Dei famulus diuinis operibus intentus aut eruditioni qua pręcellebat, aut prędicationi qua innotus erat aut orationi qua deuotus aut scripturę sacrę qua profundus sedulus uacabat adeo ut pręter naturalis necessitatis aut quietis horas nullum sibi aut uix temporis spatium relinquere ociosum. Appropinquante aũt die qua de hoc sęculo migraturus erat ad dominum, quaque deuicto triumphatoq; mundo in perpetuas ęternitates recipiendus erat in patria, nam bonorum laborum gloriosus est fructus cum a fęlicis recordationis Gregor. Pap. X. prædecessore nostro ad Lugdunense concilium diceretur esse uocatus de Neapoli veniens ubi tunc temporis more solito famosè legebat ut doctor, & per maritimam transiens cum ad monasterium Fossæ Nouæ ordinis Cistercien. Terraciuensis diocœ. parumper disgressurus pes dies aliquot antea ad ipsum ut illuc deferretur affectuose depostulans peruenisset, intrans monasterium plenus Dei spiritu hæc uerba protulisse refertur. Hæc requies mea in sæculum sæculi, hic habitabo quoniam

elegi

elegi eam. Quod verum eſſe euentus edocuit:& ſacri corporis ſui illic facta tumulatio manifeſtat. Cœpit enim
illic in infirmitate grauari eadem viribus paulatim deſtitui infirmitatem tamen ipſam, & ſi dierum plurium
non impatienter tolerans ſed equanimiter totus vt erat humilis patientia ſupportans:qua ſibimet leniret infir
mitatem: Deo obedientia placeret: miniſtris de ſe quod non extendebat aggeneraret reuerentiam: imitandę
quoque patientię exempla præberet: adeo ꝙ eiuſdem monaſterij foſſę nouę fratres inibi Deo deuotius famu-
lantes hæc in ſancto viro religionis exempla contemplantes illius tunc infirmantis corpore prompti obſeqjs
mancipati:quem utique tanta refertum patientia fore cernebant: ſinguli ligna de ſilua:ſinguli queq; illi oportu
na voluntariè proprijs humeris deferebant; non extimantes fore conueniens, vt brutorum animalium humeri
importandis eidem rebus accommodis præſtarēt obſequia: qui tantarum virtutū prærogatiua pollebat. Cūq;
in eadem infirmitate de qua obijt ſanctiſſimi Dei & domini noſtri Ieſu Chriſti corpus in cibum ſumendū ſibi
& viaticum deferretur totus profuſus in lachrymis, & dulci amore eiuſdem anima aſſueta dulcedine Dei li-
quefacta inter cætera multa, & decora quæ protulit hæc, vel ſimilia fidei,& deuotionis verba toto illius mona
ſterij Conuentu multiſque dictorum prædicatorum, & minorum ordinum aſſiſtentibus fratribus eructaſſe re-
fertur. Ego de iſto ſanctiſſimo corpore domini noſtri Ieſu Chriſti,& alijs ſacramētis multa docui, multa ſcripſi
in fide Ieſu Chriſti & ſanctę Romanæ Eccleſiæ cuius correctioni cuncta ſubijcio, cuncta ſuppono. Recepto de
inde ab ipſo eodem uiuifico ſacramento cunctiſq; alijs ſacramentis eccleſiæ, debita ueneratione cum lachry-
marum effuſione ſuſceptis tertio die obdormiuit in domino: cui credidit quem amauit & tota mentis affectio-
ne dilexit. Fidelis ſeruus,& prudens non pertinax non proprio ſenſui, aut prudentię innitēs,& nulla de ſe ſciē
tię ſuæ ſuperbus. nam qui ſcrutator eſt maieſtatis opprimetur a gloria, vnde ſapiēter doctor idem atque humi-
liter, vt præfati ſumus omnem ſuam verbo, uel ſcripto doctrinam ad eiuſdem eccleſiæ fidei normam fidei de-
uotione reduxit: qui Petri ore diffuſam ſtabilem nouerat:& nullis concuſſionum flatibus agitandā: cum prius
veram diuinitatis Chriſti recognitionem: qua reſpondit: tu es Chriſtus filius Dei uiui ab ipſo audire meruit: tu
es Petrus,& ſuper hanc petram ędificabo eccleſiam meam. Et alibi. Ego pro te rogaui Petre, vt non deficiat fi-
des tua. dumque pro Petro Chriſtus rogat pro eius eccleſia intercedit. Verum quia dignum erat,& conſonum,
vt quem Deus viuentem in hoc ſęculo tantis ſuis donis gratijſque perfecerat; aſſumptum in cælis ſanctifica-
tum forę hominibus declararet: multis eundem virum dei prius ipſius de hac uita tranſitum: licet,& antea nō
nulla feciſſe memoretur; magniſque fecit clarere miraculis: multis clariſq; ſignis glorioſis coruſcare, ut illud.
pſal. merito de ipſo dicamus. Scitote quia mirificauit dominus ſanctum ſuum: ſicque uita eius atteſtaretur mi-
raculis,& illius miracula uitæ teſtimonium perhiberent. De quibus pauca, de multis in Dei laudem,& ſancti
huius commendationem, & ædificationem fidelium idoneis approbata teſtibus pręſentibus ſubnectemus.

Poſt ſeptimum namque menſem, uel circa a die obitus ipſius ſancti Thomæ de Aquino cum corpus eius qđ
in Capella ſancti Stephani dicti Monaſterij, per idem tempus ſepultum extiterat: ad ſepulchrum eiuſdem pri-
mū, ſ. iuxta altare maius eccleſię monaſterij ãndicti, vn̄ ad tp̄s p monacos eiuſdē Monaſterij timoris cā ſubla
tū fuerat, ne corpus ipsū oīno de dicto Monaſterio tolleret p tranſlationē denuo exhumatū deferri exinde
decreuiſſēt, in apertura ipſius ſepulchri eiuſdē Capellæ ſancti Stephani tanta fragrantis odoris ſuauitas emana-
uit, ꝙ totam ipſa Capellā clauſtrumq; ipſius Monaſterij, qđ diffusū eſt, puta eadē ſuauitate repleuit. quæ de
ipſius corpore prout ex ſollicita curioſaq; monachorum indagine eſt, repertum mirificę fundebatur. propter
quod maiore per monacos concepta ad ipſum deuotione totus Conuentus proceſſionaliter: Priore tamen di-
cti Monaſterij, cum quibuſdam ex Monacis paramentis induto corpus ipſum, ad præfatum primum eius ſe-
pulchrum honorificè detulerunt, cantantes in craſtino propter illa, quæ viderant Miſſam veluti de vno Con-
feſſore ſolenniter: cum reputarent incongruum ſi Miſſa de requiem æternam, ac ſi pro defuncto, pro illo can-
tarent. Hanc ſimilem fragrantiā poſt ſeptem annorum ſpatium, quidam ex teſtibus. quidam verò poſt 14. an-
norum ſpatium ſenſiſſe ſe referunt. dum corpus ipſum diuerſis ex cauſis, per temporum vices ſedulo inſpe-
xiſſent. Quippe odor carnis eius munditiam Deo acceptam exprimebat: orationum eius odoramenta repræ-
ſentabat: famam quoque eius claram diffuſionem virtutum,& illarū aromata nō celabat. ¶ Quidā arte cirur
gicus: ſed p decennium infirmitate podagricus: ita ꝙ ire per ſe, vel ambulare nequaquam abſq; baculorū ſuſtē-
tatione, aut aliorum ſuffragio poterat: ſe Deo & beato Thomæ deuouens iuxta eius tumulū incūbens orōne
facta ſanus proſilijt,& currens: Deum laudans ꝙ meriti eius eſſent de tam longe infirmitatis langore curatus.
¶ Alter quidam ex horribili quadam uiſione fantaſmatis timiditate percuſſus pedibus manibuſque contractus
fuit:& ore ac facie diſtortus ſenſibus carens,& omni virtute deſtitutus ita ꝙ loqui non poterat ſed mortuo ſi-
milis videbatur: adeo, ut ignem eius membris admotum nullatenus ſentiret portatus ad tumulum illius poſt
morulam liber,& ſanus omnino a dicto ſepulchro ſurrexit. ¶ Alius dum non deuotè de ſancto ſentiret uirtu
tem Dei in ſancto in ſe duplicem eſt expertus, infirmitatis dum contemnit: ſanitatis dum a contemptus culpa
diſceſſit. Nā cū ſibi deuotionis cā a quodā Capellano plures uenerandę reliquię mōſtrarentur ipſe quoq, oſtē
ſor precioſiores adhuc ſe habere reliquias. videlicet manum fratris Thomæ de Aquino fateretur illico hūc de-
riſoriè de his truphantem, cum eas videre non curaret dicens ſanctus non eſt: ſed quidam ordinis Prædicatorū
frater: tremor appręhendit,& caput eius ad modum magnę ciſtę groſſum,& valde ponderoſum ſibi eſſe uide-
batur. Sed infirmitate correptus,& pęnitens ſimileq; da ſua incredulitate dictiſque deplorans dum ueniam a
ſacerdote petitam obtinuit reuerenter manum eiuſdē ſancti deoſculans confeſtim a tremore,& inflatione ca-
pitis liberatus euaſit: ſenſitq; progredientē, vt retulit maximū ex dictā manu ſuauitatis odorē. Qui odor eñ ip-
ſius curati caputio perſonęq, ex tactu manus eiuſdē per magnū tp̄s inhęreret multis eundē poſtmodum percipiē
tibus ſciſcitantibuſq; quid eſſet hoc ſigno narrare, quod acciderat,& ſi nolens miraculum cogebatur. ¶ Nota-
rius qdam dum ad menſam ſanus accederet ſurgens ab illa graui ſquinantiæ infirmitate percuſſus eſt. Duobus
diebus ppea linguam mouere non potuit, & loquelam amiſit. Cumq; multa medicorum remedia ei adhibita
quin eadem infirmitas in augmentum procederet non prodeſſent. immo de illo deſperarent ad ſanctum con-
ceptam

ceptam deuotionem, vt ad tumulū eius deferretur, quam lingua nō ualebat manus suæ scriptura deprompsit. Verum cum illuc repugnante uxore sua, quia mulieribus intrare præfati monasterij ecclesiā nō liceret, nequaquam duceretur ipse hoc infirmus aduertēs infra seipsum eidē beato uiro se ut eum liberaret affectuosius commendauit, cœpit ex hinc linguam ducere meliorari & conualere, ac breui tpis interuallo perfecte curatus fuit Dum alius quidā per septem hebdomadas, & ultra febre quotidiana, malo epatis, & stomaci affligeretur quadam die veneris, cū peius haberet auditis quibusdam miraculis, quę per uirū dei facta esse dicebantur cum se ad ipsum deuotione sequenti die Sabbati de sero, vxoris suæ suasibus eaque præsente deuouisset, die Dñicæ proximo in mane se a præfatis infirmitatibus plene repperit liberatū. ¶ Mulier quædam cū filium suum duorum mensiū decumbentem periclitari non immerito formidaret pro eo pñti φ per menses quatuor, ex surditate adeo grauata esset, vt decies exclamata uagientem et puerum vix audiret viri sui inductione qui mestua una cum illa cōis filij periculo condolebat prædicto viro dei, vt eam ab eadem infirmitate eriperet, obnixius deuouit. Emissoq; voto cum nocte secuta dormisset in crastino se liberatā sancti meritis repperit ut optabat. ¶ Puella gutturis sui fauces squinantiæ. habens infirmitate constrictas in tm, ut nec quid sumere solidum aut liquidum ualeret & anhelitus sibi meatus, vt vix respirare posset includeretur, dū deuotè se beato viro a matre persuasa commendaret, ductaq; foret in crastinum ad dictum monasterium Fossę nouę superpositis gutturi suo dicti viri sancti & reliquijs, in quadam capsa delatis confestim melioratam se sensit, panem comedit perfecteq; sanata redijt. ¶ Quidam præfati monasterij Fossę Nouæ conuersus adeo grauem in brachio dextro & spatula dolorē patiebatur, ut ipsum brachium quod per trium mensiū, cum dimidio spatium detulerat suspensum ad collum ei esset inutili dolore præsertim uehementer afflictum, qui cum requisitū medicorum remedium inhæreret & amplius dolore grauaretur, dum dicto sancto pro sua liberatione, se quodam emisso voto commendasset seq; supra eius tumulum posuisset, ibidem obdormiuit ac excitatus, deinde a quodam dicti monasterij monaco brachiū, quod lintheo prius habebat, incumbens collo adhuc dependenti extractū ab eo, reperit excitatorumq; a somno more, dum ambas manus capiti suo, vt ipsum scalperet apposuisset se liberatū intellexit ac astantibus quod notū fuerat miraculum reuelauit. ¶ Infans quidā quatuor ann. tumorem & ruborem in costis, & cute vsq; ad pedem patiebatur adeo afflictiuum, vt nec a matre sua uel alio tangi sine læsione, & clamore, suo aliquatenus potuisset mouere, se non potuerat per mensem in tanto dolore & in anxietate fuit. a medicis spes curationis eius, sine incisione puerile non inueniebatur, illaq; si fieret perpetuo eum in persona futurum impeditum mestis amaritudine, mentibus nunciabat. deficiente natura artisq; suffragio non inuento recursum est ad Deum, qui gloriosus est in sanctis suis faciens prodigia. Nam mater infantuli quæ ipsum diligebat, vt mater eum B. T. deuotius cōmendauit, vt a dicta infirmitate sine incisione suis meritis liberaret, delatus est puer ad monasteriū, positus super tumulum sancti postq; aliquantulam morulā sanus idem surrexit. ¶ Hæc sunt igitur testimonia tua Deus, quæ de hoc viro iusto nobis credibilia facta sunt nimis. nam si testimonium hoīum accipimus, testimoniū Dei maius est quo aīam eius cęlum possidere iam credimus intercessorem ipsum expectamus, ac inter sanctorum agmina quasi stellam matutinam eū fidimus esse locatum vnde fidē tuam in nobis bone Iesu, nutris spem erigis dilectionis charitatem accendis. Lætetur itaq; mater ecclesia, exultet Italia, parens campania iocundetur, prædicatorū sacer ordo iam iubilet, religiosorum deuotio concrepet, doctorum turba cōplaudat, ascendat ad studia iuuenes, prouecti non torpeant, senes delectentur in illis, omnes in humilitate proficiāt, prouecti contemplationem non deserant, mandata Dei seduli exequantur. Nam dedit illi Deus cor ad præcepta & legem uitæ & disciplinæ, & sapientia humiliati exaltauit caput illius in medio ecclesiæ aperuit os eius, & impleuit eum dñs spiritu sapientiæ & intellectus stolam glorię induit illum. nam veritas quæ est Christus ipsa veris non fictis doctoribus pollicetur qui elucidant me uitam æternam habebunt, quamuis ipse verus iustitiæ sol stellarū illustratione nō egeat nec illarum iradiatione cū illuminentur ab ipso clarescat. Habitat. n. lucem inaccessibilem qui est splendor glorię & figura substantiæ eius idcirco tenebris non obscuratur: ut deficiat aut nebulis offuscatur, vt suæ claritatis radios nō diffundat. cæterum quia tōnis ordo depostulat, vt triumphantem in cęlis ecclesiam, deuota in terris militans subsequatur illū ueneratione præcipue percolat, quem in cęlestibus agminibus positum Deum glorificare cognoscitur, nos de sanctitate vitæ ac miraculorum veritate confessoris eiusdem non semel tm, sed primo & secundo, non festinè, sed maturè inquiri fecimus & per nos etiam & fratres nostros S. R. E. Cardinales inquisitionem huius exacta discussione examinauimus diligenter, vt tanto firmius quanto maturius tanto certius quanto disquisitius inquisitum & examinatū existeret, in sic arduo difficiliq; negocio procedere ualeremus. Difficile namq; extimamus q̄ in terra sunt & q̄ in prospectu sunt inuenimus cū labore q̄ aūt in cęlis sunt quis inuestigabit? Cumq; p huius nſam & eorundē fratrū nrorum examinationē sollicitā & sollicitudinē exaiatā vitā eius sanctā & miracula uera eius meritis facta ꝓbata esse cōstiterit & supplicantib. nobis idipsum humiliter & deuote multis, tūc p̄laris apud sedē Apost. ex nstibus de dictorū fratrū nrorū concilio & assensu auctoritate Dei oīpotentis, Pris & Filij Spūs sancti, & beatorū Petri & Pauli Apostolorū eius ac nra eū sanctorū cōfessorū cathalogo duximus ascribendū Ideoq; uniuersitatē vestrā monemus & hortamur attente p apostolica nobis scripta pcipiendo mādantes quatenus 9 Martij festū cōfessoris eiusdē deuote ac solēniter celebretis & faciatis à vestris subditis ueneratione debita celebrari, vt pia eius intercessiōe & hic a noxijs ꝓtegi & in futuro sempiterna gaudia cōsequi valeatis. Vt aūt ad venerabile eius sepulchrū ardētius & affluētius Christiani populi cōfluat multitudo ac celebrius eiusdē cōfessoris colat festiuitas oībus vere pœnitentib. & cōfessis qui cū reuerētia illuc in eodē festo annuatim accesserint ipsius suffragia petituri de oīpotentis Dei misericordia & eorūdē beatorū Petri & Pauli Apost. eius auctoritate cōfisi vnū annū & xl. dies accedentibus uero annis singulis ad prædictū sepulchrum, infra septē dies festū, ipsum immediate sequentes centum dies, de iniuncta sibi pœnitentia relaxamus. Datum Auinione xv. Calendas Augusti, Pontificatus nostri anno septimo.

Explicit Canonizatio B. Thomæ de Aquino ordinis Prædicatorum.

INDEX HVIVS
PRIMAE SECVNDAE PARTIS,
In quo loca communia Theologica explicantur.

FINIS.

PRIMAE SECVNDAE PARTIS SVMMÆ DIVI THOMÆ AQVINATIS.

QVÆSTIONVM ET ARTICVLORVM INDEX.

Qualis sit hæc doctrina, & ad quæ se extendat.

QVAESTIO PRIMA. ARTICVLI.

1 VTRVM *homini conueniat agere propter finem.*
2 *Vtrum agere propter finẽ sit proprium rationalis naturæ.*
3 *Vtrum actus hominis recipiãt speciem ex fine.*
4 *Vtrum sit aliquis finis vltimus humanæ vitæ.*
5 *Vtrum unius hominis possint esse plures vltimi fines.*
6 *Vtrum homo ordinet omnia in vltimum finem.*
7 *Vtrum idem sit vltimus finis omnium hominum.*
8 *Vtrum in illo vltimo fine aliæ creaturæ conueniant.*

QVÆSTIO II.

De beatitudine hominis, in quibus consistat. Et primo, Vtrum beatitudo hominis consistat in diuitijs.
2 *Vtrum consistat in honoribus.*
3 *Vtrum in fama, siue gloria.*
4 *Vtrum in potestate.*
5 *Vtrum in aliquo corporis bono.*
6 *Vtrum in voluptate.*
7 *Vtrum in aliquo bono animæ.*
8 *Vtrum in aliquo bono creato.*

QVÆSTIO III.

De beatitudine, quid sit. Et primo, Vtrum beatitudo sit aliquid increatum.
2 *Vtrum si est aliquid creatum, sit operatio.*
3 *Vtrum sit operatio sensitiuæ partis, aut intellectiuæ tãtum.*
4 *Vtrũ si est intellectiuæ, sit operatio ĩtellectus, an volũtatis.*
5 *Vtrum si est operatio intellectus, sit operatio intellectus speculatiui, aut practici.*
6 *Vtrum, si est operatio intellectus speculatiui, cõsistat in speculatione scientiarum speculatiuarum.*
7 *Vtrum sit in speculatione substantiarum separatarum, scilicet angelorum.*
8 *Vtrum sit in sola speculatione Dei, qua p essentiã uidetur.*

QVÆSTIO IIII.

De his quæ exiguntur ad beatitudinem. Et primo, Vtrum delectatio requiratur ad beatitudinem.
2 *Vtrum in beatitudine sit principalis visio, quàm delectatio.*
3 *Vtrum ad beatitudinem requiratur comprehensio.*
4 *Vtrum requiratur rectitudo voluntatis.*
5 *Vtrum ad beatitudinem hominis requiratur corpus.*
6 *Vtrum requiratur ad eam perfectio corporis.*
7 *Vtrum requirantur ad eam aliqua exteriora bona.*
8 *Vtrum requiratur ad eam societas amicorum.*

QVÆSTIO V.

De adeptione beatitudinis. Et primo, Vtrum homo possit cõsequi beatitudinem
2 *Vtrum vnus homo possit esse beatior alio.*
3 *Vtrum aliquis possit esse in hac vita beatus.*
4 *Vtrum beatitudo habita possit amitti.*
5 *Vtrum hõ per sua naturalia possit acquirere beatitudinẽ.*
6 *Vtrum homo consequatur beatitudinem per actionem alicuius superioris creaturæ.*
7 *Vtrum requirantur aliqua opera hominis ad hoc q̃ homo beatitudinem consequatur a Deo.*
8 *Vtrum omnis homo appetat beatitudinem.*

QVÆSTIO VI.

De voluntario & inuoluntario. Et primo, Vtrum in humanis actibus inueniatur voluntarium.
2 *Vtrum inueniatur in animalibus brutis.*
3 *Vtrum voluntarium possit esse absque omni actu.*
4 *Vtrum violentia voluntati possit inferri.*
5 *Vtrum violentia causet inuoluntarium.*
6 *Vtrum metus causet inuoluntarium simpliciter.*
7 *Vtrum concupiscentia causet inuoluntarium.*
8 *Vtrum ignorantia causet inuoluntarium.*

QVÆSTIO VII.

De circunstantijs humanorũ actuum, in quib. voluntarium & inuoluntarium inuenitur. Et primo, Vtrum circunstantia sit accidens actus humani vel quid sit.
2 *Vtrum circunstantiæ humanorum actuũ sint cõsiderandæ à theologo.*
3 *Vtrũ cõuenientes enumerentũ circunstãtiæ in 3. Ethicorum.*
4 *Vtrum sint principales circunstantiæ propter quid, & ea in quib. est operatio, ut dicitur in 3. ethicorum.*

QVÆSTIO VIII.

De voluntate quorum sit ut volitorum. Et primo, Vtrum voluntas sit tantum boni.
2 *Vtrum voluntas sit tãtum finis, an eorum q̃ sunt ad finem.*
3 *Vtrum volũtas, si est eorum quę sunt ad finem, uno actu moueatur in finem & in ea quæ sunt ad finem.*

QVÆTSIO IX.

De motiuo voluntatis. Et primo, Vtrum voluntas moueatur ab intellectu.
2 *Vtrum ab appetitu sensitiuo.*
3 *Vtrum moueat seipsam.*
4 *Vtrum moueatur ab aliquo exteriori principio.*
5 *Vtrum moueatur a corpore cælesti.*
6 *Vtrum moueatur a Deo solo, sicut ab exteriore principio.*

QVÆSTIO X.

De modo quo voluntas mouetur. Et primo, Vtrum voluntas ad aliquid naturaliter moueatur.
2 *Vtrum moueatur de necessitate a suo obiecto.*
3 *Vtrum moueatur de necessitate ab inferiori appetitu.*
4 *Vtrũ moueatũ de necessitate ab exteriori motiuo, q̃d est Deus*

QVÆSTIO XI.

De fruitione, quæ est actus voluntatis. Et primo, Vtrum frui sit actus appetitiuæ potentiæ.
2 *Vtrum frui conueniat tantum rationali creaturæ, an etiam animalibus brutis.*
3 *Vtrum fruitio sit tantum vltimi finis.*
4 *Vtrum sit solum finis habiti.*

QVÆSTIO XII.

De intentione, quæ est actus voluntatis. Et primo, Vtrum intentio sit actus intellectus, vel voluntatis.
2 *Vtrum sit tantum vltimi finis.*
3 *Vtrum aliquis possit simul duo intendere.*

3 Vtrum

QVAE-

QVÆ-

QVÆSTIO LXXXIX.

De veniali peccato secundum se. Et primo, Vtrum veniale causet maculam in anima.
2 De distinctione peccati venialis prout figuratur per lignū, fœnum, & stipulam. 1 ad Corint.
3 Vtrū homo in statu innocentiæ potuerit peccare venialiter.
4 Vtrum angelus bonus, vel malus possit peccare venialiter.
5 Vtrum primi motus sensualitatis infidelium sint peccata venialia.
6 Vtrum peccatum veniale possit esse simul in aliquo cum solo peccato originali.

QVÆSTIO XC.

De exteriori principio actuum mouente ad bonum, s. de lege in communi quantum ad eius essentiam. Et primo, Vtrū lex sit aliquid rationis.
2 De fine eius, Vtrum s. lex ordinetur semper ad bonum commune sicut ad finem.
3 De causa eius, Vtrum, scilicet cuiuslibet sit facere leges.
4 De promulgatione ipsius, Vtrum, s. promulgatio sit de ratione legis.

QVÆSTIO XCI.

De legibus quantum ad earum doctrinā. Et primo, Vtrum sit aliqua lex æterna.
2 Vtrum sit aliqua lex naturalis.
3 Vtrum sit aliqua lex humana.
4 Vtrum sit aliqua lex diuina.
5 Vtrum sit vna tantum, vel plures.
6 Vtrum sit aliqua lex peccati, seu fomitis.

QVÆSTIO XCII.

De lege quantum ad suos effectus. Et primo, Vtrum effectus legis sit homines facere bonos.
2 Vtrum effectus, seu actus legis sint imperare, vetare, permittere, & punire, vt legisperitus dicit.

QVÆSTIO XCIII.

De legibus in speciali quantum ad leges singulares, & de ipsa lege æterna. Primo, Quid sit lex æterna.
2 Vtrum sit omnibus nota.
3 Vtrum omnis lex ab ea deriuetur.
4 Vtrum necessaria, & æterna subijciantur legi æternæ.
5 Vtrum contingentia naturalia subijciantur legi æternæ.
6 Vtrum omnes res humanæ subijciantur legi æternæ.

QVÆSTIO XCIIII.

De lege naturali. Et primo, Quid sit lex naturalis.
2 Quæ sunt præcepta legis naturalis.
3 Vtrum omnes actus virtutum sint de lege naturali.
4 Vtrum lex naturalis sit vna apud omnes.
5 Vtrum sit mutabilis.
6 Vtrum possit a mente hominis deleri.

QVÆSTIO XCV.

De lege humana secundum se. Et primo, De vtilitate legis humanæ.
2 De eius origine, Vtrum scilicet deriuetur a lege naturali.
3 De qualitate eius.
4 De diuisione eiusdem.

QVÆSTIO XCVI.

De lege humana quantum ad eius potestatem. Et primo, Vtrum lex humana debeat poni in communi.
2 Vtrum lex humana debeat omnia vitia cohibere.
3 Vtrum omnium virtutum actus habeat ordinare.
4 Vtrum imponat homini necessitatem quantum ad forum cōscientiæ.
5 Vtrum omnes homines legi humanæ subdantur.
6 Vtrum his qui sunt sub lege, liceat agere præter verba legis.

QVÆSTIO XCVII.

De lege humana quantum ad eius mutationem. Et primo, Vtrum lex humana sit mutabilis.
2 Vtrum lex humana debeat semper mutari, quando aliquid melius occurrit.
3 Vtrum lex humana per consuetudinem aboleatur, & Vtrū consuetudo obtineat vim legis
4 Vtrum vsus legis humanæ per dispensationem rectorum debeat immutari.

QVÆSTIO XCVIII.

De veteri lege secundum se. Et primo, Vtrum lex vetus sit bona.
2 Vtrum sit a deo.
3 Vtrum sit a deo mediantibus angelis.
4 Vtrum data sit omnibus.
5 Vtrum omnes obliget.
6 Vtrum congruo tempore fuerit data.

QVÆSTIO XCIX.

De lege veteri quantum ad præcepta eius, scilicet, De præceptorum eius distinctione. Et primo, Vtrum veteris legis sint plura præcepta, vel vnum tantum.
2 Vtrum lex vetus contineat aliqua præcepta moralia.
3 Vtrum præter moralia præcepta contineat aliqua cærimonialia.
4 Vtrum propter hæc contineat aliqua iudicialia præcepta.
5 Vtrum propter præcepta moralia cærimonialia & iudicialia contineat aliqua alia.

QVÆSTIO C.

De præceptis veteris legis, & de moralibus. Primo, Vtrum omnia præcepta moralia veteris legis sint de lege naturæ.
2 Vtrum sint de actibus omnium virtutum.
3 Vtrum omnia præcepta moralia veteris legis reducantur ad decem præcepta decalogi.
4 De distinctione præceptorum decalogi.
5 De numero præceptorum decalogi.
6 De ordine eorundem.
7 De modo tradendi ipsa.
8 Vtrum sint dispensabilia.
9 Vtrum modus obseruandi virtutem cadat sub precepto.
10 Vtrum modus charitatis cadat sub præcepto.
11 De distinctione aliorum præceptorum moralium.
12 Vtrum præcepta moralia veteris legis iustificent.

QVÆSTIO CI.

De præceptis cæremonialibus veteris legis secundum se. Et primo, Quæ sit ratio præceptorum cæremonialium.
2 Vtrum sint figuralia.
3 Vtrum debuerunt esse multa.
4 De distinctione ipsorum.

QVÆSTIO CII.

De præceptis cęrimonialibus quantum ad suas causas. Et primo, Vtrum præcepta cęrimonialia habeant causam.
2 Vtrum habeant causam literalem, vel solum figuralem.
3 De causis sacrificiorum.
4 De causis sacramentorum.
5 De causis sacrorum.
6 De causis obseruantiarum.

QVÆSTIO CIII.

De præceptis cæremonialibus quantum ad eorum durationem. Primo, Vtrum pręcepta cærimonialia fuerint ante legem.
2 Vtrum in lege aliquam virtutem habuerit iustificandi.
3 Vtrum cessauerint Christo veniente.
4 Vtrum sit peccatum mortale ea obseruare post Christum.

QVÆSTIO CIIII.

De præceptis iudicialibus in communi. Et primo, Quę sint iudicialia pręcepta.
2 Vtrum sint figuralia.

FINIS.

PRINCIPALIVM SENTENTIARVM
PRIMÆ SECVNDÆ PARTIS
DIVI THOMAE AQVINATIS ANNOTATIO.

A

siuo

&

B

D


Doloris

finis

Prima

L

Legi


BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

O.

Odio

Sacer-

T

Tristitiam

FINIS.

COMMENTARIORVM PRIMAE SECVNDAE D. THO. AQVINATIS COPIOSISSIMVS INDEX.

A

Amoris

C

quia

Non

Non quàm citius potest deliberat, qui inter deliberādum ad aliud diuertit, ac per hoc qui ad aliud aspiciet uane, non q̄ cito potest de seipso deliberat, & sic est reus omissionis præcepti diuertendo, non quàm cito potest deliberando, q. 89. ar 6 f. 196. col. 4 I

¶ Denominatiuum extrinsecum nihil formale addit super denominatiuum formale, q. 20. arti. 4. fol. 51. col. 3. K

¶ Deriuatio. Actus.

¶ Desiderium. Intellectum humanum nō cognita prima causa nisi an est, habere naturale desiderium ad cognoscendam primam causam quid est, quomodo intelligatur, q. 3 ar. 8 f. 11. col. 1. E

¶ Desperatio ex parte obiecti est prior timore, & illius cā: timor uero ex parte modi attingēdi obiectū est desperationis causa, q 45. ar. 2. fol 91. col. 1. B

¶ Dialectica. Tam dialectica quàm demonstratiua docens est una, sed in usu est differentia, quia dialectica etiam utens est una, demonstratiua uero multiplex, q 57. ar. 9. f. 117. col 2. E

¶ Dispensationi rectoris subiacet defectus in persona uel casu, q. 97. ar. 4. f. 211. col. 1. E

Seclusa consuetudine, ex hoc ipso quòd aliquis constitutus est rector multitudinis, commissa quoque est sibi authoritas dispensandi in lege superioris, scilicet quo ad leuia, quo ad frequentia, & quo ad propria. Ibid. col. 2. B

¶ Dispersa inferius esse unita superius uerum est cæteris paribus, q. 23. ar 4. f 57. col. 3. F

¶ Dispositio. Hæc uerba literæ, In omni inordinata dispositione specifica sumitur ex parte causæ extrinsece, uel intrinsece, effectiue, uel formalis, de intrinseca uel quasi intrinseca causa propria uerificātur, non materiali ut sic: quoniam nulla res ponitur in esse per materiam, sed ex qua ponitur in esse quæ est ut formalis, & actiua, & non solum materiæ rationem habens diuersimode, q. 82. arti. 2. folio 180. col. 1. B

¶ Distinctiua specifice per se sunt diuersificatiua rationis formalis eius quod distinguitur, q. 72. art 2. fol. 152. col. 1. D

¶ Doctrina tanto certior est, quanto uniuersalior, & remotior ab opinionibus, q. 67. ar. 2. f. 139 col 4 K

¶ Dona sunt necessaria, & a uirtutib. distincta. Ad Scotum, q. 68. ar. 1 f. 142. col. 1. C

Dona spectantia ad intellectum nō distinguuntur penes specularinum & practicum. Ad anthorem, q. 68. ar. 4. f. 143. col. 4. H

Dona omnia licet se habeant ut exequentia in ordine ad instinctum Spiritussancti, sicut morales uirtutes in ordine ad rationem: si comparentur tamen dona inter se, aliqua dicuntur dirigentia, & aliqua exequentia, q. 69. f. 145. col. 3. H

E

EBRIVS. In ebrio esse duo peccata, s. ebrietatem, & peccatum sequens, intelligendum est secundū subiectam materiam, idest, secundum se duo peccata, non quod in hoc retineant dualitatem, sed alterum transit in circunstantiam primi, q. 76. ar. 4. fol. 168. col. 1. B

¶ Electio non conuenit brutis animalibus, quia cū appetitus electiuus sit liber ad eligendum, & non eligendum, & ad hoc uel illud eligendum, appetitus sensitiuus est ad utrunque naturaliter determinatus, q. 13. ar. 2. f. 31. col. 1. & 2

Electio quæ est actus interior uoluntatis, in electionibus prælati, uel principis, est electio nominationis talis personæ & c. quia electio est eorum, quæ sunt in potestate eligentis, q. 13. ar. 4. f. 32. col. 3. K

Electio semper est quo ad specificationem, & exercitium actus libera, simplex autem actus uoluntatis non est, uniuersaliter quo ad specificationem actus liber, q. 13. ar. 6 f 33. col. 2 A

Supposito quòd uoluntas uelit eligere, duobus æqualibus propositis secundum aliquam conditionem uoluntas non arcetur ad neutralitatem, sed potest ad considerandum aliquam eminētiam in altero mouere, & inuenta, uel apposita, eligere alterum, q. 13 ar. 6. ad 3 Ibidem. E

Electio licet sit partis superioris ut principaliter eligētis, est tamen partium obsequentium, ut exequentium, q. 56. ar 4 f. 113. col 3 F

Electio includit intentionem finis, quoniam electio est eorum quæ sunt ad finem, propter finem, q. 58. ar. 4 & 5. f. 19. col. 3 K. col. 4. 1. 7. Intentio

¶ Esse ens in ratione contingit dupliciter, q. 8. ar. 1. fol. 22. col. 3. F

Esse immateriale rerum licet sit earum esse secūdum quid, est tamen in se, & in ordine uniuersi esse simpliciter, & nobilius, q 66. ar. 4. f. 137. co. 2. B

¶ Ætatis defectus excusans a mortali, multo magis excusat a ueniali, q 89 ar 6. f 196. col. 3. G

¶ Euangelium dicitur tempore Apostolorum secūdū ueritatem in uniuerso orbe prædicatum secundum reputationem, de orbe enim secūdum notitiam habitato hoc, & similia intelliguntur, q 106. folio 140 col. 1. B

¶ Euentus cōe cōe uocabulum ad effectum per se, & per accidens significat id quod quomodolibet ex actione prouenit, q. 20. ar 5 f 52. col. 1. A

Euentus quicunque sequens, siue per se, siue per accidens, siue frequenter, siue raro, modo sit præuisus, & nolitus; siue directe siue indirecte addit ad bonitatem, uel malitiam actus, quia hoc spectet ad uoluntatem magis deordinatam in malis, & magis affectam in bonis ibid. E

¶ Exclusio non fit a concomitantibus, & præsuppositis, q. 22. ar. 3 f. 55 col 2. E & fol. 182. col 1. E

¶ Excommunicatus. Sciens Sortem sibi notum esse nominatim excommunicatum, & tamen communicans cum eo in diuinis ex hoc quòd non actualiter sibi occurrit, hunc esse excommunicatum, excusatur a mortali, quæst. 6. ar. 8. fol. 20. col. 1. E. Ignorantia.

¶ Extasis. Pluries accidentia contingentia patientibus extasim, & huiusmodi causantur ex sua apprehensione originaliter, quamuis forte consuetudo mutata in naturam, etiam inuitos postmodum afficiat, q. 17. ar. 7. ad 2. f. 39. col. 2. B. uer. Cordis

¶ Extremo non solum extremum, sed medium opponitur, q. 22. ar 1. f. 54 col. 2. E

F

FIDES, & spes acquisitæ tam respectu naturaliū, quàm supernaturalium, non sunt uirtutes, quia non sunt obiectis proportionatæ, q. 62 arti. 3. folio 127. col. 4. G

Fidei uirtutis subiectum est intellectus a uoluntate bene motus, spei autem subiectum est uoluntas affecta meritis. Ad Scotum, q. 65. ar 4. f. 135. col. 1. C

Fidei obiectum esse non uisum, uel non apparens intelligitur

Non

fet ens est a seipso, potest multiplicari, & non multiplicari, q. 113. artic. 6 ad 2. fol 262. columna tertia, F

Idem realiter & conuertibiliter, impossibile est separari, sed quæ sunt idem realiter, & non conuertibiliter, possunt separari ex parte qua non est conuertibilitas. Ibidem.

¶Ignis cessante motu cœli non posset comburere stipulam, quia secundus motor a primo dependet. quæstio. 109 art. 1. fol. 245 col 3. F

¶Ignorantia duplex. Vna priuans usu rationis, altera priuans sola scientia eius quod scire tenetur. Et hæc est duplex, scilicet, iuris, & facti, quæstione 76. articul. 4 fol. 167. col. 3. G

Ignorantia ex parte rei scitæ, est secundum triplicem scientiam triplex. quæst 67. articul. 4. ad 1. fol. 168. colum. 2. E

Sufficienter enumerantur duæ tantum ignorantiæ eius quod quis scire tenetur, scilicet, affectata ut liberius peccet, & per negligentiam. q. 76. art. 2. fol. 166. col. 2. A

Ignorantia ex parte rei ignoratæ tantum, idest, non ex parte ignorantis, idest, non culpabilis, excusat totaliter ab inuoluntario id quod est effectus proprius ignorantiæ, siue det operam rei licitæ, siue illicitæ, fol. 167 col. 1. B

Ignorantia causans per accidens actum vt remotio prohibentis, de se, idest, de sua propria ratione, sibi uendicat quod actus ille sit inuoluntarius. Ignorantia siquidem ut remotio prohibentis, est causa non per se, sed per accidens inuoluntarij: ignorantia autem ut absentia scientiæ, est causa per se inuoluntarij, q. 76. ar. 31. fol. 166. col. 3. I

Ignorantia est causa per accidens peccati. Non ens enim non est causa per se entis, & ponitur causa ut remouens prohibens, seu remotio prohibentis, quæstione 76. articul. primo, fol. 165. columna 3 K

Quomodo intelligenda sint hæc literæ uerba, Inquantum remanet in ignorante de voluntario, intantu remanet de intensione peccati, & secundum hoc non erit per accidens peccatum, q. 76. art. 3. fo. 167. col. 2. B

Ignorantia tollentem totaliter vsum rationis excusare a toto, est verum per se loquendo, sed per accidens contingit non excusari: cum enim ignorantię tali coniungitur quod est uoluntaria culpabiliter, tunc ratione istius accidentis non excusat a toto, q. 76. art 4 f 168. col. 1. I

Ignorantia semper excusat a toto inuoluntario ut sit. Et quando dicitur, quod aliquando excusat a tanto, sed non a toto, intelligitur de ipso inquantum habet rationem uoluntarij, quæst. 76 art. 3 fol. 167. colum. 1. D

Ignorantia concomitans, seu quæ nõ est causa actus peccati, quia non causat inuoluntarium actum, ideo non excusat a per se spectantibus ad actum illum. Cum quo tamen stat, quod excusat ab omnino per accidens, quia nullus fit ex illa ignorantia in eo actus uolendi illa. Ibidem. fol. 166. columna. 4 K

Ignorantia non est secundum se peccatum, quia omne secundum se uitium morale opponitur secundu se alicui virtuti morali: ignorantia autem non opponitur alicui uirtuti morali, sed scientię. Et quia non est secundum se peccatum, oportuit respondendo dicere secundum quid est peccatum, & dictum est secundum negligentiam, q. 76. arti. 2. fol. eodem col. 1. B

Cum inter ignorantiam malelectionis, & ignorantiam iuris differentia sit, quod ignorantia electionis consistit in ipsa uoluntatia actuali in consideratione: ignorantia uero iuris in uolũtatia habituali priuatione scientiæ, quandocumque aliquis ex actuali obliuione eius quod scit, & habitualiter meminit, operatur, neutram ignorãtiam incurrit: quoniam omnium reminisci supra hominis est facultatem, quæst 6. ar. 8. fol. 20. col. 1. C. uer. Excommunicatus.

Peccata quæ sunt secundum se mala, & fiunt ex ignorantia iuris, sunt eiusdem speciei, cuius essent si fierent a sciente, quia sunt uoluntarij in seipsis per se, & directe, non solum materialiter, sed formaliter secundum conuersionem ad obiectum: quamuis secundum contrarietatem ad uirtutem indirecte & per accidens sint inuoluntarij, quæst. 76. artic. 4. fol. 167 col. 3. H

Peccata quæ fiunt ex culpabili propter negligentiam ignorantia facti, non sunt eiusdem speciei cuius essent facta a sciente, sed spectant ad species peccatorum directe uolitorum: quia plus requiritur ad rationem speciei propriæ quàm ratio voluntarij, oportet enim esse per se intentum id unde species sumitur, q. 76. arti 4. fol. 168. col. 1. B

Peccata quæ fiunt ex ignorantia iuris positiui, quæ nõ sunt secundum se mala, sed solum quia prohibita, quia obiectum formale velatur, non sunt eiusdem speciei facta ab ignorante ius, & a sciente. Ibidem.

Peccata facta ex ignorantia facti culpabiliter, siue sint secundum se mala, siue non, redeunt ad naturam suæ speciei: quoniam culpa impedit velamen ignorantiæ a locando actum extra intentum. Ibidem. E

Ignorantia adiuncta sequenti peccato non auget, sed diminuit illud, quia plus adimit de grauitate illius quàm apponat de grauitate propria. Ibidem. col. 3 I

Quando ignorantia non aufert propriam & perfectam speciem deliberato peccato quod ex ea fit, nõ aufert per consequens id quod ex propria specie sibi uendicat, scilicet esse mortale, & esse mortale grauioris ordinis: Quando uero ignorantia distrahit sequens peccatum in speciem alterius peccati, puta, ebrietatis, uel uenationis non discretissimæ, tunc quia peccatum sequens non sortitur propriam speciem, quantumcumque secundum se esset mortale, aut grauioris ordinis, non facit actum ex ueniali mortalem, nec ex mortale lenioris ordinis, mortalem grauioris ordinis, quamuis aggrauet ut circunstantia: quia circunstantia non habẽs propriam speciem, numquam aggrauat in infinitum, numquam transfert in proprium ordinem Ibidem. K

An maior sit ignorantia peccantis ex passione quàm malitia. quæstio. 78. articu 4 ad. 1. fol. 173. columna 3. C

Ignotũ non specificat quo ad reposita p se in specie, secus

subiecto per se, sed motus ipse, & operatio, quæst. 10. articu. 1. ad 2. fol. 27. colum. 4. F

N

NATVRÆ determinatio nõ est minus efficax quàm determinatio habitus, est tamen minus faciens, & explicans opus suum quàm determinatio habitus acquisiti: quia habitus acquisitus in ipsa acquisitione expulit insurgentia contraria, naturalis autem determinatio non, unde assimilatur habitui infuso potius quàm acquisito, quęst. 56. artic. 6. fol. 114. colum. 3. K

In naturalibus, quia sunt determinata ad unum, sufficit inclinatio ad conueniens ad dissonandum ab inconuenienti: in animalibus autem, quia cedunt in contraria secundũ seipsa, nõ sufficit animali amor conuenientis pro odio disconuenientis, sed utrumque seorsum, quæstio. 23. articul. 4. fol. 57. colum. 1. A

Naturæ corruptæ appellatione quid intelligendum sit, quæst. 109. artic. 2. 3. & 4. fol. 246. colum 1. D

An naturæ ordo reparari non possit, nisi Deo voluntatem hominis ad se trahente per gratiam, quæst. 109. artic. 7 fol. 250. colum. 1. A

Quomodo vulnera humanæ naturæ consistant in destitutione virium animę à proprio ordine naturali ad uirtutem, cum peccatum nullum bonum naturæ tollat, quæstion. 85. articul. 3. fol. 185. colum. 1. E

¶ Negligentia est nomen æquiuocum, uel quasi æquiuocum ad peccatum oppositum prudentiæ, & ad peccatum oppositum studiositati, & illa est in intellectu, & ista in uoluntate, quæst. 76. artic. 2. fol. 166. colum. 2. A

¶ Numerus. Quomodo possit esse verum, quòd inter species numerorum est ordo per accidens, & processus in infinitum, quia accidit numero præexistẽti quòd ei addatur unitas, quæst. 1. artic. 4. ad 2. fol. 3. colum. 3. H

O

OBEDIENTIA oritur ex ꝓpinquitate, sed propinquitas est duplex, scilicet similitudinis & proportionis. Et secundum similitudinem quidem quanto actus est nobilior, tanto proprior secundum naturam suam est rationi, & aptior ut sequatur eam. secundum proportionem uero quanto bonum proprium, ad quod aliquid infra latitudinem obsequentium ordinatur, est magis consonum rationi, tanto magis subditur eius imperio, uel imperium.

¶ Odium diuiditur in odium inimicitiæ, & abominationis, sicut amor in amorem amicitiæ, & concupiscentiæ, quæst. 29 artic. 1. fol. 65 c. 1 E

Vniuersaliter odium est dissonantia à malo obiecto & causa, quia oportet malum obiectum esse odio habitum, sed quia diuersum in utroque odio constituitur obiectum, quia unius persona, alterius res, varietas apparet, & non est, quoniam utrobique id quod habet rationem mali obiecti, & causę odij ab negatur ab affectu, & dissonat, Ibid. colum 2. C

Odij obiectum, & causa non est malum simpliciter, sed malum huic, quæst. 29 articu. 1. fol. 65. colum. 1. B

Aliud est odio haberi, & aliud non amari, quæst. 29. artic. 4. fol. 66. colum. 1. C

¶ Obiectum ut obiectum non dicit causam effectiuã, & propterea potest distingui aliter quam effectiue, scilicet formaliter, quæst. 54. articu. 2. fol. 108. colum. 1. A

Obiectum ad hoc quòd specificet actum, uoluntatis, exigitur quòd sit formaliter per se & directe intentum: non exigitur autem quòd sit primo intentum, quæstione. 72. articulo. 9. fol. 156. colum. 1. E

Quæ sit differentia inter obiectum potentiæ, & secundum se obiectum potentiæ, quæst. 8. artic. 2. fol. 22. colum. 4. F

Obiectum potentiæ passiuę comparatur ad ipsam ut causa motus, uel actus ipsius. Et sic cum uis appetitiua sit passiua, uniuersaliter obiectum proprium cuiusq; actus appetitus est causa actiua illius, quæst. 27. artic 1. fol. 16 colum. 4 I

Per hanc propositionem, Obiectum mouet determinando actum ad modum principij formalis, à quo in rebus naturalibus actio specificatur, intendit litera, quòd obiectum mouet in genere causæ formalis. Non dixit autem absolute quòd mouet ut principium formale, ut insinuaret ꝙ nõ est principium formale intrinsecum, sed extrinsecum, non tamen separatum ut idea, sed coniunctum, quęst. 9. artic. 2. fol. 24. colum. 2. C

¶ Operationis actiuę nobilitas pensatur ex forma, quę est actionis principium, quæst. 51. articu. 2. fol. 102. colum. 4. G

Operationes distinctæ contra passiones, sunt operationes ad alterum, quæst 60. arti. 2 fol. 122. colum. 4. I.

Vnumquodque esse propter suam operationem, quomodo intelligatur, quæst 3. artic. 2. fol 4. 8. colum. 3. G

Optimũ simpliciter, nullo adiecto sit melius. quæst. 34 artic. 3. fol. 76. colum. 2. B

Ordinare & conferre, rationis propria opera sunt, conueniunt autem uoluntati, ut intellectum participat, quæst. 17. artic. 3. fol. 37. colum 4 k

Ordinare aliquis in bonum commune, est totius multitudinis, uel alicuius vicem gerentis totius multitudinis. quæst 90. artic. 3 fol. 197. colum 4 k

Ordinari in summum bonũ contingit tripliciter, primo in communi secundo in speciali, confuse tamen tertio in speciali, & distincte, quęst. 19. artic. 9. fol. 48. colum. 2. E

P

PASSIO. Ratio obiecti passionis appetitus sensitiui integratur ex bonitate vel malitia, præsentia uel absentia, uel in differentia & apprehensione, quæst. 30. artic. 1. fol. 2. B

Passionum quædam sunt quarum obiecta consistunt explicite in applicatione huius ad hoc, quædam, autem non quæstione 46. articul. 2. fol. 92. colum. 2. C

Passionum genera sunt quatuor, scilicet motus in bonũ, motus a malo, quies in bono, & inquietudo in malo

malum

malum rationis ex eo ipso quòd contrariatur bono rationis, abducat a Deo fine naturali, & consequenter supernaturali, quæst. 71. articul. 6. ad ultimum fol. 151 colum. 1. E

Peccatum ex hoc ipso quòd est contrarium rationi formaliter, habet quod est contrarium Deo obiectiue, non effi acitet, sed obiectiue, idest non quod Deo ipsi aliquid ex tali cõtrarietate adimatur, sed quantum est ex effectu peccantis. Ibid.

Literæ processus a peccato in ordine ad peccantem ad peccatum secundum se, est bonus, quæstion 72. artic 1. Ibidem. colum 4. F

Peccatum in ordine ad peccantem, & ad intentionem peccantis, & ut uoluntatium, & secundum se, idem sunt: quia secundum se sumptum claudit in sua ratione esse a peccante, sic quòd ex hoc sortitur peccati rationem, & peccatum est a peccante ex hoc quòd eius uoluntate est uoluntatium, quod per intentionem quæ est respectu finis, qui est propriũ obiectum uoluntatis, exprimitur. fol. 152. colum. 2 B

Si peccata distinguerentur secundum oppositas virtutes, in idem rediret, scilicet quòd distinguerentur secundum obiecta, quia virtutes distinguuntur per obiecta: sed non idem rediret quo ad hoc, quòd haberentur d. st. nctiua propria usq; ad species specialissimas uitiorum, & peccatorum q. 72. art. 1. ad 2 fol. 152. c. 2 E

Id quod concurrit per accidens, quamuis necessario, non dat speciem peccato, sic enim concurrit inordinatio, auersio, reatus, & huiusmodi. Ibidem.

Peccata non distinguuntur specie secundum re..tus pœnarum, quæstio. 72. articul. 5. fol. 153. columna 3 G.

Peccatum veniale & mortale non distinguuntur ex parte conuersionis, vnde peccata habent speciem, sed ex parte auersionis, vnde peccata non habent speciem: & iuxta duos modos deordinationis auersiuæ constituuntur hæc duo peccata. Cum enim peccando auersio fit a fine, est peccatum mortale: cum autem peccando auersio non simpliciter, sed quædam fit citra tamen postergationem finis, tunc fit peccatum ueniale, circa quodcunque obiectum hæc accidant. quæst. 72. artic 5. ibidem colum 4 F

Peccatum veniale & mortale non distinguuntur penes hoc, quod mortale est contra præceptum, ueniale contra consilium, utrumque siquidem sub p æcepto cadit, ad Scot. Ibidem. I

Peccati commissio, & omissio uirtutis oppositæ, non distinguuntur specie morali, quæst 72. art. 6 f 154. colum. 1. E

Peccata non distinguuntur specie secundum d necessitatem præceptorum: esse enim contra legem, seu legis præceptum spectat ad auersionẽ peccati: peccatum autem non habet speciem ex parte auersionis. ergo, Ibid. col. 2. A

Peccati diuisio in peccatum cordis, oris, & operis potest intelligi dupliciter primo per modum diuisionis in partes subiectiuas: secundo per modum quasi totius integralis in suas partes consequenter se habentes, & hoc modo tractatur. q. 72. artic 7. ibidem col. 3. H

Peccata quæ perfectionem non habent, nisi in opere, se habent ad peccata cordis, oris, & operis, quasi vt totum integrale ad suas partes: quædam uero perficiuntur solo corde, uel ore, & sic peccatum diuiditur in peccatum cordis, oris, & operis ut in veras & perfectas peccati species, Ibid K

Distinctio secundum gradus in peccato cordis oris, & operis, non est distinctio specifica secundum species imperfectas, siue peccatum cordis & oris ordinentur ad peccatum operis ut imperfectum ad perfectum per modum simplicis prosecutionis, siue p modum cuiusdam intermedij termini, quia unicũ tantum est motiuum obiectiue, quæst. 72. articu. 7. Ibid colum 4 G

Peccata reponenda sunt in solis speciebus suorum p se obiectorum, formaliter & directe, uolitorum, quæst 72 artic. 9 fol 156. colum. 2. D

Peccati grauitas est duplex, quædam substantialis, & ista attenditur penes per se primo ob ectũ: & quædam accidentalis, & hæc est multiplex: nam quædam consequitur directe ad peccatum, quædam in directe, quædam superuenit, quædam comitatur, & multis breuiter modis accidens grauitas uariatur, sicut cætera consequentia, quæst. 73. artic. 8. fol. 158. colum 4 G

Stat quòd peccatum inferat maius nocumentum nõ substantialiter, & sit minus graue substantialiter. Ibid. I

Omne peccatum est subiectiue in uoluntate: quon'ã in omni peccato concurrit actio uoluntatis positiue, uel priuatiue. quæst 74 articu. 1. fol. 160. colum. 1. E

Idem peccatum potest secundum diuersa esse in pluribus subiectiue, sicut potest diuersimode esse a pluribus, patia namque in actionibus immanentibus sunt esse in, & esse ab operante, I bi c. 2. A

In motibus præcedentibus actus uoluntatis est peccatum commissionis: quia quando committitur aliquis actus inordinatus uoluntatis, siue uolũtarius sit positiue, siue negatiue est peccatum commissionis, ut patet in delectationibus malis non impetratis, sed nec exclusis, quæst 74. artico 3 Ibid colum. 4 F

Peccare quia consistit in agere, & propterea ad hoc quòd aliqua potent a peccet mortaliter, non sufficit quòd sit mota a uoluntate, sed oportet ut secundum se libere agat, oportet quòd secundum modum propriæ libertatis potentiæ, attribuamus ei peccare. quæst 74. artic 4 fol. 16 . colum 2 E

Peccati causæ ex parte peccãtis sunt quatuor, scilicet ratio, uoluntas, sensus, & eius appetitus: ex parte uero obiecti una iuxta unitatem completi obiecti plura tamen complectentis respõdentia prædictis potentijs quæst. 75 art. c 2. fol. 164 colum. 3 G

Peccati obiectum est bonum apparens dissonum rationi, Ibid.

Peccati causæ extraneæ ex parte obiecti sunt duæ, scilicet persuasor, & sensib lia: ex parte autẽ subiecti nulla est, quia solus Deus hinc est extra quæst. 75. artic 3 Ibid. colum. 4 K

Peccata facta ex ignorantia priuante totaliter vsum rationis, non sunt extra genus moris, nec secundum se peccata, sed sunt circunstantiæ peccatorũ pertinentes ad circunstant ã, quo d. significantem effectum: & propterea obseruandæ sunt in istis, regulæ

Q

R

S.

Simili-

tamen

Virtus intellectualis, puta prudẽtia, includitur in morali, & econuerso moralis in intellectuali, scilicet prudentia. Cum enim prudentia proprie attendatur secundum suum proprium & praecipuum actum, qui est recte praecipere, & ipse sit principium rectę electionis, uirtus moralis cui attribuitur electio ꝓ ꝓprio actu, pendet necessario ex prudẽtia: & rursus quia ipsum recte praecipere pendet ab appetitu recto, consequens est quòd prudentia pendeat ab appetitu recto, q 58. artic. 4. & 5. fol. 119. col. 2. B. colu. 3. H

Consistere in medio computatur inter proprietates virtutis ponitur autem in diffinitione uirtutis, sicut saepe proprietates notiores admittuntur in diffinitionibus, ut latentes differentiae insinuentur, q. 64. in princip. f. 130 col. 2. C

Virtus secundum essentiam est in medio, quae est in medio duorum uitiorum. Secundum effectum uero dicitur uirtus esse in medio quae in propria materia circa quam est, medium facit inter plus & minus illius, seu in illa, ad illam, illi & c. q. 64. ar. 1. Ibidem. E

Virtus moralis non secundum essentiam, sed secundũ effectum media inter passiones dicitur, quia scilicet inter passiones constituit medium eligendo eas in illa quantitate, &c. quia in medio secundum rationem constituuntur. hoc enim effectus uirtutis moralis est, q. 19. f. 120 col. 2. B

In uirtutibus medium rationis consistit in affirmatione propriae materiae, & omnium conditionum spectantium ad rationem rectam: medium autem rei cõsistit in aequalitate rei ad rem, seu personam alteram. q. 64. ar. 2 f. 130 col. 4 H

Virtutis intellectualis secundum se mensura nec practicae, nec speculatiuae est aliquod uirtutis genus, quia procederetur in infinitum, q. 64. ar. 3. fol. 131. colu. 3. F

Virtus intellectualis quae uocatur intellectus siue cognitio principiorum, secundũ se est in medio duorum contrariorum, Ibid. col. 2. C

Virtus theologica non consistit in medio nec ex parte obiecti, nec ex parte actus, Ad Sco. q. 64 ar. 4 fol. 132. col. 1. B

Vim aliquam animae existentem in potentia ad agere, uel non agere, & ad agere hoc, uel illud, indigere duobus motoribus, quomodo intelligatur, q. 9. ar. 1 f. 24. col. 1. A

Vitii nomine significatur habitus uitii, peccati autem nomine actus ipse uitii, q 71. in princip. fol 148. colum. 3. H

Vbicunque est uirtus in medio, contingit & per excessum, & per defectum peccare siue simul, siue separatim, siue uno, siue pluribus uitiis, non est curae, quaest. 64. artic. 4. fol. 131. col. 4 G. & fol. 132. colum. 1. A

Vnumquodque est magis & minus tale secundum sui constitutiui propriam latitudinem. q. 22 ar. 2. ad 1. fol. 54. col. 4. I

Vnumquodque sicut agitur, ita aptum natum est agi, & econuerso, quaestion. 49. articul. 3. fol. 92. colum. 2. C

Volitio omnis exigit quid, & cur. q. 18. ar. 9 fol. 43. colum. 4. I

Non quicunque vult praemissas, seu antecedens, vult conclusionẽ, seu consequens in seipso: in sua autẽ causa quicunq; vult antecedens, vult consequens simpliciter, uel ut in pluribus, q. 13. ar. 6. ad. primum f. 33. col. 2 B

Ad rationem uoluntarii indirecte, non sufficit potestas in uolũtate, & negatio prouisionis, sed oportet tria concurrere, s. posse, debere, & non uelle, uel nõ imperare, q. 6 ar. 3 f. 18. col. 4 G

Ad rationem uoluntarii indirecte non sufficit potestas, & negatio, sed adesse oportet obligationem & debitum q. 18 ar. 5. f. 44. col. 2. I

Cum uoluntarium dicatur dupliciter, scilicet uel quia uolitum, uel quia in potestate uoluntatis, quomodo licuit in litera ex hoc quòd primus actus uoluntatis non potest esse uoluntarius primo modo, inferri quòd nullo modo est uoluntarius. q. 9. ar. 4 fo. 25. col. 3 G

Vota, & contractus, et caetera facta ex metu etiam cadente in constantem uirum, sunt uoluntaria, quãuis aliquid h. beant inuoluntarii admistum, ac per hoc si mala sunt ardua, peccata sunt mortalia, q. 6. ar. 3 f 18. col. 4. I

Voluntatis actuum tres ordines, primus secundum lineam rectam, & respectu eiusdem obiecti secundus. Secundum reflexionem super hunc, uel illum. Tertiues secundum ipsos actus reflexos inter se. fo. 37. col. 1. C

Duplex est habitudo uoluntatis ad volitum tam finẽ, quàm id quod est ad finem Prima secundum quod uolitum est in uoluntate: secunda, secundum quod uoluntas ad volitum in se realiter tendit, q. 16. ar 4. f. 36. col. 4 K

Quãuis primus actus vo'untatis sit ex instinctu dato ab exteriori, nõ obiecto, sed ex causa effectiua Deo, ipsa tamen iam ex hac finis uolitione seipsam mouet ad volendum alia propter finem, quod brutis non conuenit: quia ad omnia mouentur ex instinctu q. 9 ar. 4. f. 26. col. 1. E

Voluntas resp: ctu primi actus habet vt mota tãtum, & Deus vt mou. ns. Et nomine primi actus non intelligitur solus ille quẽ uoluntas in principio omnium operationum suarum habet, sed quicunque primus absque consilio, & praeuio motiuo ad bonum, q. 3. ar. 2 f. 225. col. 4 H

Voluntas dicitur moueri non solum à bono vniuersali apprehenso per rationem, sed etiam à bono apprehenso per sensum, inquantum bonum apprehẽsum per sensum permittit concurrere cum apprehenso per rationẽ in idem motiuum, ita quòd motiuum uoluntatis non solum est bonum uniuersale apprehensum per rationem in sua puritate, sed ẽc coniunctum cum bono apprehenso per sensum, q. 10. ar 3. f. 28. c 3. K

Ad volendum sufficit voluntas cum obiecto, sed ad volendum à se, ita quòd ly. a se, dicat causalitatem applicandi seipsum ad uolendum, non sufficit voluntas cum obiecto, sed exigitur voluntas praeuolens finem. quaestion. 9. articul. 4. fol. 26 col. 1. A

Voluntatis obiectum esse uniuersale bonum, quomodo intelligatur, quaest. 1. articul. 7 & 8. fol. 7. col. 1. A

In hac literae ꝓpositione, Volũtatis obiectũ est finis, sermo est de primo & formali obiecto uoluntatis. q 1 ar. 1.

Voluntas quantum ad propositum potest dupliciter considerari, scilicet ut res est, & ut causa est, & in ratione causæ uoluntas & natura secundum proprias causandi differentias distinguuntur. Et quia ratio causę in natura ad causam spectat inquantum res est, hinc apparet quòd voluntas ut eiusque causę rationem habet.

Quia ulterius natura est causa essentialiter prior causa voluntaria, apparet quòd voluntas non solum natura quædam est, sed prius habet naturæ rationem causalitatemque propriam. Quia demum in causis essentialiter ordinatis coniunctis in unũ, id quod est prioris causæ proprium participatur a posteriori, ut supremum infimi attingat infimum supremi, apparet quòd uoluntatis, prima opera oportet esse naturalia, & prius ipsam uelle aliquid naturaliter quàm libere, quæst. 10. arti. 1. ad 1. f. 27. col. 3. F

Impossibile est voluntatem peccare absque ignorantia, vel errore intellectus: quia uoluntas est solum boni, uel apparentis boni. Sed ignorantiæ nomine in proposito intelligitur etiam ipsa actualis inconsideratio, q. 77. ar. 2. f. 169. col. 1. C

Voluntas simpliciter diuinæ uoluntatis in uolito formaliter conformis, illa sola est, quæ sub ratione boni non apparentis, sed ueri exercetur. q. 19. arti. 10. fol. 48. col. 2 E

Vulnera humanæ naturæ, quomodo ponantur effectus peccati, cum superius dictum sit, quòd concupiscentia quæ importat hæc vulnera, est ipsum peccatum originale, nihil enim est sui ipsius effectus, q 85. ar. 3. f. 185. col. 4 G

Z

ZELVS sumitur dupliciter, scilicet causaliter pro ferventi dilectione, & formaliter pro tristitia deficientium sibi, vel amicis, quæst. 28. art 4. fol. 64. col. 1. D

FINIS



PRIMA SECVNDAE SVMMAE THEOLOGIAE ANGELICI DOCTORIS S. THOMÆ AQVINATIS

Cum commentarijs.

REVERENDISS. IN CHRISTO PATRIS D. D. THOMAE DE VIO, CAIETANI,

Ordinis Prædicatorum S. R. E. tituli S. Xysti Presbyteri Cardinalis, artium, & sacræ Theologiæ, Doctoris celeberrimi,

QVANQVAM propositum meum fuerit, super libros de anima cępta perficere, antequam nouū hoc opus aggrederer: magis tamen debitum arbitratus sum prosequi commentationes sup Summā D. Th. Tum quia hoc est directe ea, q̄ ad salutis uiam spectant, docere: Tum qa doctrina hęc in Italia satis dormit, & tñ opportuna est ualde. Non intēdu āe singulos articulos in sequētibus formare: sed iuxta subiectam materiā, ubi op⁹ fuerit, immorari: ita tñ q̄ nullus prætermittatur articulus ēt clarissimus, cui⁹ memoria nō fiet, quaten⁹ & discussa, & omissa īdustriæ tribuanť. Suscipianť āt uelim hæc, sicut & cætera nra, si, & inquantū rōni cōsonant. Neq;.n.eis fidē dari maiorem posco, q̄ ex sit, q ex rōne gigni nata est. Verun tamen memores sint q̄ acribologia mathematica non est expetēda ī moralib⁹, ut dř in 1. Meth. D. igiť Th. intercessione fretus ad textum propero.

SVPER QVAE. I. ART. I.

Medina ar. 1.

IN tit. 1. art. q. 1. scito, q̄ hic non q̄riť de hoc, uel de illo agere: sed uniuersaliter, Verū agere hominis sit pp finem: hunc.n. sensum, & argumenta, & conclusio respōsiua manifestant.

¶ In corpore eiusdem art. dubium occurrit circa discursum, quo ponitur dřia inter actiones hoīs & humanas. Et concludiť, solas illas esse humanas quarum hō est dñs. Procedit.n. lia ab hoīe, inquantū hō, ad hoīem, inquantum est ad processum, & quo distinctionem.

PROLOGVS.

Lib. 2. Ortho. fidei cap. 12.



QVIA, sicut Dam. *dicit, Hō factus ad imaginē Dei dř, secundum qđ p imaginē significať intellectuale, & arbitrio liberū, & p se potestatiuum: postq̄ prędictum est de exēplari, s. de Deo, & de his, quæ processerunt ex diuina potestate secundum eius uoluntatem, restat ut consideremus de eius imagine, i. de homine, secūdum quod & ipse est suorū operum principium, quasi liberum arbitrium habens, & suorum operum potestatem.

QVAESTIO I.

De ultimo fine hominis, in octo articulos diuisa.

VBI primo cōsiderādum occurrit de ultimo fine humanę uitę, & deinde de his, p q̄ hō ad hūc finē peruenire pōt, uel ab eo deuiare. Ex fine.n. oportet accipere rōnes eorū, q̄ ordinantur ad finē. Et qa ultim⁹ finis humanę uitæ ponit eē beatitudo, oportet primū cōsiderare de ultimo fine in cōmuni deinde de beatitudine.

Circa primum quærūtur octo.

¶ Primo, Vtrum hominis sit agere propter finem.

¶ Secundo, Vtrum hoc sit proprium rationalis naturæ.

¶ Tertio, Vtrum actus hominis recipiant speciem a fine.

¶ Quarto, Vtrum sit aliquis ultimus finis humanæ uitę.

¶ Quinto, vtrum unius hominis possint esse plures ultimi fines.

¶ Sexto, vtrum homo ordinet omnia in ultimum finem.

¶ Septimo, vtrum idem sit finis ultimus omnium hominū.

¶ Octauo, vtrum in illo ultimo fine hominum omnes aliæ creaturæ conueniant.

ARTICVLVS I.

Vtrum homini conueniat agere propter finem.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur quòd homini non conueniat agere pp finē.[b] Causa.n. nāliter prior est: sđ finis habet rōnem ultimi, ut ipsum nomen sonat, ergo finis nō habet rōnem causæ: sed pp illud agit hō, qd est causa actionis, cū hęc præpositio; pp; designet habitudinē causæ. ergo homini non conuenit agere propter finem.

B dñs suorum actuū. & tñ constat q̄ cōinc est, qđ cōuenit hoī, inq̄sum hō, q̄ qđ conuenit ei, inquantum dñs suorum actuū. Quicqd.n. hēt hō, inquantum dñs, hēt inquantum hō, sed non econuerso, ut patet de actu intellectus præuaniente actum uoluntatis. Hic.n. conuenit homini, inquantum a cæteris aīantib⁹ differt: & tñ illius nō est hō dñs, quia præuenit uoluntatē. Et sic totus literæ processus ruere uidetur.

¶ Ad hoc dř, q̄ decisio, q̄ sit in corpore, intelligēda est ꝓprie & formaliter de actiōe. & nō extēso uocabulo actionis ad omnē opationē. Vocať āt ꝓprie actio hoīs, quam exercēdo dř agere: & non penes quā magis dř agi, q̄ agere. Mō cōstat, q̄ prima opatio intellectus, q̄ facit dubiū in ꝓposito, ē mere nālis ēt antecedenter, & ppea nō est cōputāda inter actiōes: sēdm ipsam.n. hō nō dř agere, sed agi potius, ut ī 2. art. uniuersaliter de nālib⁹ actionibus ita dicit. Negandū est ergo, q̄ aliqua actio conueniat hoī, ut hō, quæ non cōueniat ei, ut dñs, & econuerso. Et licet per illā primam operationē hō differat a cæteris animalibus, quia illa est intellectualis: non tamen differt ab eis p illam tanquàm per actionem. Differt ēm homo in agendo à cęteris animalibus per hoc, quòd est dominus suorum actuum: quamuis in essendo & operando, de quib. non est præsens negotium, per aliud differat. & sic stat solida litera & quo

1 *Porrecta per totum.* Infr. ar. 2. cor. & q. 6 ar. 1. cor. & q. 28. ar. 6. cor. & q6. 94. art. 2. cor. & q6. 109. ar. 6. cor. & 3. contr. c. 2. & opus. 3. 6. 100.

¶ 2 Præt. Illud[h] quod est ultimus finis, nō est propter finem: sed in quibusdā, actiones sūt ultimus finis, vt patet per Phil. in 1. Eth.* ergo nō omnia homo agit propter finem.

¶ 3 Præt. Tunc vr̃ hō agere pp[h] finē, qn̄ deliberat: sed multa hō agit absq; deliberatione, de quibus ēt qn̄que nihil cogitat, sicut cum aliqs mouet pedē uel manum aliis intentus, uel fricat barbam, non ergo homo omnia agit propter finem.

SED CONTRA. Oia q̄ sunt in aliquo gn̄e deriuant̄ a pricipio illius gn̄is: sed finis est principiū in operabilibus ab homine, ut patet per Philos. in * 2. Phys. ergo homini conuenit omnia agere propter finem.

RESP. Dicendum, q actionū quæ ab hoīe aguntur, illæ solæ proprie dr̃ humanæ, quæ sunt propriæ hominis inquātum est homo. Differt autem homo ab aliis irrationalibus creaturis in hoc, q est suorum actuum dn̄s. Vnde illæ solæ actiones uocantur proprie humanæ, quarum hō est dominus. Est autem homo dominus suorum actuum per rationem & uoluntatem: unde & liberum arbitrium esse dr̃ facultas uoluntatis & rōnis. Illæ ergo actiones proprie humanæ dn̄r, quæ ex uolūtate deliberata procedunt: si quæ autē aliæ actiones homini conueniant, possunt dici quidē hominis actiones, sed non proprie humanæ, cum nō sint hominis, inquantum est homo. Manifestum est autem, quòd omnes

¶ In corpore eiusdem art. circa illam propositionem, Obiectum uoluntatis est finis, dubium est: qa aut est sermo de formali ac primo obiecto, aut non. Si sic, falsum est. nam finis est pars subiectiua obiecti uolūtatis: qa uolūtas extēdit se ad finē, & ad ea, q̄ sunt ad finem. si nō, tūc probatio conclusionis inualida est: nā constat q in reliqua p̄missa, s. Actiones oēs procedētes ab aliqua potentia, procedunt scd̄m rōnem sui obiecti, a perte loquitur d̄ obiecto primo & formali.

c.t.10.5.

¶ Ad hoc dr̃, q litra loquitur de primo & formali obiecto uolūtatis, ut patet in rn̄sione ad scd̄m, & de fine in actu exercito: & ppea addidit finē bonum, dicēdo, finis & bonū: hoc.n. exercet finalem causalitatē. Nec obstant ea quæ sunt ad finem, qm̄ ea q̄ sunt ad finē, ut sic, non appetuntur nisi rōne finis. vn̄ rō eadē sp est omnium uolitorum. s. finis, diuersimode tn̄. s. in se, uel in alio participata: & hoc formaliter uel uirtualiter: & q̄d dico pp uolita, uel nolita naturaliter, seu absolute. de quibus in s. libro tractatum est.

tex.85.t.2
tex.89.t.1

¶ In calce eiusdem art. dubium Nouitiorū occurrit, Qm̄ ex hoc q uoluntatis obiectum formale est finis, cōclusum est, q oēs actiones humanæ sunt pp finē debebat nanq; concludi. ergo oēs actiones humanæ tendunt in finē: sicut ex hoc q color est obiectum uisus, concluditur. ergo oīs operatio uisus tendit in colorem. Et in proposito, ex hoc q bonum est obiectum uoluntatis. ergo omnis operatio uoluntatis tendit in bonum.

¶ Ad hoc dr̃, q quia tendere in aliquid, cōe est oī tendenti in terminum: fieri aūt, uel esse pp aliqd, specialiter est appropriatum causalitatis finis expressioni, & doctrina ex propriis tradenda est: ideo licet potuisset concludi, Ergo oēs actiones humanæ tendunt in finem, quia si sunt pp finem, tendunt in finem: oportuit tn̄ specificare proprium modum tendendi in causam finalem, & dicere ergo sunt pp finem. Et scito, q id q̄d in actu signato significat esse, fieri, agere pp finem, significat in actu exercito tēdere in bonum ut sic, qa bonum exercet rōnem finis. Et propterea idem ēt est tendere in bonum ut sic, & pp finē, sed author ly pp finem; usus est ad claritatem doctrinæ de fine in actu signato: uocabulis utens, ut cōiter philosophi faciunt: sicut ēt de agere & tendere, & aliis huiusmodi est sermo. Agere.n. ducē belli propter finem, significat hoc, quod exercet dirigere aciem exercitꝰ ad consequendam uictoriam & gloriam. Et similiter esse pp finem exercetur per hoc, quod est esse melius, utilius, conuenientius, & alia huiusmodi bonitatem importantia.

¶ In rn̄sione ad primum eiusdē art. circa illa uerba, Finis ut est primus in intētione, hēt rōnem causæ: dubium occurrit, An res sit finis secundum q̄d est in intentione, an secundum quod est in rerum natura. Difficultant.n. hoc diuersæ conditiones finis: dr̃.n. de fine, q est prima cā, q cā causarum, q mouet agens, q mouet non motum. Et rursus de eodem dr̃, q est ultimum, q optimum, q penes defectum assecutionis ipsius dr̃ agens; frustra egisse. Ex his enim vr̃, q esse finem conuenit rei secundum esse in rerum natura: nam illud est ultimum, optimum, & quo non prouenientē dr̃ frustra. Ex prioribus autem apparet, q esse finem conuenit rei secundum esse in intentione: nam secūdū illud est primum, & causæ omnem causalitatem exterorum, & est mouens non motum. Verba quoque sancti Tho. hic, & Auer. in 12. Met. commen. 36. non consonare vr̃, dum hic dr̃ q res, prout est prior secundum intentionem, habet rōnem finis: ibi uero dr̃, q balneum secundum q̄d est anima, est agens desiderium: secundum uero esse extra, est finis. Vt igitur res non remaneat ambigua, primo ponam tres propositiones, declarando illas: deinde probabo illas. & sic rerum patebit ueritas. Prima propositio est, Esse in intentione, non est ratio finis, sed eius

F condicio. Secunda est, Esse in executione, nec ratio, nec conditio finis est, sed coincidens illi. Tertia est, Esse in rerum natura, est ratio finis.

¶ Ad quarum euidētiam scito primo, q sicut in causalitate efficientis distinguendum est de rōne efficiendi, & conditione efficientis (dicimus enī cum medicus medetur, q rō medendi est ars medicinæ: conditio uero medicantis est existere esse sit gratulate quodā subsistēs &c.) ita in causalitate finali distinguēdū est inter rōnem finalizandi, & conditionem finalizantis, & ut experientia in nobisipsis testatur, inter agens & finē quo ad hoc rn̄ interest, q uniuersaliter loquēdo rō agendi est forma, iuxta illud tertij phy. tex. 17. Semper existimabitur species aliqua mouere. Cōditio uero agentis est sic subsistere, uel in subsistente esse: iuxta illud primi Me. Actiones sunt subsistentium. Rō autem finalizandi est esse rei, quæ finis dicit. Conditio uero finalizātis est esse sic in intentione. Scito secundo, q esse in natura ab esse in executione, licet nō distinguatur sicut unum esse ab alio esse, distinguitur tn̄ adeo ab eo, ut eē in executione, ut sic, significet esse ut pendens ab agente: esse uero in rerum natura, hoc nec includit, nec excludit, immo fundare pōt causalitatem, ex qua dependet agens & eius executio. Et sic patet sensus propositionū positarum. Probantur aūt sic. Finis, bonum & appetibile, eiusdem sunt rōnis & cōditionis: ut patet ex 2. Phy. & 1. Eth. ergo rō appetibilis est rō finis, & conditio appetibilis est conditio finis, & econuerso. Et similiter, Quod nō est rō unius, non est rō alterius, n ō constat, q rō, q sanitas appetatus, est esse nō in anima (nam non appetit infirmus sanitatem in anima) sed in rerum natura. ergo esse sanitatis in rerum natura, est ratio finalizandi. Et rursus constat, quòd sanitas nunq̄ appeteretur, nisi obiecta & cognita. ergo esse in intentione, est conditio finalizantis. Et rursus constat, q appetibile mouet non motum. ergo esse in executione, quod est esse in dependentia ad agens, non est ratio nec conditio finis: sed quia finis generationis, & forma geniti coincidunt in idem numero ex 2. phyh. rō esse in executione, coincidens quoddam est. Et si quæras de esse, sanitatis in rerum natura, an finalizandi rō sit ut est, aut qm̄ futurum est: respondeo q utroque tempore respectu diuersorum actuum appetitus, cuius proprium est obiectum finis & bonum. Nam esse in rerum natura sanitatis futurum, mouet finaliter appetitum secūdum actum desiderij. Et idem esse postmodum phs, mouet appetitum ēt finaliter secundum actum delectationis. Habet.n. hoc singulare genus causæ finalis, ut causalitatem suam actu exerceat ēt hās tn̄ esse in anima tanquā conditionem causæ: nec hoc est magis mirum, q̄ mirabilis sit diuersa natura causandi. Verum aduerte hic duo. Primum est, q

K rō desiderabilis non excludit esse in rerum natura præsentialiter: qm̄ esse sanitatis desideratur non solū dū non est, sed usque quo habeatur inclusiue, proportionaliter tamē, q sicut agens agit donec sanitas habeatur inclusiue: ita sanitas ipsa finalizat Et sicut illud agit ut in uia, & ut in termino ita finis proportionaliter. Aequale enim oportet esse tempus finalizandi tempori agendi: alioquin agens ageret non propter finem. Secundum est, q ratio delectabilis non excludit esse in intentione ut cōditionē, ut patet in animalibus. Vnde ex hoc q rō finalizandi est quandoque esse in rerum natura præsentialiter, non excluditur uniuersaliter dictum huius literæ, s. quòd secundum q est in intentione, habet rationem finis. semper enim exigitur ista cōditio. & si in pure naturalibus illam quæris, memēto q opus naturæ est opus intelligentiæ, & cessabit quæstio. Ex his autem facile patet consonantia ac rō dictorum de fine. De fine.n. dicitur, q est finis secundum q est in intentione. Et uerum est, prout ly secundum

actiones, quæ procedunt ab aliqua potẽtia, causant ab ea ſm rõnem sui obiecti. Obiectũ aũt voluntatis est finis & bonum: vnde[m] oportet q omnes actiones humanę propter finẽ sint.[n]

AD PRIMVM ergo dicendũ, q finis etsi sit postremus in executione, ẽ tamẽ primus in intẽtione agentis: & hoc modo habet rationem causæ.

AD 2m dicendum, q si qua actio humana sit vltimus finis, oportet eam esse voluntariam: aliàs non esset humana vt dictũ est[o]. Actio autem aliqua dupliciter dicitur voluntaria. Vno modo, quia imperatur a voluntate, sicut ambulare, vel loqui: alio modo, quia elicitur à voluntate, sicut ipsum uelle. Impossibile autem est quòd ipse actus a voluntate elicitus sit ultimus finis: C nam obiectum uoluntatis est finis, sicut obiectum visus est color. [q] Vnde sicut impossibile est, quòd primum visibile sit ipsum uidere, quia omne videre est alicuius obiecti visibilis: ita impossibile est, quòd primum appetibile, quod est finis, sit ipsum velle. Vnde relinquitur, quòd si qua actio humana sit vltimus finis, quod ipsa sit imperata a voluntate: & ita ibi aliqua actio hominis, ad minus ipsum velle, est propter finem. Quicquid ergo homo faciat, verum est dicere, q homo agat pp finẽ, etiam agẽdo actionẽ quę est vltimus finis.

AD 3m dicendum, quòd huiusmodi actiones non sunt B proprie humanæ: quia non procedũt ex deliberatione rationis, quæ est proprium principium humanorum actuum, & ideo habent quasi finem imaginatum, non autem per rationem præstitutum.

ARTICVLVS II.

Vtrum agere propter finem sit proprium rationalis naturæ.

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur quòd agere propter finem sit proprium rationalis naturæ: homo enim cuius est agere pp finem, [h] nunquam agit pp finem ignotum: sed multa sunt, quæ non cognoscunt finem, vel quia omnino carent cognitione, sicut creaturæ insensibiles, vel qa nõ apprehendunt rationem finis, sicut bruta animalia. videtur D ergo propriũ esse rationalis creaturæ agere propter finem.

annodũ, seu in quantum, denotat conditionem finis. Et quòd est A vltimus, optimus, & secundũ esse extra, & pfectũ &c. & verũ est prout denotatur ratio finis. Sed esto cautus, q aliud est dicere, Finis rõ est vltima, optima, pfecta, esse extra &c. & aliud est dicere, Finis rõ est in statu optimo, vltimo, perfecto extra animũ &c. In primo denotat, q rõ finalizãdi sit talis secundũ se formaliter. In secundo vero, q habeat talẽ statũ quasi conditionem requisitã ad finalizandũ. Vnde prima concedat: secũda aũt, vtpote falsa, neganda est. (Concl. m.) Sanitas enĩ desideratur secundũ esse perfectissimũ quo ad rõnem desiderabilis: sed cũ desideratur, non habeat statum pfectissimũ: imò illa desideratur vt habeatur. Qđ aũt obijcit de frustra, nihil officit: nam frustra non dr p priuationem causalitatis finalis: sed per priuationẽ assecutionis ex parte efficientis, (*In cor. art.) præsupposita causalitate finali. Quod.n. agit pp finem, si non assequatur illum, frustra laborasse dr. Et si instetur, qa in ipsa assecutione finis causalitas est finalis, iã patet responsio, q est tunc cõsummatio finalizãdi, sicut & agendi. Et sic ex rõne ipsius frustra, nihil aliud habetur, nisi q rõ finalizandi est esse in (D. 359.) rerũ natura: & q esse in rerum natura, futurum quidem finalizat: nouiter aũt pñens consummat finalizationem desiderij. qđ totum & veritati, & doctrinæ huic consonat. Auer. quoq; verba, quantũ ad propositum spectat, de finis rõne, nobis attestãtur: nam de hac quoad rõnem finis, dicit, q est esse extra: quod nos docuimus, quantum vero ad esse intra, q sit uel non sit cõditio nihil dicit. Quòd vero dicit, quod secundum esse intra est agẽs, alterius negotij est, & tractatum primo libro. quare &c.

¶ In responsione ad secundum circa rõnem qua ostenditur, q actus voluntatis non potest esse vltimus finis: dubium occurrit, An intendat de vltimo fine, ut res dicitur finis: aut de vltimo fine, vt adeptio rei, dicitur finis. si litera enim intendit de vltimo fine primo modo, constat, q non solũ actus voluntatis, sed nullus actus cuiuscunq; potentiæ potest esse finis vltimus: sic.n. solus Deus est finis vltimus. si autem intendit de fine secũdo modo, tunc maior, sc. licet finis est obiectum voluntatis; hoc modo intellecta, esset probanda. Negatur enim de facto, a ponentibus felicitatem in actu voluntatis. ponunt enim actum amandi deum vltimum finem, vt adeptionem: ipsum vero Deum vt esse adeptum. & sic secundum illos diceretur ad hanc rationẽ literæ, quòd finis ut res, est obiectum voluntatis: finis vero vt adeptio, est actus elicitus voluntatis.

¶ Ad hoc responderi potest, quantum ad propositum spectat, primo q litera loquitur de vltimo fine integraliter, & non pro hac, vel illa eius parte, vel quasi parte, scilicet re vel adeptione: ita q maior est, Finis vltimus simpliciter, & non secundũ aliquid eius, est obiectum voluntatis: & est illa propositio inductiue nota. nam nunquam in numerum inuenitur potẽtia finem vt res, contra finem, ut adeptio. Auarus enim pro obiecto eodẽ respicit habere pecuniam; & infirmus habere corpus sanũ &c. Sub hac autem propositione nõ potest sumi de actu intellectus, sicut de actu voluntatis, q non est obiectum primum voluntatis verissimum: de actu vero intellectus est falsum, qm nõ solũ bonũ, sed bonum cognitum, est obiectum primũ voluntatis. Et sic rõ literæ de fine simpliciter intellecta, infert intẽtũ. s. q actus volũtatis nõ põt esse vltimus finis: quia non põt esse obiectũ primo voluntatis. Scdo põt dici, q iste sermo põt intelligi de fine, eo mõ quo res dr finis. sed nõ est sermo de fine vltimo cõmunissimo, qualis ẽ de[us], sed pprio hoĩs, de quo hoc occultũ lra pãdit, q si ẽ aliqua actio hoĩs q illa nõ põt esse act[us] elicitus volũtatis. Nec est eadẽ rõ de actib. alterius potẽtiæ, puta intellect[us], qa illa ex quo põt esse obiectũ volũtatis, non prohibet ex hoc, qn sit finis vt res. Et propterea forte lra nõ affirmatiuè, sed cõditionaliter dicit, si aliqua actio hoĩs est vltimus finis. Sat. n. est huic lræ saluata, q ẽt si hõ ageret actionẽ, q esset vltimus finis, vt res ẽ vltimus finis, adhuc verificaret, q tũc ageret ẽt pp finẽ, quia vellet illã actionẽ. & sic ipsũ velle esset pp finẽ. (2 Porrecta per totum.) Nec subeat hæc dubitatio, quõ actio illa vltima, in qua cõsistit felicitas vltima, sit imperata apud doctrinam S. Th. qm ponit volũtatẽ & intellectũ naturali motu ferri in Deũ oblatũ cũ lumine gloriæ. Hæc.n. solues intuẽdo, q loqr de hoĩe inquãtũ hõ, & nõ quatenus diuinæ cõsors ẽ naturæ p gloriã. Et si hãc lræ rõnem notaueris, pspicies interpretationẽ principalis cõclusionis rñsiuæ positæ in corpore huius ar. scilicet, Omnes actiones humanæ sunt propter finẽ. ly.n. oẽs, non distribuit pro omnibus actionibus seorsum sumptis, sed pro singulis perfecte, seu integraliter sumptis. Si enim aliqua actio intellectus est vltimus finis, illa secundum se sola non potest esse propter finem: sed ipsa ratione eius velle, a quo pendet. quod in se participatiue claudit, est propter finem: & sic omnes actiones humanæ sunt propter finem.

(*12. q. 50. ar. 2. co. & 2. cõtra c. 46. Et li. 3. c. 1. fin. 16. 24. 109. 110 fin. & 111. Et vni. art. 5. cor. & 2. phy. le. 4. ca. 2. prin. & le. 10. prin.)

E

SVPER QVÆST. I. AAT. II.

Ferr. 2. cont. c. 46. lib. 3. c. 1. *Medina art. 2.*

IN art. 2. dubium occurrit, quid intersit inter apprehendere finem, & apprehendere rõnem finis. Hanc enim differentiã constituit litera radicem differentiæ inter rationalia, & irrationalia sensitiua in agendo propter finem. Non enim potest dici quòd per finem intelligitur hic finis, & per rationem finis intelligitur quidditas finis; quoniam mulier præparans cibos, ut comedat hora prandij, quidditatem comestionis nec in vniuersali, nec in particulari nouit: sed ad hunc finem, quia est tunc comedere, apprehensum ordinat præparationem suam.

¶ Ad hoc dicitur, quòd cum ratio finis consistat in hoc, quod est esse, cuius causa, seu propter quid cognoscere rõnem finis est cognoscere habitudinem finis ad id quod est ad finem. Qui enim proportionem horum cognoscit, ad finem se mouere potest: & qui non nouit, non potest. Cuius signum est, quòd apprehenso aliquo fine, puta sanitate, nihil agimus propter ipsam, donec cognoscamus habitudinem eius ad exercitium

...tem, vel dictam, vel potionem &c. In cognitiona ergo proportionis, seu habitudinis rei quæ est finis, ad id quòd est ad finem vt sic, consistit cognoscere rationem finis. Et hinc oritur differentia in mouendo se ad finem cognitum, & non mouere se: vt in litera dicitur:

*tex. 42. tom. 2.

¶In eodem 2. ar. in respon. ad tertium nota rationem optimam, quia a opus naturę est opus intelligentiæ.

*tex. 49. tom. 2.

SVP. QVÆST. I. ART. III.
Medina art. 3.

IN tertio artic. dubium occurrit circa processum literæ. Nam digredi videtur a principio actiuo ad principium finale: dum assumit vniuersaliter, quòd actio specificatur ab actu, qui est principium agendi, vt calor calefactionis: & subsumit, ꝙ finis est obiectum voluntatis, ac per hoc principium actus deliberatiui voluntate: & sic concludit finem ut principium specificare actionem humanam. Constat.n. ꝙ finis non est actus qui sit principium agēdi: sed est finis propter quem agēs principio agendi agit, malus igitur videtur processus literæ.

¶Ad hoc dicitur, ꝙ finis, est non solum finis, sed obiectum uoluntatis: ac per hoc loco formæ quæ est principium agendi. Balneum.n. loquit Auer. in anima est agens desiderium. Ergo contra hoc instetur, *quia nō saluatur iuxta hanc responsionē sermo formaliter. s. ꝙ finis specié det actioni humanæ, sed res q̄ est finis intēdēdum est, ꝙ finis, inquantum finis, habat ꝙ sit obiectum voluntatis, & sit ratio agendi tali potentiæ, cuius est proprium obiectum: & sic est sermo formalis, ꝙ finis specificat actionem humanam, & nulla digressio in processu cōmissa est. Sed diuersus modus habendi rationem agendi inclusus in minorem, apparentiam

¶2 Pręt. Agere propter finem, est ᵇ ordinare suam actionē ad finem: sed hoc est rationis opus ergo non conuenit his, quę ratione carent

F

¶3 Pręt. Bonū ʰ & finis est obiectū voluntatis: sed voluntas in ratione est, vt * dicitur in 3. de anima. ergo agere propter finē non est nisi rationalis naturæ.

SED CONTRA est, quod philosophus * probat in 2. Phys. ꝙ non solum intellectus, sed etiā natura agit propter finem.

G

RESPON. Dicendum, quòd omnia agentia necesse est agere ꝑpter finem. Causarum enim adinuicem ordinatarum, si prima subtrahatur, necesse est alias subtrahi. Prima autē inter oēs causas est causa finalis, cuius ratio est: quia materia non consequitur formam, nisi secundū quod mouetur ab agente. Nihil enim reducit se de potentia in actum: agens autem nō mouet nisi ex intentione finis. Si enim agens non esset determinatum ad aliquem effectum, non magis ageret hoc quàm illud. Ad hoc ergo quod determinatum effectum producat, necesse est quòd determinetur ad aliquid certum, quod habet rationem finis. Hæc autem determinatio sicut in rationali natura ꝑ rationalem fit appetitum, qui dicitur voluntas: ita in alijs fit per inclinationem naturalem, q̄ dicitur appetitus naturalis. Tamen considerandum est, quòd aliquid sua actione, vel motu tēdit ad finem dupliciter. Vno modo, sicut seipsum ad finem mouens vt homo: Alio modo, sicut ab alio motū ad finem. sicut sagitta tendit ad determinatum finem ex hoc, ꝙ mouet a sagittante, qui suam actionem dirigit in finem. Illa ergo quæ rōnem habent, seipsa mouent ad finem, quia habent dominium suorum actuum per liberum arbitrium, quod est facultas uolūtatis & rationis. Illa verò quæ ratione carent, tendunt in finē propter naturalē inclinationē, quasi ab alio mota, non autem à seipsis, cū non cognoscant rōnem finis: & iō nihil in finē ordinare possunt, sed solū in finē ab alio ordinantur. Nam tota irrationalis natura comparatur ad Deum, sicut instrumentum ad agens principale, vt * supra habitum est. Et ideo ᵐ propriū est naturæ rationalis, ut tendat in finem, quasi se agens, vel ducens ad finem. Naturæ vero irrationalis quasi ab alio acta vel ducta, siue in finē apprehēsum, sicut bruta aīalia: siue in finē nō apprehēsū, ⁿ sicut ea, q̄ omnino cognitione carent.

H

AD PRIMVM ergo dicendum, ꝙ quando homo per seipsum agit ꝑp finem, cognoscit finē: sed quando ab alio agit vel ducit, puta cum agit ad imperium alterius, vel cum mouetur altero impellente, non est necessariū ꝙ cognoscat finem: & ita est in creaturis irrationalibus.

AD 2m dicendum, ꝙ ordinare in finem, est eius qd seipsum agit in fine. Eius uero quod ab alio agitur in finem, est ordinari in finem, quòd potest esse irrationalis naturę, sed ab aliquo rationem habente.

I

AD 3m dicendum, ꝙ obiectū voluntatis est finis & bonum in vniuersali. Vnde non potest esse voluntas in his, quæ carent ratione & intellectu, cum non possint apprehendere vniuersale. Iest est in eis appetitus naturalis, vel sensitiuus, determinatus ad aliquod bonū particulare. Manifestū aūt ē ꝙ particulares causæ mouentur a causa vniuersali; sicut cū rector ciuitatis, qui intendit bonū cōmune, mouet suo imperio omnia sua particularia officia ciuitatis. & ideo necesse est qnòd omnia, quæ carent ratione, moueantur in fines particulares ab aliqua voluntate rationali, quæ se extendit in bonum vniuersale, scilicet à voluntate diuina.

dat dubio. Ipsum enim esse propter ꝙ voluntas agit, est esse quo voluntas agit, nec sibi debetur alio modo quo agit, seu ratio agendi.

*p.p.q. 22. a. 2. & q. 105. ar. 5. Concl.

¶In eod. artic. nolo repetere scripta supra primam partem: sed in responsione ad primum nota illa verba, Vt hoc ipsum est de ratione actus. Ex his enim patet, quàm conformis S. Thom. sit doctrina superius tradita de distinctione intrinseca quarundam rerum, scilicet potentiarum, actuum, motuum, & huiusmodi, per extrinseca, a quibus rationes earum absolui nequeunt,

¶In eod. 3. articul. in responsiona ad tertium aduerta, quòd author non negat pluralitatem finium etiam proximorum absolute, sed specificantium actum. Vnius enim numero actus prout semel egreditur ab operante, (ꝙ dicitur propter accidentes intentiones in continuando actum) vnus solus est finis proprius, à quo est species velut substantialis: a cæteris autem accidentales species sunt, vt inferius clarificabitur de circumstantijs,

ARTICVLVS III.
Vtrum actus hominis recipiant speciem ex fine.

K

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur quòd actus humani non recipiant speciem à fine. ᵇ Finis enim est causa extrinseca: sed unumquodque habet speciem ab aliquo principio intrinseco. ergo actus humani non recipiunt speciem a fine.

¶2 Præt. Illud quod dat speciem, oportet esse ʰ priꝰ: sed finis est posterior in esse. ergo actus humanus non habet speciem a fine.

¶3 Præt. Idem non potest esse nisi in una specie: ʰ sed eundē numero actum contingit ordinari ad diuersos fines. ergo finis nō dat spēm actib. humanis.

SED CONTRA est, quod dicit * August. in lib. de moribus Eccl. & Manichæorum. Secundum quod

Porrecta per totum.
* inf. 18. 4. & q. 13. a. 2. & 1. & q. 72. ar. 3. & 3. Et 2. di. 40. a. 2. cor. Et mal. q. 2. ar. 4. ad 3.
*lib. 2. ca. 11. circa prin. to. 1.

finis est culpabilis vel laudabi- A lis, secundū hoc sunt opera nostra culpabilia, vel laudabilia.

Respon. Dicendū, q vnumquodq; sortitur speciem ſm actum, & non secundum potentiam: vnde ea quæ sunt composita ex materia & forma, cōstituuntur in suis specieb. per proprias formas. Et hoc etiā considerandū est in motibus pprijs. Cum enim motus quodāmodo distiguatur per actionem, & pas- B sionem, vtrumq; d horū ab actu speciem sortitur. Actio quidem ab actu, qui est principium agēdi: passio vero ab actu, qui est terminus motus nostri. Vnde calefactio actio, nihil aliud est, q̄ motio quædam à calore procedēs: calefactio vero passio, nihil aliud ē quàm motus ad calorē. Diffinitio aūt manifestat rōnē speciei. & vtroque modo actus humani, siue considerentur per C modum actionum, siue p modū passionum, speciē a fine sortiūtur. vtroque enim modo posśūt considerari actus humani, eo q homo mouet seipsum, & mouetur a seipso. Dictum est autem * supra, quòd actus dicuntur humani, in quantum procedunt à voluntate deliberata. Obiectū aūt voluntatis est bonum & finis: & ideo manifestū est, quòd principium humanorum actuū D inquantum sunt humani, est finis: & similiter est terminus eorundem. Namsi ad quod terminatur actus humanus: est id qđ voluntas intēdit tanquàm finē: sicut in agentibus naturalibus, forma generati est conformis formæ generātis. Et qavt * Ambrosius dicit super Lucam, Mores propriè dicuntur humani, * actus morales propriè speciem sortiunt ex fine. * nam idē sunt E actus morales, a & act b humani.

Ad primvm ergo dicendum, quòd finis nō est omnino aliqd extrinsecū ab actu, quia cōparatur ad actū, vt principiū, vel terminus: & hoc idem ipsum ē de ratione actus, vt scilicet sit ab aliquo quantum ad actionē, & vt sit ad aliquid, quantum ad passionem.

Ad 2m diceudum, q finis se cundum quod est prior in intētione, vt * dictum est, secundū hoc pertinet ad voluntatem: & hoc modo dat speciem actui humanò, siue morali.

Ad 3m dicendum, q idem actus numero secundum quod semel egreditur ab agente, non ordinatur nisi ad vnum finem proximum a quo habet speciē: sed potest ordinari ad plures fines remotos, quorum vnus est finis alterius. Posśibile tamen est, q vnus actus ſm speciē naturæ ordinet ad diuersos fines voluntatis: sicut hoc ipsum qđ est occidere hoiem, quod ē idē secundum speciem naturæ, pōt ordinari sicut in finem ad cōseruationem iustitiæ, & ad satisfaciendum iræ: & ex hoc erunt diuersi actus ſm speciem moris, quia vno modo erit actus virtutis, alio modo erit actus vitij. Non enim motus recipit speciē ab eo quod est terminus per accidens, sed solum ab eo qđ est terminus per se. Fines autē morales accidunt rei naturali: & econuerso, ratio naturalis finis accidit morali. & ideo nihil prohibet actus, qui sunt ijdem secundum speciem naturæ, esse diuersos secundum speciem moris, a & econuerso.

Articvlvs IIII.

Vtrum sit aliquis vltimus finis humanæ vitæ.

Ad qvartvm sic procedit. Videtur quòd nō sit aliqs vltimus finis humanæ uitæ, sed procedatur in finibus in infinitum. Bonum enim secundum suā rōnē est diffusiuum sui, vt patet per * Dionys. 4. cap. de diuiin. nomin. Si ergo quod procedit ex bono, ipsū ēt ē bonū: oportet q illud bonū diffundat aliud bonū, & sic pcessus boni ō in infinitū: sed b bonū hēt rōnem finis. ergo in finib. est processus in infinitū.

¶ 2 Præterea. Ea h quæ sunt rationis, in infinitum h multiplicari posśūt: vnde & mathematicæ quātitates in infinitum augentur. Species etiam numerorum propter hoc possunt esse infinitæ, quia dato quodlibet numero, alium maiorem excogitare potest: sed desiderium finis sequitur apprehensionem rationis. ergo uidetur quòd in finibus procedatur in infinitum.

¶ 3 Præt. Bonū, & finis est obiectū volūtatis, sed uoluntas infinities pōt b reflecti supra se ipsā. posśū. n. velle aliqd, & velle me velle illud, & sic in infinitū. ergo in finib. humanę voluntatis pcedit in infinitū.

4 Porrecta per totum. *3. d. 3. q. 1. ar. 2. c. *cap. 4. de diui. nomi. in prīcip.

SVP. QVÆST. I. ART. IIII.

S. bona. 3. ſ. d. 27. q. 1. a. 3
Scot. 3 ſ. d. 27. q. 1.
Ricca. 3. ſ. d. 27. q. 1
Medina ar. 4.

In art. 4. eiusdem quæstio. dubiū est circa rńsionē ad primū, cū dr̄, q de rōne boni est, q aliquid ab ipso effluat. Nā si huc est verū, seqnit primo q de rōne boni, qđ est essentia diuina est q aliqd ab ipsa effluat. *D, 6t. Et cū illud qđ ē de rōne alicuius, necessario cōueniat illi, sequit q necessario ab essentia diuina aliqd effluat. Et sic nō libere, sed necessariò res effluxerūt in esse à deo. Seqr scdo, q intellectus diuinus moderando effluxū bonorū a primo bono auferas a bono id qd est de rōne eius: qđ & impossibile est, & non est fas tribuere diuinæ sapientiæ, quę disponit oīa suauiter. Probat sequela: qa cōstituendo vltimū bonū inferius, cū illud, q̄a bonū est, habeat de rōne sua q aliquid ab eo effluat: & q̄a vltimū nihil ab eo effluit, oportet q sit ablatum ab eo, id quod est de ratione eius.

QVIA igitur ad beatitu dinē ꝑ actus aliquos necesse est peruenire: oportet consequēter de humanis actib. cōsiderare, ut sciamus quib. actib. perueniat ad beatitudinē, uel impediat beati tudinis uia. Sed quia operatio nes, & actus circa singularia sūt ideo oīs operatiua sciētia i par- G ticulari cōsideratione perficit. Moralis igitur consideratio, q̃a est humanorum actuum, primo quidem tradenda est in uniuer sali: secundo uero in particulari. ¶Circa uniuersalē aūt cōsidera tionē humanorū actuū, primo quidē considerandum occurrit de ipsis actib. humanis: Secundo de principiis eorū. Humanorū aūt actuū quidam sunt hominis proprij, quidam sunt homini, & H alijs animalib. cōes. Et quia bea titudo est propriū hominis bo num, propinquius se habēt ad beatitudinē actus, qui sunt pro prie humani, q̃ actus, qui sunt homini, aliisque animalib. com munes. Primo ergo consideran dū est de actibus, qui sunt pro prii hominis: Secundo, de actib. qui sunt homini, aliisque anima libus communes, qui dicunt ani mæ passiones.

¶Circa primū duo considerāda occurrunt. Primo, de considera tione humanorū actuum: Secu do, de distinctione eorū actuū. Cum aūt actus humani proprie dicantur, qui sunt uoluntarij, eo q̃ uoluntas est rationalis appe titus, qui est proprius hominis: oportet considerare de actib. in quantū sunt uoluntarij. Primo ergo considerandū est de uolun tario, & inuoluntario in cōi. Se- K cundo, de actibus qui sunt uolū tarij, quasi ab ipsa uoluntate eli citi, ut immediate ipsius uolun tatis existentes. Tertio, de actib. q̃ sunt uoluntarii, quasi a uolun tate imperati, q̃ sunt ipsius uo luntatis mediātib. alijs potētiis. Et quia actus uolūtarij habent quasdam circunstātias, ꝯm quas diiudicātur, primo cōsiderandū est de uolūtario, & inuolūtario, & cōsequēter de circūstātiis ip-

F sorū actuū, in quib. uoluntariū, & inuoluntarium inuenitur.

CIRCA primum q̃runtur octo.

¶Primo, Vtrum in humanis acti bus inueniatur uoluntarium.

¶Secundo, Vtrum inueniatur in animalibus brutis.

¶Tertio, Vtrum uoluntarium esse possit absque omni actu.

¶Quarto, Vtrum uiolentia uo luntati possit inferri.

¶Quinto, Vtrum uiolentia cau set inuoluntarium.

¶Sexto, Vtrum metus causet in uoluntarium.

¶Septimo, Vtrum concupiscen tia inuoluntarium causet.

¶Octauo, Vtrum ignorantia.

ARTICVLVS I.

Vtrum in humanis actibus inueniatur uoluntarium.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur quòd in humanis actibus non inueniatur uolunta rium. Voluntarium enim est, cu ius [b] principium est in ipso, ut patet per Greg. Nicenum *, & Damas. † & Arist. * sed principiū humanorum actuum non est in ipso homine, sed est extra. nā ap petitus hominis mouet ad agen dum ab appetibili quod est ex tra, quod est sicut mouens non motū, ut dicitur in 3. de anima. † ergo in humanis actibus nō inuenitur uoluntarium.

I ¶2 Præt. Philosophus in 8. Phy sic. * probat, q̃ non inuenitur in animalib. aliquis actus nouus, q̃ nō perueniat ab alio [b] motu ex teriori: sed oēs actus hominis sunt noui, nullus enim actus ho minis æternus est. ergo princi pium omniū humanorū actuū est ab extra: non igitur in eis in uenitur uoluntarium.

¶3 Præt. Qui uoluntarie agit, [b] ꝑ se agere potest: sed hoc homini non conuenit. dicitur enim Io. 15. Sine me nihil potestis face re. ergo uoluntarium in huma nis actibus non inuenitur.

SED CONTRA, est, quod dicit Damascenus in 2. lib. * quod uoluntarium est actus, qui est operatio rationalis: tales autē sunt actus humani. ergo in actibus humanis inuenitur uoluntarium.

RESPONDEO, Dicendum, [m] q̃ oportet in actib. humanis uoluntariū esse [n]. Ad cuius euidentiā cō siderādū est, q̃ quorundam actuū principium est in agente, seu in eo quod mouet: quorundam autem

ra, quæ est intrinsecū agendi principiū, nō solum est principiū agendi, sed agendi propter finem: natu ralia enim, ut sic agūt propter finem.

¶Circa illam aliam propositionem in eo dem corpore, scilicet Quodcunq; sic agit, uel mouetur a prin cipio intrinseco, q̃ habet aliquam noti tiam finis, habet in seipso principiū sui actus non solum, ut agat, sed etiā ut agat propter finē: dubiū occurrit, quia contra dicit determinatio ni factæ in 1. art. q. 1. ubi conclusum est, esse proprium rationa lis naturæ agere pro pter finem, ita ut mo ueat se ad finem. hic enim expresse dicit, quòd huiusmodi, ut animalia, mouent se ad finem quia aliquā cognitionem finis ha bent, quomodo hæc hæc simul?

¶Circa deductam in eodem corpore pro positionem ex prædi cta, scilicet unde hu iusmodi dicūtur nō mouere seipsa, sed ab alijs moueri: dubium quoq; occurrit, quo niam constat, quòd uegetabilia mouent seipsa motu augmen ti ad omnes differen tias positionis, & ta men carent notitia finis. Falsum ergo est quòd huiusmodi, sci licet carentia finis no titia, non dicuntur mouere seipsa. Et cō firmatur, quia in pri ma parte q. 18. arti cu. 1. in responsione ad secundum, expres se dicit author, quod hæc mouent seipsa.

¶Ad primæ dubita tionis euidentiam, scito, quod hoc quod est agere propter fi nem, potest habere principium duplicis ordinis. Alterum sci licet propr. ordinis: alterum subordina ti. Propter quidem ordinis

Nicenus li. 5. ca. 32. cir. prin.
† Dam. li. 2. ortho. fidei. c. 24
* Aristo. 3 ethi. ca. 1. to. 5.
† li. 3. tex. 54. tom. 5
* Li. 8. Phy sic. tex. 28. tom. 2.
c. 22. 24.
Conc. 1. m

motuum, vel actuum principiũ A ẽ extra. Cũ.n. lapis mouetur sursum, principiũ huius motionis est extra lapidẽ, sed cum mouetur deorsũ, principiũ huius motionis est in ipso lapide. Eorũ autẽ, q̃ a principio intrinseco mouentur, quædã mouent seipsa, q̃dam aũt non. Cum enim omne agẽs seu motũ, agat seu moueatur pp finem (vt supra habitum est*) illa perfectè mouent a ptincipio intrinseco, in quib. est aliquod intrinsecum principiũ, nõ solum ut moueantur, sed ut moueant in finẽ. Ad hoc aũt q; fiat aliquid pp finem, requiritur cognitio finis aliqualis. Quodcũq. igitur sic agit, uel mouet a principio intrinseco, qđ habet aliq̃ notitiã finis, habet i seipso principiũ sui actus non solũ ut agat, sed ẽt vt agat pp finem. Quod aũt nullam notitiam finis habet etsi tñ eo sit principiũ actionis C vel motus, non tñ eius quod est agere, uel moueri pp finem, est principium in ipso, sed in alio, a quo ei imprimit principiũ suæ motiõis in finem. unde nõ dicũtur mouere seipsa, sed ab alijs moueri. Quæ uero habent notitiam finis, dicunt seipsa mouere: quia in eis est principiũ nõ solum vt agant, sed ẽt ut agant pp finem. Et iõ, cum utrunq; sit ab intrinseco pricipio, s. q; agũt, D & q; pp finem agunt, horũ motus & actus dicuntur uolũtarij. Hoc aũt importat nomẽ uoluntarij, q; motus & actus sit a propria inclinatione: & inde est q; voluntariũ dr̃ esse sm̃ diffinitionẽ Arist. & Greg. Niceni, & Damas.* non solũ cuius principiũ est intra, sed cum additione sciẽtiæ. Vnde cum homo maxime cognoscat finẽ sui operis, & se moueat seipsum, in eius actib. maxime uoluntarium inuenitur. E

Ad primvm dicendum, q; nõ omne principium, est principiũ primum. Licet ergo de rõne uolũtarij sit, q; principium eius sit intra: non tñ est contra rõnem voluntarij, q; principium intrinsecum causetur, uel moueat ab exteriori principio: quia nõ est de rõne uoluntarij, q; principiũ intrinsecum sit principium primum. Sed tñ sciẽdum, quòd cõtingit aliquod principium motus, esse primum in genere, qđ tñ non est primum simpliciter: sicut in genere alterabiliũ, primũ alterans est corpus cæleste: quod tamen non est primũ mouens simpliciter, sed mouet motu locali a superiori mouẽte. Sic igitur principiũ intrinsecũ uoluntarij actus, qđ est uis cognoscitiua & appetitiua, est primũ principiũ in gñe appetitiui motus, q̃uis moueat ab aliquo exteriori sm̃ alias species motus. B

Ad 2m dicendum, q; motus animalis nouus præuenit quidẽ ab aliquo exteriori motu, quantũ ad duo. Vno mõ, inquantũ p motũ exteriorẽ pſentatur sensui aĩalis aliquod sensibile, qđ apprehensum mouet appetitũ: sicut deo videns ceruũ per eius motũ appropinquantẽ, incipit moueri ad ipsum. Alio mõ, inquantum p exteriorẽ motũ incipit aliqualiter immutari naturali immutatione corp⁹ aĩalis, puta p frigus, vel calorẽ. Corpore aũt imutato p motum exterioris corporis, immutatur ẽt p accidens appetitus sensitiuus, qui est virtus organi corporei: sicut cũ ex aliqua alteratione corporis cõmouetur appetitus ad cõcupiscentiã alicuius rei: sed hoc non est contra rationẽ uoluntarij, vt dictũ est. * Huiusmodi. n. motiões ab exteriori principio sunt alterius generis.

Ad 3m dicendũ, q; Deus mouet hominẽ ad agendũ non solum sicut pponẽs sensui appetibile, vel sicut immutãs corpus, sed ẽt sicut mouens ipsam uolũtatẽ; quia omnis motus tã uolũtatis quàm naturæ, ab eo procedit sicut a primo mouente. Et sicut nõ est cõtra rõnẽ naturæ, q; motus naturæ sit a Deo, sicut a ptimo mouẽte, inquantũ natura est quoddã instrm̃ Dei mouẽtis: ita nõ est cõtra rõnẽ actus voluntarij, q; sit a Deo, inquantũ uoluntas a Deo mouetur: est tamẽ communiter de ratione naturalis & uolũtarij mot⁹, q; sint a principio intrinseco.

Articvlvs II.

Vtrum voluntarium inueniatur in animalibus brutis.

AD 2m sic proceditur. Vr̃ q; uoluntarium non sit in brutis animalibus. Voluntarium enim a voluntate dr̃; uoluntas aũt cum sit in ratione, vt — 2. dis. 25. artic. 1. ad tertium.

ordinis principiũ est, quod propria virtute hoc facit. Subordinatũ uero, quod superioris uirtutis participatiõe solum hoc facit. Et quoniam agere pp finem, collationem quandam eius quod est ad finem, ad ipsum finẽ manifeste importat: conferri autem in finem absq; cognitiõe (etsi fingendi detur licentia) intelligi nequit, oportet ut de ratione principij propria uirtute actiui propter finẽ sit cognitio: ac per hoc principium propria uirtute agens pp finem, constet necessario ex gradu cognoscitiuo. Et consequenter si quid non cognoscitiuum agit pp finẽ, & si habeat principiũ agendi pp finem, nõ habet principium nisi subordinati ordinis, quod. s. ex hoc, q; est impressio quædã, a cognoscitiuo principiat pp finẽ. Et hoc modo naturalia agũt pp finem: ita q; æquiuocatio est hic inter literam hanc, & secundum Physic. actõ est. Author siquidem loquitur de principio agente pp finem propria uirtute & de tali verissimum est dicere q; in solis cognoscitiuis est principiũ agẽdi pp finem: quia ut in litera dr̃, ad hoc q; aliquid fiat pp finẽ, requiritur aliqualis notitia finis: pp quod a philosophis dicitur, q; opus naturæ, est opus intelligentiæ. In secũdo aũt physic. & alijs, est sermo de qualicũque principio, & sic late loquendo concedimus, & q; in naturalibus est principiũ agẽdi, & agendi pp finẽ. Natura.n. ab intelligẽtia veniens, est principium subordinati ordinis agendi pp finẽ, & non est principiũ propria uirtute directiuum in finẽ. & sic omnia consonant.

¶ Ad secundam autẽ dubitationem dr̃, qđ quia aĩalia imperfecte cognoscunt finem, ut in 2 artic. huius q. dr̃, ideo etiam imperfecte mouent se ad finẽ: & est tanta imperfectio illa, ut uix nisi participatione quadã moueant se ad finẽ, sicut prudentia sunt, & ordinant in finem. pp quod simpliciter negari põt, qđ mouẽt se ad finem, sicut q; ordinant aliquid in finẽ: q̃uis concedatur simpliciter, q; mouent se. Et põt nihilominus cum additione dici, quod imperfecte mouent se pp finẽ, & sic in proposito accidit: nam superius fuit sermo simpliciter, hic autem est sermo secundum quid manifestatum in 2. artic. Posset quoque dici, ut dicet ad tertiũ dubium, q; quia habentia cognitionem sensitiuã, medium locum tenẽt inter naturalia, quę nullo modo cognoscũt finẽ, & rationalia quæ oĩno cognoscũt finẽ, mõ in hoc, modo in illud extremorũ declinant. In prima nãq; q. quia de agere pp finem simpliciter & p se erat sermo, cũ naturalib. cõputata sunt. Hic uero quia de voluntario cõiter sumpto, vt ẽt ad brutorũ participationẽ se extendit, inchoat doctrina, cum rationalibus connumerata sunt.

Ad tertiam dubitationem dicitur, q; quia medium utrunque sapit extremum, & modo illud, modo alterũ subinduit: ideo accidit ut vegetabilia, quę media sunt inter pure naturalia quæ non mouent se, & animalia quæ mouent se, modo dicantur mouere se, & modo dicãtur non mouere se. Quando enim distinguuntur vegetabilia contra naturalia, ut ibi sit, dr q; mouẽt se: qñ autem cõtra animalia quæ cognoscitiua sunt, ut hic, dicitur q; non mouẽt se.

Marginal notes: q. 1. art. 2. — Locis in arg. 1. citatis. — *Ad precedentem arg.

SVP. QVAEST. VI. ART. II.

Egid. 2. s. d. 25. q. 1. a. 2. D. Bon. d. 25. ar. 1. q. 1. Medina ar. 2.

IN secundo ar. aduerte, q; id quod supe-

dicitur in 3. de anima:* non, potest esse in brutis animalibus. ergo neque voluntarium in eis inuenitur.

¶2 Præt. Secundum hoc, ꝙ actus humani sunt[h] voluntarij, homo dicitur esse dominus suorum actuum: sed bruta animalia non habent dominium sui actus. nõ enim agunt, sed magis aguntur, vt Damasce. dicit. ergo in brutis animalibus non est voluntariũ.

¶3 Præt. Damasce.† dicit, ꝙ act[9] [h] voluntarios sequitur laus, uel vituperiũ: sed actibus brutorũ aĩalium non debetur neq; laus, neque uituperium. ergo in eis non est uoluntarium.

SED CONTRA est, quod dicit Philosophus in 3. Ethico.* quòd pueri, & bruta animalia communicant uoluntario: & idem dicunt Grego. Nicenus, & Damasce.†

RESPON. Dicendum, ꝙ sicut dictum est,* ad rõnem uoluntarij requiritur, ꝙ principium act[9] sit intra cum aliqua cognitione finis. Est aũt duplex cognitio finis, perfecta scilicet, & imperfecta. Perfecta quidem finis cognitio est, quando non solũ apprehenditur res quæ est finis, sed ẽt cognoscitur ratio finis, & proportio eius quod ordinatur ad finem ipsum: & talis cognitio finis competit soli rõnali naturę. Imperfecta autẽ cognitio finis est, quæ in sola finis apprehẽsione consistit sine hoc, ꝙ cognoscatur rõ finis, & proportio act[9] ad finẽ. & talis cognitio finis reperitur in brutis animalib. p sensum, & æstimationẽ naturalẽ. Perfectam igitur cognitionẽ finis sequitur uoluntariũ ẽm rõnem perfectã, prout scilicet apprehẽso fine aliquis põt deliberans de fine, & de his quæ sunt ad finẽ, moueri in finem, uel nõ moueri. Imperfectã aũt cognitionem finis sequitur uolũtariũ ẽm rõnẽ imperfectã, prout scilicet apprehendens finẽ, nõ deliberat, sed subito mouet in ipsũ. Vnde[m] soli rõtionali naturę cõpetit uoluntarium ẽm, rõnem perfectam: sed secundũ rationẽ imperfectam, competit etiam brutis.*

AD PRIMVM ergo dicendũ,
F ꝙ voluntas nominat rationalẽ appetitũ: & ideo non põt esse in his quæ ratione carent uolũtariũ aũt denominatiue dr̃ a uoluntate, & põt trahi ad ea in quibus est aliqua participatio uoluntatis secundum aliquam cõuenientiam ad uolũtatẽ. & hoc modo uoluntariũ attribuit animalib. brutis, inquãtum scilicet, per cognitionem aliquam mouentur in finem.

G AD 2m dicendum, ꝙ ex hoc contingit, ꝙ homo est dominus sui actus, ꝙ habet deliberationẽ de suis actibus. Ex hoc enim ꝙ ratio deliberans se habet ad opposita, uoluntas in utrunque potest: sed secundũ hoc uoluntarium non est in brutis animalibus, ut dictum est.*

AD 3m dicendũ, ꝙ laus, & uituperiũ consequuntur actum uoluntariũ secundũ perfectam
H uoluntarij rationem, qualis nõ inuenitur in brutis.

ARTICVLVS III.

Vtrum voluntarium possit esse absque omni actu.

AD TERTIVM sic procedit. Vr ꝙ voluntariũ non possit esse sine actu. Voluntariũ enim dicitur, quod[h] est a uoluntate: sed nihil põt esse a uoluntate, nisi per aliquẽ actũ, ad min[9] ipsius uoluntatis. ergo uoluntarium non potest esse sine actu.

¶2 Præt. Sicut per actũ uoluntatis dicitur aliquis uelle, ita cessãte actu uolũtatis dr̃ non[h] uelle: sed non uelle inuoluntariũ causat, quod opponitur uoluntario. ergo voluntariũ non potest esse actu uolũtatis cessante.

¶3 Præt. De rõne uoluntarij est cognitio,[h] ut dictũ est,* sed cognitio est per aliquem actum, ergo uoluntarium non potest esse absque aliquo actu.

K SED CONTRA, Illud, cuius domini sumus, dicitur esse uoluntarium: sed nos domini sumus eius quod est agere, & non agere, uelle & non uelle. ergo sicut agere, & uelle est uoluntarium: ita & non agere, & non uelle.

RESPON. Dicendum, ꝙ uoluntarium dicitur, qđ est a uoluntate. ab aliquo autem dicitur esse aliqd dupliciter. Vno modo directe, quod scilicet procedit ab aliquo, inquantum est agens. sicut calefactio a calore. Alio modo indirecte, ex hoc ipso ꝙ nõ agit: sicut submersio nauis dicitur esse a gubernatore, inquantum desistit a gubernando.

Sed sciendum, ꝙ non semper id quod sequitur ad

*Et 3. dis. 28. q. 1. ar. 4. ad 3. Et ver. q. 23 ar. 2. ad 1. Et 3. Eth. lec. 4. & lec. 5. col. 1.
*Text. 42. tom. 2.
†Lib. 2. c. 24. & 22.
*Ca. 1. nõ lõge a fin.
†Dam. li. 2. c. 24. Nicenus li. 5. c. 4. circa prin. li.
*Art. pc.
*In corp. art.
Infra. q. 71. ar. 5. ad 2. Et 2. d. 25. art. 3. cor. & ad 5. Et mal. q. 2. art. 1. ad 2.
*Art. pc.

superius, in primo scilicet q. articulo secundo, appellauit euthoi vnico uocabulo cognoscere rationem finis, & nos exposuimus consistere in cognitione proportionis inter finem, & id quod est ad finẽ modo explicatur ex parte vtriusque extremi. s. finis & eius ꝙ est ad finem: & dicitur ꝙ est cognoscere ex parte finis, rationem finis: ex parte uero eius quod est ad finem, proportionem illius ad finẽ: & intendit per rationem finis, non quod quid est, ut distinguitur contra indiuiduũ sed rationem formalem siue uniuersaliter, siue particulariter vt distinguitur cõtra rem, id est, ꝙ oportet cognoscere rem, quæ denominatur finis, ut stat sub denominatione finis. verbi gratia, Mulier præparatura prandium, non solum nouit hoc futurum prandium, sed nouit ipsum ut finẽ, tunc, ibi, suæ præparationis & c. alioquin nõ ratiocinaretur ex prandio ad præparenda, nec moueretur ad operationem: & similiter nouit non solum has carnes hanc horam &c. sed ut proportionatas nunc, hic sic &c. ad talem finẽ: & hoc est perfecte cognoscere finem, & nosse rationem finis.

SVP. QVAES. VI. ART. III.

Medina. ar. 3.

Circa tertium quęstionis articulos vsque ad ultimũ exclusiue, nihil occurrit scribendum. Aduertendum tamẽ est, quòd tertius articulus fundamentum ẽ multarum ueritatũ, cum de peccatis disputatur, & specialiter omissionem: unde & eo in locis propriis utemur. Singulariter tamen nunc, ex hoc articul. commendandum est memoriæ, quod ad rationem uoluntarij indirecte non sufficit potestas in uoluntate, & negatio prouisionis: sed oportet tria concurrere. scilicet, posse, debere, & non velle, eo non imperare. & propterea nõ valet argumentum, ꝙ: Hoc potuit e uoluntate prohiberi, & non est prohibitum. ergo est voluntarium. Et hoc est ualde notandum propter eos qui sunt ebenime sensiuua, & generatiue, & non ex præcepto intellectus. Oportet enim diligẽter attendere, si debet, & quando debet impedire. Quartus vero, in secundo argumento iuncto suæ responsioni, occasionem dat disputandi, an obiectum moueat uoluntatem actiue. Sed quia de motiuo uoluntatis erit specialis quæstio in litera, illucusque differtur. Sextus regulam tradit in iudicandis votis, contractibus &c. factis ex metu cadente in constantem uirum, dum omnia huiusmodi vere uoluntaria docemur: quàmuis aliquid habeant inuoluntarij admixtum, ac per hoc si mala sunt eidem, ut periuria, infamiæ, & similia, peccata sunt mortalia. Esto tamen cautus in materia matrimonij: quia Ecclesia vult ꝙ non solum sit uoluntarium, sed plene uoluntarium, vt in quarto sententiarum habes. Compatiuntur quoqꝫ humana iura, his quæ metu fiunt, libertatẽ plenam fouendo, nõ voluntarium in his negando.

Gonsal. m.

ad defectũ actionis, reducitur sicut in cām in agẽs, ex eo q non agit: sed solum tũc, cũ pôt, & dẽt agere. Si enim gubernator non posset nauẽ dirigere, vel nõ esset ei cõmissa gubernatio nauis, nõ imputaretur ei nauis submersio, q̃ p absentiã gubernatoris contingeret. Quia igitur uoluntas uolẽdo, & agẽdo, pôt impedire hoc, qđ est non uelle, & non agere, & aliqñ dẽt hoc qđ est non uelle, & nõ agere, imputat ei, quasi ab ipsa existens: & sic volũtariũ pôt esse absq; actu, qñq; quidẽ absq; actu exteriori cũ actu interiori, sicut cũ vult nõ agere: aliqñ autem & absque actu interiori, sicut cum nõ vult.

conclu.

Ad primvm ergo dicendũ, q voluntariũ dr̃ non solũ qđ procedit a uoluntate directe, sicut ab agẽte, sed ẽt qđ est ab ea indirecte, sicut a non agente.

Ad 2m dicendũ, q non uelle dr̃ dupliciter. Vno mõ, prout sumit in ui unius dictionis, ẽm quod est infinitiuũ huius uerbi; Nolo. unde sicut cũ dico, Nolo legere, sensus est, Volo non legere: ita hoc qđ ẽ, Non uelle legere, significat, Velle nõ legere, & sic, Non uelle, cãt inuoluntariũ. Alio mõ sumitur in ui orationis, & tunc non affirmatur actus uoluntatis: & huiusmodi, Non uelle, non causat inuoluntariũ.

Ad 3m dicendum, q eo modo requiritur ad uoluntariũ actus cognitionis, sicut & actus uoluntatis, vt s. sit in potestate alicuius cõsiderare, & uelle, & agere: & tunc sicut non uelle, & non agere, cum tẽpus fuerit, est uoluntarium, ita ẽt nõ cõsiderare.

ARTICVLVS IIII.

Vtrum violentiã voluntati possit inferri.

Medina artic. 4.

44 Porrecta per totum. *1. q. 82. ar. 1. co. & ad 1. Et 4. d. 29. ar. 1. Et veri. q. 22. ar. 5 & 8. & q. 24. ar. 1. c. 4 Et Ro. 6. le. 4. *Tex. 54. tom. 2.

AD QVARTVM sic proceditur. Videtur q uoluntati possit uiolentia inferri. Vnumquodq;. n. pôt cogi à potentiori: sed aliquid est humanæ voluntati potentius, scilicet Deus. ergo saltem ab eo cogi potest.

¶ 2 Præt. Omne passiuum cogitur a suo actiuo, qñ immutatur ab eo: sed uoluntas est uis passiua: est enim mouens motum, ut dicitur in 3. de anima * cũ ergo aliquando moueatur a suo actiuo, uidetur q aliquando cogatur.

¶ 3 Præt. Motus violẽtus est, qui est contra naturã: sed motus uoluntatis aliquando est contra naturã, ut patet de motu uoluntatis ad peccandum, qui est contra naturam, ut Damasc. † dicit. ergo motus voluntatis potest esse coactus.

†Li. 4. Orthodo. fidei. c. 21. *Cap. 10. tom. 5.

Sed contra est, quod August. dicit in 5.* de ciuitate Dei, Quòd si aliquid fit uoluntate nõ fit ex necessitate: omne autem coactum fit ex necessitate ergo quod fit ex uoluntate, non pôt esse coactũ: ergo uoluntas non potest cogi ad agendum.

Resp. Dicendũ, q duplex est actus uoluntatis, Vnus quidẽ, q est ẽius immediate, uelut ab ipsa elicitus, s. uelle. Alius qui est actus uoluntatis a uoluntate imperatus, & mediãte alia potẽtia exercitus, ut ambulare, & loq, q a uoluntate imperantur mediãte potentia motiua. Quantũ igit ad actus a uoluntate imperatos, uoluntas uiolentiã pati pôt, in quantũ p uiolentiã exteriora mẽbra impediri possunt, ne imperium voluntatis exequant: sed quantum ad ipsũ propriũ actũ uoluntatis, non pôt ei violẽtia inferri. Et huius est rõ, quia actus uolũtatis nihil est alind, q̃ inclinatio quædã procedens ab interiori principio cognoscente: sicut appetitus naturalis est qdã inclinatio ab interiori principio, & sine cognitione: qđ aũt est coactũ, uel uiolentũ, est ab exteriori principio: unde ↄtra rõnẽ ipsius actus uoluntatis est, q sit coactus, uel uiolentus: sicut ẽt est ↄ rõnem naturalis inclinationis, uel motus lapidis, q feratur sursum (pôt. n. lapis per uiolẽtiã ferri sursũ) sed quod iste motus uiolentus sit ex eius naturali inclinatione, esse non pôt. Similiter ẽt potest homo per uiolentiã trahi: sed quod hoc sit ex eius uoluntate, repugnat rationi violentiæ.

conclu.

concl. p

Ad primvm ergo dicendum, q Deus, qui est potentior quàm uoluntas humana, potest volũtatẽ mouere, secundum illud prouerbium, Prouerb. 21. Cor regis in manu Dei est: & quocunque uoluerit, vertet illud. Sed si hoc esset per uiolentiam, iã non esset cum actu uoluntatis: nec ipsa uoluntas moueretur, sed aliquid contra uoluntatem.

Ad 2m dicendum, q nõ semper est motus uiolẽtus, qñ passiuũ immutatur a suo actiuo, sed qñ hoc fit ↄ interiorẽ inclinationẽ passiui: alioquin oẽs alterationes, & generationes simpliciũ corporũ essent innaturales, & uiolentæ: sunt aũt naturales pp naturalẽ aptitudinẽ interiorẽ materiæ, uel subiecti ad talem dispositionẽ. Et similiter qñ uolũtas mouetur ab appetibili ẽm propriam inclinationem, non est motus uiolentus, sed voluntarius.

Ad 3m dicendũ, q id, in quod uoluntas tendit peccãdo, etsi sit malũ, & contra rõnalẽ naturã ẽm rei veritatẽ, apprehenditur tñ ut bonũ, & conueniens homini ẽm aliquam delectationem sensus, vel secundum aliquem habitum corruptum.

ARTICVLVS V.

Vtrum violentia causet inuoluntarium.

Medina art. 5.

AD QVINTVM sic proceditur. Videt q violentia non causet inuoluntariam. Voluntariũ enim & inuoluntarium, secundum voluntatem dicuntur. Sed uoluntati violentia inferri non potest, ut ostensum est.* ergo violentia inuoluntariũ causare non potest.

45 Porrecta per totum. *Sup. ar. 4 co. & inf. ar. 6. ad 1. & q. 73. ar. 6. co. Et 3. d. 29. q. 1. ar. 6. ad 1. Et ma. q. 6. co. †Li. 2. c. 24. prod. *3. ethi. c. 1. to. 5.

¶ 2 Præt. Id quod est inuoluntariũ, est cum tristitia, ut Damas. & Philosophus dicunt: † sed aliqnãdo patitur aliquis violentiam, nec tamẽ inde tristatur. ergo uiolentia non causat inuoluntarium.

¶ 3 Præt. Id qđ est à uolũtate, nõ pôt esse inuolũtarium, sed aliqua uiolenta sunt a uolũtate, sicut cũ aliquis cũ corpore graui sursum ascendit: & sicut cũ aliqs inflectit mẽbra contra naturalem eorũ flexibilitatem. ergo uiolentia non cãt inuoluntariũ.

Sed contra est, qđ Philosophus & Damasc. dicunt,* q aliquid est inuoluntarium per uiolentiã.

*locis si. ci. iam citatis.

Respon. Dicendũ, q uiolentia directe opponitur uoluntario, sicut etiam & naturali. Cõe est. n. uoluntario & naturali, quod utrunq; fit a principio intrinseco, uiolentũ autem est a principio extrinseco: & pp hoc, sicut in rebus, quæ cognitione carent, uiolẽtia aliqđ facit contra naturã, ita in rebus cognoscẽtibus, facit aliqđ esse cõtra uoluntatem

tem:quod aût est contra naturam,dicitur esse innaturale:& similiter quod est contra uoluntatem, dr̃ esse inuoluntariũ.vnde * uiolẽtia uoluntariũ cãt.*

Concl. ** Ad 1m ergo dicendũ, ꝙ inuolũtariũ uoluntario opponitur. Dictũ * est aũt supra, ꝙ uoluntariũ dr̃ nõ solum actus, qui est immediate ipsius uolũtatis, sed ẽt actus a uolũtate imperatus. Quantũ igit̃ ad actũ, qui est immediate ipsius uolũtatis, ut supra dictũ est,† uiolentia uolũtati inferri nõ pôt: sed quãtũ ad actũ imperatũ, uolũtas pôt pati uiolentiã: & quantũ ad hunc actũ uiolentia inuoluntariũ facit.

art. præced.

Ibid. præced.

Ad 2m dicendũ, ꝙ sicut naturale dr̃, quod est secundũ inclinationẽ naturæ: ita uoluntarium dr̃, qđ est ẽm inclinationẽ uoluntatis. Dr̃ aũt aliquid naturale dupliciter. Vno modo, quia est a natura, sicut a principio actiuo: sicut calefacere est naturale igni. Alio mõ, ẽm principiũ passiuum, quia s.est innata inclinatio ad recipiendũ actionẽ a principio extrinseco: sicut motus cœli dr̃ esse naturalis, pp aptitudinẽ natu alẽ cœlestis corporis ad talẽ motũ, licet mouens sit uoluntariũ. Et similiter uoluntariũ pôt aliquid dici dupliciter. Vno mõ, ẽm actionẽ, puta cũ aliquis vult aliquid agere. Alio modo, ẽm passionem s.cum aliquis vult pati ab alio: unde cũ actio infert̃ ab aliquo exteriori, manente in eo qui patit̃ uoluntate patiendi, nõ est simpl'r uiolentũ: quia licet ille qui patit̃, nõ ꝯferat agendo, ꝯfert tñ uolendo pati: unde non pôt dici inuoluntariũ. G

Ad 3m dicẽdũ, ꝙ sicut Philosophus dicit in octauo Phys.* Motus ai lis, quo interdũ mouet̃ aîal ꝯ naturalẽ inclinationẽ corporis, etsi nõ sit naturalis corpori, est tñ quodammodo naturalis aîali, cui naturale est, ꝙ ẽm appetitũ moueatur: & ideo hoc non est uiolentũ simpliciter, sed ẽm quid. Et simil'r est dicendũ, cum aliquis inflectit mẽbra contra naturalem dispõnem: hoc enim est violentum ẽm qđ, scilicet quantũ ad membrum particulare: non tamen simpliciter, quantum ad ipsum hominem.

tex. 27. tom. 2.

H

Articvlvs VI.

Vtrum metus causet inuoluntarium simpliciter.

Medina art. 6.

46 *Porrecta per totum. Infr. ar 7. 7. ad 1. & 2. Et 4. d. 29 q. 1. ar. 2. Et quo. li. 5. ar. 10. Et 2. cor. 1. r. h. e. 3. co. 3. Et 3. Ethic. co. 1. & 4. & 5.*

Ad sextvm sic proceditur. Videt̃ ꝙ metus causet inuoluntariũ simpliciter. Sicut.n.uiolentia est respectu eius, quod contrariatur præsentialiter uolũtati, ita metus est respectu futuri mali, qđ re pugnat uolũtati: sed uiolẽtia cãt inuoluntariũ simpliciter. ergo & metus inuolũtariũ simpl'r causat.

¶ 2 Præt. Quod est ẽm se tale, quolibet addito remanet tale: sicut qđ ẽm se est calidũ, cuicunq; coniungatur nihilominus est calidum, ipso manente: sed illud qđ per metum agitur, ẽm se est inuoluntarium. ergo ẽt adueniente metu est inuoluntarium.

¶ 3 Præt. Quod sub cõdõne tale est, ẽm quid est tale: quod aũt absq; cõdõne est tale, simpliciter est tale. sicut qđ est necessariũ ex ꝯdõne, est necessarium ẽm quid: quod aũt est necessariũ absolute, est necessarium simpliciter. Sed id quod per metũ agit̃, est inuoluntariũ absolute. nõ est aũt voluntariũ, nisi sub ꝯdõne, scilicet ut uitet̃ malũ qđ timet̃. ergo id, qđ p metũ agitur, est simpliciter inuoluntariũ.

li. 5. c. 30. ante me.

Sed contra est, quod Greg. Nicen. dicit * & ẽt Philosophus, † quod huiusmodi, quæ per metum aguntur, sunt magis uoluntaria, quã inuolũtaria. F

li. 3 Ethic. ca. 1. non multũ ꝓcul a prin cip.

Respon. Dicendũ, ꝙ sicut Philosophus dicit in 3. Ethi.* & idẽ dicit Greg. Nicen. in lib. suo de homine. † Huiusmodi, quæ per metũ aguntur, mixta sunt ex uoluntario, & inuoluntario. Id.n. quod per metũ agitur, in se consideratũ non est uoluntariũ: sed fit uoluntariũ in casu, scilicet, ad uitandũ malũ quod timet̃. Sed si quis recte ꝯsideret, * magis sunt hmôi uoluntaria, ꝙ inuoluntaria: * sunt enim uoluntaria simpliciter, inuoluntaria aũt ẽm quid. Vnumquodq;.n. simpliciter esse dr̃, ẽm quod est in actu: ẽm aũt quod est in sola apprehensione, non est simpliciter, sed ẽm quid. Hoc aũt quod per metũ agit̃, ẽm hoc est in actu, scđm quod fit. cu enim actus in singularibus sint, singulare aũt inquantum hmôi, est hic, & nunc, secundũ hoc id qđ fit, est in actu, ẽm quod hic est, & nunc, & sub alijs cõdõnibus indiuidualib. Sic aũt hoc quod fit per metũ, est uoluntarium, inquantũ scilicet est hic, & nunc: prout scilicet in hoc casu est impedimentũ maioris mali, qđ timebat̃: sicut proiectio mercium in mare fit uoluntariũ tpe tẽpestatis pp timorẽ periculi. vnde manifestũ est, ꝙ simpliciter uoluntariũ est, unde & cõpetit ei rõ uoluntarij: quia principiũ eius est intra. Sed qđ accipiat̃ id quod per metũ fit, ut extra hũc casum existens, prout repugnat uoluntati, hoc nõ est nisi ẽm rõnem tm̃: & ideo est inuoluntariũ ẽm quid, idest, prout cõsiderat̃ extra hũc casũ existẽs.

li. 3. Eth. ca. 1. non remote a princip.

Nicen. li. 5. c. 1.

concl.

Ad primvm ergo dicendũ, ꝙ ea quæ agunt̃ p metum & per uim, non solũ differunt secundũ præsens, & futurum: sed ẽt secundum hoc, ꝙ in eo qđ agitur per uim, uoluntas non consentit, sed oĩno est ꝯ motum uoluntatis: sed id quod per metũ agit̃, fit uoluntarium, ideo quia motus uoluntatis fertur in id, licet non pp seipsum, sed propter aliud, scilicet ad repellendum malũ quod timetur: sufficit.n. ad rõnem uoluntarij, ꝙ fit pp aliud uoluntarium. Voluntariũ enim est non solum quod pp seipsum uolumus ut finem, sed ẽt quod propter aliud uolumus ut propter finem. Patet ergo ꝙ in eo quod p uim agitur, uoluntas interior nihil agit: & ideo, ut Greg. Nicen. dicit * ad excludendum ea, quæ p metum agunt̃, in diffinitione uiolenti non solum dr̃, ꝙ uiolentum est, cuius principium est extra, sed additur, nihil conferente uim passo: quia ad id quod agitur per metum, uoluntas timentis aliquid confert. I

li. 5. c. 1.

Ad 2m dicendũ, ꝙ ea quæ absolute dñr, quolibet addito remanent talia, sicut calidũ, & album: sed ea quæ relatiue dñr, uariant̃ scđm cõparationẽ ad diuersa: quod.n. est magnum cõparatum huic, est paruum cõparatum alteri. Voluntariũ autem dr̃ aliquid non solum pp se quasi absolute, sed ẽt propter aliud quasi relatiue. & ideo nihil prohibet aliquid, quod de se nõ esset uoluntarium, alteri cõparatum fieri uoluntarium, p cõparationẽ ad aliud. K

Ad 3m dicẽdum, ꝙ illud quod per metum agit̃, absq; cõdõne est uoluntarium, idest, scđm quod actu agitur: sed inuoluntarium est sub condıtione, idest, si talis metus nõ immineret, unde secundum illam rationem magis potest concludi oppositum.

SVP. QVÆS. VI. ART. VIII.

Medina ar. 8.

47 *Porrecta per totum.* 22.q.1.12. art.1.cor. & 3. Eth. lect.1. cõ. 5.& lect.4

IN 8. autem artic. diligenter aduertendum est, q cum ignorãtia consequẽs voluntatem triplicitet ponatur, s. affectata, mala electionis, & iuris: & prima differat ab alijs in hoc: q ipsa est obiectũ actus voluntatis; est enim volita: aliæ vero sunt quasi obiectum volũtatis potentis, & debẽtis ipsas abijcere. Sũt autem hæ voluntariæ, quia voluntas põt, & debet actualiter cõsiderare, & applicare ad opus, & sic excludere ad ignorantiam malæ electionis: & similiter velle acquirere scientiam sibi necessariã tempore debito, & sic excludere ignorantiam iuris. *Cap. 5. tomo 5.* Inter has aũt duas cã differẽtia sit, q ignorantia electionis cõsistit in ipsa volũtatis actuali inconsideratione, ignorantia uero iuris in volũtaria habituali priuatione scientiæ, quicunque aliquis ex actuali obliuione eius quod scit, & habitualiter meminit, operatus, neutram ignorantiã incurrit: quoniam omniũ reminisci, supra hominis est facultatẽ. *Li. 2. fidei Orth. cap. 24.* Quocirca si quis certa intentione perseuerans nullo modo peccandi, mortaliter, & sciens contractum talem sapere usuram *concl.* & nihilominus nõ recolens actualiter eius quod habitualiter scit, facit talẽ contractũ, nõ peccauit mortaliter. Et similiter sciens Sortẽ sibi notũ esse nosatim excõicatum, & tñ cõicans cum eo in diuinis: ex hoc q non actualiter sibi occurrit hũc esse excõicatum, excusat a mortali. Quilibet. n. in se ipso experitur non esse in potestate sua, q recordetur eorũ quæ habitualiter meminit, pp quod ĩconsideratio hæc, cũ nõ sit concomitans, nec consequens, quia non est omnino in potestate nostra, locanda est sub antecedente: causat enim inuoluntarium simpliciter, & ipsa nullo mõ est uolita: ac per hoc ex.

ARTICVLVS VII.

Vtrum concupiscentia causet inuoluntarium.

Medina artic. 7.

AD SEPTIMVM sic proceditr. Videtur q comcupiscentia causet inuoluntarium. Sicut. n. metus est quędã passio ita & cõpiscentia: sed metus causat quodammodo inuolunrarium. ergo etiam concupiscentia.

¶ 2 Præt. Sicut p timorem timidus agit contra id qđ proponebat: ita [h] incontinens propter concupiscentiam: sed timor aliquo modo causat inuoluntariũ. ergo & concupiscentia.

¶ 3 Præt. Ad uoluntarium requiritur cognitio: sed cõcupiscẽtia corrumpit cognitionẽ. dicit. n. Philosophus in 6. Ethic.* q delectatio, siue cõcupiscentia delectationis, corrũpit æstimationem prudentiæ ergo concupiscentia causat inuoluntarium. C

SED CONT. est qđ Damas. dicit:* Inuoluntariũ est misericordia, uel indulgentia dignũ, & cũ tristitia agitur: sed neutrum horum competit ei, qđ per concupiscentiam agitur: ergo concupiscẽtia nõ causat inuolũtariũ.

RESPON. Dicendum, q concupiscensia non causat inuoluntariũ: sed magis facit aliqd uolũtarium. Dicitur. n. aliquid uoluntarium ex eo, q uoluntas in id fer- D tur: p cõcupiscentiã autem uoluntas inclinatur ad uolendũ id qđ cõcupiscit. & ideo [m] cõcupiscentia magis facit ad hoc, q aliquid sit uoluntarium, quàm q sit inuoluntarium [n].

AD PRIMVM ergo dicẽdum, q timor est de malo, cõcupiscẽtia autẽ respicit bonũ: malũ autem scđm se contrariatur uolũtati, sed bonũ est uoluntati consonum: unde magis se habet ti- E mor ad causandum inuoluntarium, quàm concupiscentia.

AD 2m dicẽdum, q in eo qui p metũ aliqd agit, manet repugnantia uoluntatis ad id qđ agitur, scđm quod in se consideratũ: sed in eo qui agit aliquid per cõcupiscentiam (sicut est incontinens) nõ manet prior uolũtas, qua repudiabat illud qđ concupiscit, sed mutat ad uolẽdum id qđ prius repudiabat. & ideo qđ A per metum agitur, quodãmodo est inuolũtariũ: sed qđ per concupiscentiã agitur, nullo modo. Nã incontinens cõ cupiscentiæ agit contra id qđ prius pponebat, non autem contra qđ nũc vult: sed timidus agit ꝯ id quod etiam nunc secundum se vult.

cusat non solũ a peccato, sed a censuris consequentibus culpã. Et hæc pro consolatione bonarũ mẽtiũ, ibi culpã timẽtiũ, ubi nõ reperit, notãda applicandaq; sũt occurrenob. casibus.

AD 3m dicendum, q si cõcupiscentia totaliter cognitionẽ auferret, (sicut cõtingit in illis qui pp cõcupiscentiã fiunt amẽtes,) sequeretur q concupiscentia uoluntarium tolleret, nec rñ proprie es- B set ibi inuoluntariũ: qa in his quæ usum rationis nõ habent, neque uolũtariũ est, neq; inuoluntariũ: sed quandoq; in his quæ per cõcupiscentiam aguntur, non totaliter tollitur cognitio, quia non tollitur potestas cognoscendi, sed solum consideratio actualis in particulari agibili: & tamen hoc ipsum est uoluntarium, secundum quòd uoluntarium dicitur, quod est in potestate uoluntatis, ut non agere, & non uelle: similiter autem & non considerare, potest enim uoluntas passioni resistere, ut infra dicetur. † †q.77. ar. 6. & 7.

ARTICVLVS VIII.

Vtrum ignorantia causet inuoluntarium.

48 *Porrecta per totum.* Inf. q.19. art.6.cor. & q.76. ar. 3. & 4. & 2. d. 39. q. 1. art. 1. d. 4. & d. 4. art. 1. ad 3. Et mal. q. 3. art. 8. cor.

AD OCTAVVM sic proceditur. Videtur q ignorantia nõ causet inuoluntariũ. Inuoluntariũ enim ueniam meretur, ut Dama. dicit:* sed interdũ qđ per [h] ignorantiã agitur, ueniam nõ meretur, secundũ illud 1. ad Corin. Si quis ignorat, ignorabit. ergo ignorantia non causat inuoluntarium.

¶ 2 Præt. Omne peccatũ est cũ [h] ignorãtia, scđm illud Prou. 14. Errant, qui operantur malũ. Si igitur ignorantia inuoluntariũ causet, sequeret q omne peccatum esset inuoluntariũ: quod est contra Aug. † dicentem, q omne peccatum est uoluntarium. * Lib. 2. c. 24. † Lib. 1. retra. ca. 15. patẽ ante medium.

D ¶ 3 Præt. Inuoluntariũ cum tristitia est, ut Damas. dicit:* sed quædam [h] ignoranter aguntur & sine tristitia: puta, si aliquis occidit hostem, quem quærit occidere, putans occidere ceruum. ergo ignorantia non causat inuolunrarium. *Dam. lib. 2. Ortho. fidei, c. 24.*

SED CONTRA est, quod Damasc. † & Philosoph* dicunt, quòd inuoluntarium quoddã est per ignorantiam. † Loco nunc dicto 3. Eth. cap. 1.

RESPON. Dicendũ, q ignorantia hẽt causare inuoluntariũ ea rõne, qua priuat cognitionẽ, q̃ præexigitur ad uoluntariũ, ut supra dictũ est:* non tñ quælibet ignorantia hmõi cognitione priuar. Et E ideo sciendũ, q ignorantia tripliciter se hẽt ad actum uoluntatis. Vno modo, concomitanter: alio mõ, ꝯñr: tertio modo, antecedenter. Concomitanter quidem, qñ ignorantia est de eo quod agitur, tñ ẽr si sciretur, nihilominus ageret. Tunc. n. ignorantia non inducit ad uolendũ vt hoc fiat, sed accidit simul esse aliquid factũ, & ignoratũ: sicut in exẽplo posito, scilicet cũ aliquis uellet quidẽ occidere hostẽ, sed ignorãs occidit eũ, putãs occidere ceruũ: & talis ignorãtia nõ facit inuoluntariũ, ut Philosop. dicit,* quia nõ cãt aliquid quod sit repugnãs uolũtati: sed facit non uoluntariũ, quia nõ põt esse actu uolitũ, quod ignoratũ est. Consequenter aũt se ha- * Art. 1. * Li. 3. Eth. c. 1. to. 5.

bet ignorātia ad uoluntatē in F quantū ipsa ignorātia est uolūtaria: & hoc cōtingit dupliciter sm duos modos uoluntarijs supra positos* Vno modo, q a actus uolūtatis fert in ignorantiā: sicut cū aliqs ignorare vult, uel ut excusatiōnem peccati habeat, uel ut nō retrahatur a peccādo, sm illud Iob. 21. Scientiā uiarū tuarū nolumus. & hæc dicit ignorātia affectata. Alio modo dicit ignorantia uoluntaria eius qđ quis pōt scire, & debet. sic.n. non agere, & non uelle, uoluntarium dicitur, *ut supra dictum est. Hoc igitur modo dicitur ignorantia, siue cū aliquis actu, nō considerat, qđ cōsiderare pōt, & debet, quæ est ignorātia malę electionis uel ex passione, uel ex habitu ꝓueniens: siue cum aliquis notitiam quā dēt habere, non curat acqrere. Et sm hunc modum ignorantia uniuersalium iuris, quæ quis scire tenetur, uoluntaria dicitur, quasi p negligentiā proueniēs. m Cū autē ipsa ignorantia si uoluntaria aliquo istorū modorū, nō pōt causare simpliciter inuoluntariū: causat tamen sm quid inuoluntariū,* inquantum pręcedit motum uoluntatis ad aliquid agendum, qui nō esset sciētia pręsente. Antecedenter autem se habet ad uoluntatē ignorantia, qñ non est uoluntaria, & tamē est causa nolendi quod alias nō uellet. sicut cum aliquis homo ignorat aliquam circunstātiam actus, quam non tenebatur scire, & ex hoc aliquid agit, qđ nō faceret, si sciret. puta, cū aliqs diligētia adhibita nesciēs aliquē transire per uiam, proijcit sagittā, qua interficit transeūtē & *talis ignorātia causat inuoluntarium simpliciter.* Et p hoc patet respōsio ad obiecta. Nam prima ratio procedit de ignorātia eorū, q̄ quis tenet scire: secunda autem de ignorantia electionis, quæ quodammodo est uoluntaria, ut dictum est.* tertia uero de ignorantia, quæ concomitanter se habet ad uoluntatem.

QVAESTIO VII.

De circunstantijs humanorum actuum in quatuor articulos diuisa.

DEINDE considerandū est de circunstantijs humanorū actuū. Et circa hoc quærunt quatuor.

¶Primo, Quid sit circunstantia.

¶Secundo, Vtrū circūstātię sint circa humanos actus attendendæ a Theologo.

¶Tertio, Quot sūt circunstātię.

G ¶Quarto, Quæ sunt in eis principaliores.

ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrum circunstantia sit accidens actus humani.

Medina art. 1.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur q circunstantia non sit accidens actus humani. Dicit.n. Tullius in rethoricis, q circunstantia est, p quā argumētationi authoritatē, & firmamētū h adiungit oratio: sed oratio H dat firmamentū argumentationi, ꝑcipue ab his q̄ sunt de substātia rei ut diffinitio, genus, & spēs, & alia huiusmodi, a quib* ēt Tullius Oratorem argumētari docet. ergo circunstantia non est accidens humani actus.

¶2 Prēt. Accidentis propriū est inh esse: qđ autem circūstat, nō inest, sed magis est extra: ergo circunstantiæ non sunt accidētia humanorum actuum.

I ¶3 Prēt. h Accidētis nō est accidens: sed ipsi humani actus sunt quædam accidētia. nō ergo circunstātiæ sunt accidētia actuū.

SED CONTRA Particulares cō ditiōes cuiuslibet rei singularis dicuntur accidentia indiuiduantia ipsam: sed Philosophus in 3.* Ethi. circunstantias nominat particularia, idest, particulares singulorum actuum cōditiones ergo circunstantiæ sunt accidentia indiuidualia humanorum actuum. *Cap. 1. ante med. & post. 10. s.

RESPON. Dicendum, quòd quia nomina, secū K dum *Philosophum, sunt signa intellectuum, necesse est quòd secundum processum intellectiuę cognitionis, sit etiam nominationis processus. Procedit autem nostra cognitio intellectualis, a notioribus ad minus nota: & ideo apud nos a notioribus nomina transferuntur ad significandum res minus notas. & inde est, quòd sicut dicitur in 10. *Metaphysico. ab his, quæ sunt secundum locum, procellit nomen distantiæ ad omnia contraria: & similiter nominibus pertinentibus ad motum localem utimur ad significādum alios motus, eo quòd

*Lib. 1. perihier. c. 1. tom. 1.

*Text. 13. & 14. to. 3

corpora

SVPER QVÆST. VII.

Circa totā septimam quæst. de circunstātijs, nihil occurrit hoc in loco dubitādum: qm̄ discussio harum circunstātiarum in speciali, posta de persona, modo, tēpore, & loco sacris, ad posteriores spectat tractatus. Summariè tñ scito, q circunstantia ipsis sacri est aggrauans peccatū, nō tñ apponens speciem sacrilegij, nisi fiat in contemptum tēporis sacri. Circunstātia vero sacri loci, quamuis oīa aggrauet peccata p accidens, illa tamē sola ad sacrilegij speciem trahit, quæ sanctitati loci directè opponuntur, aut annexæ immunitati, ut effusioni sanguinis, uel seminis humani, q̄ impediunt exhibēdum ibidem diuinū cultū, ad quē directè sanctificatur locus & uiolentæ extractiōes, quæ immunitati cōtrariantur, & his similia. Personę quoque circunstātia nō transfert in aliā speciem, nisi peccatum uoto, vel statui eius directè aduersetur: ut si religiosus fornicet, io sacrilegium cōmittit: si autem blasphemat, solius blasphemiæ reus est, sicut alius blasphemās. Quid autē.i. effectus, quādo est præuisum & uolitum, trahit in ipsius speciem: ut si mulier pergens ad ecclesiā: scit se ibidē adamandā, & hoc vult, quamuis non propterea uadat, sed ꝑ audiendam Missam, actus ille ex illo effectu mali speciem trahit. Circa Quid, i. conditiones obiecti, ut magnū, & paruū in re oblata, & Quomodo: quis actꝰ multū aggrauent, in aliā tñ speciem transferre actus non adeo. Cur demū manifeste dat aliam actui speciē: & si prædictis adiunxeris, q circunstātię necessario cognoscēdæ à spirituali iudice, sūt transferentes in aliā speciem, & cum hoc aggrauantes in infinitum, idest, addētes scđm se rōnē peccati mortalis, scies q̄ sunt circunstantiæ necessariæ, & quę nō. Sed caue ne illas, quæ multum grauant, mortali silētio prętereas: & maxime circunstantiā, Quid, q̄ inter principales in 4. ar. cōputatur. Magni.n. refert abstulisse centū, & abstulisse centū cum dāno inde pauperis, & pupillorū, puellarum nubilū, & huiusmodi, q̄ spectant ad circunstantiā, Quid. Illud autē hic notato, q inter circūstātias, nec Arist. nec Tulli*, nec diuus Tho. computauit, Quoties. Et ratio, est quia circunstantiæ, ut in 1. dicit ar. circa eūdem sunt actum: numerus autem operationū non circunstat unam & eandem operationē: sed ad diuidit alia, & aliā operationem. Non n. scđm furtum est circunstantia primi, aut ecōuerso: nec tertium secundi, & sic deinceps. Ex quo sequitur, q quia nō minus tenetur quis confiteri de scđo, peccato, quàm de primo. & non minus de centesimo, q̄ de quocunque alio: q non sufficit dicere, q pluties furatus est, sed oportet explicare quoties furatus est, si numeri meminerit; & si nō meminit, exprimere debet q̄ frequenter, sic, ut uerisimilis numerus habeat. Scito quoq; demum, q id, quod de fine specificante, & adiuncto distinguitur in respon sione ad 3. in ar. 3. explanabitur inferius in q. 18. ar. 4. ubi inchoate uidetur opposita doctrina.

*Artic. 3. ad 1.

*Artic. 3.

Concl. 1

Concl. 2

*In corp. art.

*Infra ar. 3. cor. & q. 18. ar. 3. 4. & dist. 16. q. 3. ar. 1. & q. 1. Et mal. q. 2. ar. 4. ad 5. & ar. 5. corp. princ. & 3. Ethi. lect. 3. co. 2. fin.

49 Porrecta per totum

*In lib. Topicor.

corpora, q̃ loco circũscribunt, sunt maxime nobis nota: & inde est q̃ nomẽ circunstantiæ ab his q̃ in loco sunt, deriuat ad actus humanos. Dr̃ aũt in localibus aliquid circũstare, qđ est qdẽ extrinsecũ a re, tñ attingit ipsam, uel appropinquat ei ſm locũ. Et iõ q̃cunq; cõdõnes sunt extra substantiã actus, & tñ attingunt aliquo mõ actũ humanũ, circũstantiæ dñr: qđ aũt est extra substantiã rei, ad rẽ ipsam pertinens, accidens eius dr̃. vnde [m] circunstantiæ actuũ humanorũ, accidentia eorũ dicenda sunt. [a]

Concl.[m]

AD PRIMVM ergo dicendũ, q̃ orario quidẽ dat firmamentũ argumentationi, primo ex substantia actus, secundario uero ex his q̃ circunstant actum. B Sicut primo accusabilis redditr aliquis ex hoc, q̃ homicidiũ fecit: secundario uero ex hoc, qđ dolo fecit, uel pp lucrum, uel in tẽpore, uel in loco sacro, aut aliquid aliud huiusmodi: & ideo signanter dicit, quod per circunstantiam oratio argumẽtationi firmamentum adiungit, quasi secundario.

AD 2m dicendũ, q̃ aliqđ dr̃ accidẽs alicuius dupliciter. Vno mõ, q̃a inest ei: sicut albũ dr̃ accidens Sortis. Alio mõ, q̃a est simul cum eo in eodẽ subiecto: sicut dr̃, q̃ albũ accidit musico, inquantũ coueniunt, & quodãmõ se cõtingũt in uno subiecto. & p hunc modũ dñr circũstantiæ accidentia actuum. C

[a] in solut. præced.

AD 3m dicendum, q̃ sicut [a] dictum est, accidens dr̃ accidenti accidere pp conuenientiam in subiecto: sed hoc cõtingit dupl'r. Vno modo, ſm qđ duo accidentia cõparatur ad unũ subiectum absq; aliquo ordine, sicut album & musicũ ad Sortẽ. Alio mõ, cum aliquo ordine, puta quia subiectũ recipit unũ accidens alio mediãte: sicut corpus recipit colorẽ mediante superficie, & sic unum accidẽs dr̃ ẽt alteri inesse: dicimus.n. colorem esse in superficie. Vtroq; aũt mõ circunstantiæ se habent ad actus: nã aliquæ circunstantiæ ordinatæ ad actũ, pertinent ad agentẽ nõ mediãte actu, puta locus, & cõdõ p-D sonę: aliq̃ vero mediãte ipso actu, sicut mod' agẽdi.

ARTICVLVS II.

Vtrum circunstantiæ humanorum actuum sint considerandæ a Theologo.

10 Perrella] per totum. 4. dist. 16. q. 3. art. 1. q. 1. ad 1. & q. 2. cor.

Medina art. 2.

AD SECVNDVM sic proceditur. Videt̃ q̃ circunstantiæ humanorũ actuũ non sint considerandæ a Theologo. Non.n. cõsiderant a Theologo actus humani, nisi ſm qđ sunt aliquales, idest, boni, uel mali: sed [b] circũstantię nõ vñr posse facere act' aliquales, q̃a nihil qualificat, formaliter loquẽdo, ab eo qđ est extra ipsũ, sed ab eo qđ in ipso est. ergo circũstãtiæ actuũ nõ sũt a Theologo ɔsiderãdę. E

¶ 2 Præt. Circunstantiæ sunt [h] accidẽtia actuũ: sed uni infinita accidunt. & ideo, vt dr̃ in 6. [a] Met. nulla ars, uel scientia est circa ens per accidens, nisi sola sophistica. ergo Theologus non habet considerare circunstantias humanorum actuum.

[a] tex. 4. to- mo 3.

¶ 3 Præt. Circunstantiarũ cõsideratio [b] ptinet ad Rhetorẽ: rhetorica aũt ñ ẽ pars theologiæ. ergo cõsideratio circunstãtiarũ nõ ptinet ad Theologum.

SED CONT. Ignorantia circunstantiarũ causat inuoluntariũ, ut [a] Damasc. & Greg. Nicenus dicũt: sed inuoluntarium excusat a culpa, cuius consideratio pertinet ad Theologum. ergo & cõsideratio circunstantiarum ad Theologum pertinet.

[a] lib. 2. ca. 24. lib. 5. cap. 2.

RESP. Dicendũ, q̃ [m] circunstantiæ pertinent ad cõsiderationẽ Theologi [a] triplici rõne. Primo q̃dẽ, quia Theologus considerat actus humanos, ſm quod per eos homo ad beatitudinẽ ordinatur. Omne aũt qđ ordinatur ad finẽ, oportet esse proportionatũ fini: actus aũt proportionantur fini ſm cõmensurationẽ quandã, quę fit per debitas circunstantias: unde cõsideratio circunstantiarũ ad Theologũ pertinet. Secundo, quia Theologus cõsiderat actus humanos, ſm qđ in eis inuenitur bonũ & malũ, melius & peius, & hoc diuersificat ſm circunstãtias, ut [a] infra patebit. Tertio, quia Theologus considerat actus humanos, ſm qđ sunt meritorij, uel demeritorij, qđ cõuenit actibus humanis, ad qđ requirit q̃ sint uolũtarij. Actus aũt humanus iudicat̃ uoluntarius, uel inuoluntarius, ſm cognitionẽ, uel ignorantiã circunstantiarũ, ut [a] dictum est: & ideo cõsideratio circunstantiarũ pertinet ad Theologũ.

concl. m

[a] q. 18. art 10. & 11. & q. 73 art. 7.

[a] in arg. Sed cõtra.

AD PRIMVM ergo dicendũ, q̃ bonũ ordinatũ ad finem, dr̃ utile, qđ importat relationẽ quandã. vnde Philosophus dicit in 1. [a] Ethic. qđ in ad aliquid bonũ est utile: in his aũt quæ ad aliquid dñr, denominatur aliqnid non solũ ab eo qđ inest, sed ẽt ab eo quod extrinsecus adiacet, ut patet in dextro & sinistro, æquali & inæquali, & similibus: & ideo cũ bonitas actuum sit inquantum sunt utiles ad finẽ, nihil prohibet eos bonos, uel malos dici secundũ proportionem ad aliqua, quæ exterius adiacent.

[a] cap. 7. cir ca princ. tom. 5.

AD 2m dicendum, q̃ accidentia, quæ omnino p accidẽs se hñt, relinquuntur ab omni arte pp eorum incertitudinẽ & infinitatẽ: sed talia accidentia non habent rõnem circunstantiæ, quia, ut [a] dictum est, sic circunstantiæ sunt extra actum, q̃ tamen actũ aliquo modo contingunt ordinatæ ad ipsum: accidentia autem per se cadunt sub arte.

[a] art. 1. huius quæst.

AD 3m dicendũ, q̃ consideratio circunstantiarũ pertinet ad Moralẽ, & Politicum, & ad Rhetorem. Ad moralẽ quidẽ, prout ſm eas inuenitur, uel prętermittitur mediũ uirtutis in humanis actibus, & passionibus: ad Politicũ aũt & Rhetorem, ſm quod ex circunstantijs actus redduntur laudabiles, uel vituperabiles: excusabiles, uel accusabiles, diuersimode tamen. Nam quod Rhetor persuadet, Politicus dijudicat. Ad Theologum aũt, cui oẽs aliæ artes deseruiunt, pertinent omnibus modis prædictis: nã ipse hẽt considerationes de actibus virtuosis, & uitiosis cũ morali: & cõsiderat actus, ſm quod merentur pœnam, uel præmiũ, cum Rhetore & Politico.

ARTICVLVS III.

Vtrum conuenienter enumerentur circunstantiæ in tertio Ethicorum.

Medina art. 3.

cc Perrella per totum. 4. d. 11. 16. q. 3. art. 1. q. 2. & 3. Etima q. 2 art. 6. cor. lec 3. Eth. le. 3. fi. [a] cap. 1. tomo 5.

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur q̃ inconuenienter circunstantiæ numerent̃ in 3. [a] Eth. Circunstantia.n. actus dr̃, qđ [b] exterius se habet ad actum: hmõi autem sunt tẽpus & locus. ergo solæ duæ sunt circunstantię, scilicet Quando, & Vbi.

¶ 2 Præt. Ex circunstantijs accipit̃ quid [u] bene, uel male fiat: sed hoc ptinet ad modũ act'. ergo oẽs circunstan-

cunstantiæ includunt sub una, q̃ est modus agẽdi.
¶ 3 Præt. Circũstãtiæ nõ sũt de substãtia act⁹: sed ad substãtiã act⁹ ptinere videnť hcãę ipsius act⁹. ergo nulla circunstantia dẽt sumi ex cã ipsius actus. Sic ergo neq; qs, neque pp qd, neque circa quid, sunt circunstantiæ. nã qs, pertinet ad cãm efficientẽ: pp quid, ad finalem: circa quid, ad materialem.

c. 1. post medium tom. 5. SED CONT. ẽ authoritas Philosophi in 3.* Ethic.

RESP. Dicẽdũ, q̃ Tulli⁹ in sua Rhetorica assignat septẽ circũstãtias, q̃ hoc uersu continenť. Quis, *concl.* qd, ubi, qb. auxilijs, cur, quõ, qñ. Cõsiderandũ ẽ.n. in actib. qs fecit, qbus auxilijs, vel instrumẽtis fecerit, qd fecerit, ubi fecerit, cui fecerit, quõ fecerit, G & qñ fecerit. Sed Arist. in 3.* Eth. addit aliã. s. circa *c. 1. post medium tom. 5.* qd, q̃ a Tullio cõprehendit sub qd. Et rõ huius annumerationis sic accipi põt: nã circunstantia dr, quasi extra substantiam actus existẽs: ita tñ q̃ aliquo modo attingit ipsum. contingit aũt hoc fieri tripliciter. Vno mõ, inquantum attingit ipsũ actũ. Alio mõ, inquantũ attingit cãm actus. Tertio mõ, inquantũ attingit effectũ. Ipsum aũt actum attingit uel per modum mẽsuræ, sicut tempus & locus: uel per modũ qualitatis actus, sicut modus agendi. Ex parte aũt effectus, ut cũ considerať quid aliquis fecerit: ex parte uero cãæ actus, ad quatũ cãm finalẽ H accipitur pp quid: ex parte aũt causæ materialis, siue obiecti, accipit circa quid: ex parte uero causę agẽtis principalis, accipitur qs egerit: ex parte uero cãæ agentis instrum ẽtalis, accipit qbus auxilijs.

AD PRIMVM ergo dicendum, q̃ tempus & loc⁹ circunstãt actum per modum mensuræ; sed alia circunstant actum, inquantum attingunt ipsum quocunque alio mõ, extra substantiam eius existẽtes.

AD 2ᵐ dicendũ, q̃ iste modus, qui est bene uel male, non ponitur circunstantia, sed cõsequens ad omnes circunstantias: sed specialis circũstãtia ponitur modus, qui pertinet ad qualitatem actus, puta, q̃ aliquis ambulet uelociter, uel tarde: & q̃ aliquis percutit fortiter, uel remisse. & sic de alijs. I

AD 3ᵐ dicendũ, q̃ illa conditio cãæ, ex qua substantia actus dependet, non dr circũstantia, sed aliqua cõditio adiuncta: sicut in obiecto nõ dr circũstantia furti, q̃ sit alienũ (hoc enim ptinet ad substantiam furti) sed q̃ sit magnũ uel paruum. & sic ẽ de alijs circunstantijs, quę accipiunť ex parte aliarum cãrum. Non enim finis qui dat spẽm actus, est circunstantia, sed aliqs finis adiunctus: sicut q̃ fortis fortiter agat pp bonũ fortitudinis, non est circunstantia: sed si fortiter agat pp liberationẽ ciuitatis, uel populi Christiani, uel aliqd hmõi. Similiter ẽt ex parte eius, qđ est quid. Nã q̃ aliquis perfundens aliquẽ aqua, abluat ipsum, non est circunstantia ablutionis: sed q̃ abluendo infrigidet, uel calefaciat, & sanet, uel noceat, hoc est circunstantia.

ARTICVLVS IIII.

Vtrum sint principales circumstantiæ, propter quid, & ea in quibus est operatio.

*12 Porrecta per totum. *4. d. 16. 0. 3. art. 2. q.* *Medina art 4.*

AD QVARTVM sic procediur Vr, q̃ nõ sint principales circunstantiæ, pp quid, & ea in qb. ẽ F operatio, ut dr 3. Eth. Ea.n. in qb. ẽ operatio, vr esse loc⁹, & tẽpus, q̃ nõ videt eẽ pricipalia iter circũstãtias, cũ sint maxime extrinseca ab actu. Ea ergo i qb. ẽ operatio, ñ sũt principalissimæ circũstãtiarũ. *1. & d 33. q. 1. art. 3. q. 2. ad 4. & 3. Eth. lec. 6.*

¶ 2 Præt. Finis est extrinsecus rei: non ergo uidetur esse principalissima circunstantiarum. *a me dio to. 3.*

¶ 3 Prẹt. Principalissimum in unoquoque, est causa eius & forma: sed cã ipsius actus est persona agens, forma autem actus est modus ipsius. ergo istę duę circunstantiæ uidentur esse principalissimæ.

SED CONTRA est quod* Greg. Nicenus dicit, q̃ principalissimæ circunstantiæ sunt, cuius gratia agitur, & quid est quod agitur. *li. 5. c. 3. in fine.*

RESP. Dicendũ, q̃ actus proprie dicuntur humani, sicut* supra dictũ est, prout sunt uoluntarij: uoluntatis aũt motiuũ & obiectũ est finis. & iõ prin*q. 1. ar. 1.* cipalissima estoium circũstantiarũ illa, q̃ attingit *Concl.* actũ ex parte finis: s. Cuius grã, secundaria uero q̃ attingit ipsã substãtiã actus, id est, Quid fecit: aliæ uero circũstantiæ sũt magis, uel minus principales ẽm qđ magis, uel minus ad has appropinquant.

AD PRIMVM ergo dicendũ, q̃ per ea, in quibus ẽ operatio, Philosophus nõ intelligit tẽpus & locũ, sed ea q̃ adiũgunt ipsi actui. vnde Greg. Nicenus quasi exponẽs dictũ Philosophi, loco eius qđ Philosophus dixit, in quib. est operatio, dicit, quid agit. *loco cita to in arg Sed cõtra.*

AD 2ᵐ dicendũ, q̃ finis etsi non sit de substatia actus, est tamen causa actus principalissima, inquã tum mouet agentem ad agendum. unde & maxime actus moralis speciem habet ex fine.

AD 3ᵐ dicẽdũ, q̃ psona agẽs, cã est actus ẽm qđ mouet a fine, & ẽm hoc principaliter ordinať ad actũ: aliæ uerõ cõdõnes psonę ñ ita pricipaliter ordinať ad actũ. Mod⁹ ẽt nõ ẽ substãtialis forma act⁹ hoc.n. attendiť in actu ẽm obiectũ, uel finẽ, & terminũ: sed est quasi quædam qualitas accidentalis.

QVAEST. VIII.

De voluntate, quorum sit vt voluntarium, in tres artic. diuisa.

DEINDE considerandũ est de ipsis* actib. uolũtarijs in spãli. Et primo, de actib. qui sũt immediate ipsius uolũtatis, uelut a uoluntate eliciti. Secũdo de actibus imperatis a uoluntate: uolũtas autem mouetur & in finem, & in ea quæ sunt ad finem.

K ¶ Primo igit considerandũ est de actib. uoluntatis, quib. mouet in finẽ: & deinde de actib. eius, qui bus mouetur in ea, quæ sunt ad finẽ. Actus aũt uolũtatis in finẽ videntur esse tres. s. uelle frui, & intendere. Primo ergo cõsiderabimus de uolũtate. Secundo, de fruitione. Tertio, de intentione.

¶ Circa primũ cõsideranda sunt tria. Primo quidem, quorũ uolũtas sit. Secundo, a quo moueať. Tertio, quomodo moueatur.

SVPER QVÆST. VIII.

Circa introductionem quęstionis octauę, qm ibi distinguitur actus uoluntatis in eos q̃ sunt finis & in eos q̃ sunt eorũ quæ sunt ad finem: dubium occurrit, an detur in uoluntate actus neuter. Scotus. n. in primo sẽt. dist. 1. quæst. 3. in 1. articu. tenet dari actum in uoluntate tendentem in aliquid nec ut finem, nec ut ad finem: & probat sic. Voluntati potest offerri aliquod bonum absolute, non sub ratione propter se, nec propter aliud boni. Et uoluntas potest habere aliquem actum circa tale obiectũ nõ ordinatum, ïntellectu ostendente qualiter illud uolendũ est. ergo

ergo non pôt uoluntas assentira illi nec pp se, nec pp aliud, sed absoluta. Gregorius autem de Arimino in primo sententiarũ, dist. 1. q. 1. articulo primo, tenens oppositum soluit hanc Scoti rõnem, concesso assumpto, negando sequelã. Licet, inquit possit ostendi uoluntati bonum neutraliter, & uoluntas possit circa illud habere actum, non poterit tñ habere actum neutralem, sed necessario aut pp se, aut pp aliud. Mihi autẽ uĩ, q sedm rẽ non datur actus neuter: pie tñ interpretando sustineri posset.

¶ Ad cuius euidentiã sciẽdũ, q cum inter cõtradictoria nõ sit mediũ: & distinctio uoliti penes pp se, & pp aliud, sit distinctio p contradictoria uolitum.n.pp se aut intelligitur positiue: & hoc est impossibile, quia sicut nihil est a se positiua, ita nihil est propter se positiua aut intelligitur negatiue, id est, non propter aliud: & sic habetur distinctio contradictoria Nec obstat si diceret ea Scoto ubi supra ad quæst. penultimam, quòd ad rationem finis non sufficit esse uolitum, non propter aliud negatiue: sed oportet esse illa uolitum non pp aliud cõtrarie: hoc.n. si uerum est, in idem oportet redire: quia cum aliquid est uolitum non pp aliud negatiue, tunc affirmatur, q illud est uolitũ & negatur relatio ad aliud in illo ut uolito cum uero dr, q aliquid est uolitum non pp aliud contraria, affirmatur, q illud est uolitum, & negatur relatio ad aliud in illo ut uolito: & ponitur fundamẽtum negatæ relationis ad aliud aliquid, repugnãs relationi ad aliud importatæ in ly pp aliud. Sicut cum dico, nõ album contrarie, pono fundamentum negatæ albedinis, aliqd repugnãs albedini fundamentum autem negatæ relationis ad aliud in fine uolito, cum non sit ex parte rei, nec apprehensionis apud Scotum, erit ex ipso actu uolitionis: itaq uolitum ex hoc ipso habet rationem uoliti, non propter aliud contrarie: quia repugnat sibi, ut sic uolito amari propter aliud. Et si hoc quidem intelligatur quantum ad illum actum, bene dictũ est, & in idem redit cum uolito non propter aliud negatiue: quia quilibet actus uolitionis cadens super bono absque resolutione ad aliud ex hoc ipso q fertur in illud bonum ut terminũ, nec tendit ultra, ponit in illo fundamentum relatæ negationis: sicut in motu locali, ex hoc ipso quòd motus uel aliquo loco medio, vt termino actualiter terminante motum illum, ex hoc ipso hẽt rõnem finis, & contrarij termini respectu termini a quo, quãtum ad illum motum, Si autem intelligatur quantum ad oẽm actum possibilem superuenire uoluntati, stante illo, si stare pôt, tunc falsissimum est, qm cum hoc, quòd aliquid ametur ut finis, stat q ametur etiam pp aliud superioris ordinis ut finem, ut patet in amore actuum speculatiuorum, qui amantur pp se ut fines: ut patet 9. Meta. & in 1. Ethic. & amantur pp deum, ut supremum finem. Licet igitur negatio, & negatio contrarie plurimum differant: in hac tñ materia, ubi fundamentum positiuum idem est, se inferent Et qñcumq; aliquid amatur, & non pp aliud, aliud pp se ut finis, & econuerso amatur. In hoc.n. finem constitui dicimus, in quo ultimus uolitionis hominis est terminus. Constat aũt q qñ aliquid amatur actualiter, & non pp aliud negatiue, q ultimus illius uolitionis terminus, est illud volitum: in hoc ergo erit finis illius actus: & hoc proculdubio est uerum tenendum. Quod eũt decipit oppositum dicentes, est, q aliqua sunt quædam absolute uolita, uel nolita, quæ neutralia uidentur, sed nõ sunt. patet de hac uita martyrum, & proiectione mercium in mare. Martyres.n. nolunt uiuere absolute, & cum hoc uolunt pp deum priuari uita. Et similiter negotiatores nolunt proiicere merces, & cum hoc nolunt perdere uitam, saluando merces. In istis.n. uĩ, q nec pp se nec pp aliud sint uolita, aut nolita. Sed si quis diligenter inspiciat, martyr amet hãc uitam pp se, quãuis amat eam pp propriã ipsius uitæ bonitatẽ absque relatione ad aliud finem: sed quia magis amat deum, & dei gloriã ac testimonium q propriam uitam, ideo uult oppositum uitæ pp aliud. s. deum. & simile est de alijs indicium. Ad rõnem ergo Scoti dr, q licet intellectus possit aliquid præsentare, ut bonum absolute, abstrahẽdo a propter se, & pp aliud in actu signato: impossibile tñ est, q repræsentet aliquid ut bonum absoluta tali absolutione, ut sic abstrahat à pp se, & pp aliud in actu exercito: qm oportet omne bonum repræsentatum, aut sedm propriam bonitatem, aut sedm alienam, aut sedm utranque repræsentari: & siquidem sedm propriam, repræsentatur ut pp se in actu exercito: hoc.n. exercet ly pp se. Qñcunq;.n. repræsentatur delectabile, & appetitur, non oportet q repræsentetur cum hac additione q est pp se bonũ, q esset in actu signato: sed sufficit repræsentari sedm propriam bonitatem delectabilitatis. & tunc repræsentatur, & appetitur pp se in actu exercito. Qñcunq; uero repræsentatur sedm alienam bonitatem, repræsentatur ut pp aliud in actu exercito. Exercetur.n. ly; pp aliud, per esse utile, aut expediens &c ad aliud. Qñ autem sedm utranq; bonitatem, utrumque simul concurrit, ut cum repræsentatur aliquid ut bonum absolute, puta uita, saluatio mercium, conseruatio membri, delectatio &c. dico q repræsentatur bonũ pp se in actu exercito, si est bonũ honestũ, aut delectabile: uel pp aliud, puta finẽ minus amatum sicut bonum utile, ut saluatio mercium, q absolute est uolita, quia utilis ad exteriora bona, minus tñ amata q uita, q orta tempestate est in periculo, & eodem mõ appetitur ordinate. Propter q, si qs hic absolute uolita, quorũ tñ opposita malumus pp finẽ magis amatum dicat esse uolita nec pp se nec pp alia pp illam imperfectionem, & propterea dari actũ neutrũ in uoluntate, sententiam teneat, sed linguam cohibeat. Simpliciter igitur negato dari in uoluntate actum neutrum: & cum Diuo Thoma in litera, distinguito in actum respectu finis, aut propter finem.

Porrecta per totum. 1. q. 19. ar. 9. cor. Et 1. dis. 46. ar. 2. ad 2. & 2. di. 3. q. 4. ad 2. & 4. d. 45. q. 1. ar. 3. q. 1. co. & 1. contra, c. 96 §. 2. & uer. q. 14. art. 1. cor.

CIRCA primum quæruntur tria.

¶ Primo, Vtrum voluntas sit tantum boni.

¶ Secundo, Vtrum sit tantum finis, an etiam eorum quę sunt ad finem.

¶ Tertio, Si est aliquo modo eorum quæ sunt ad finem, vtrũ uno motu moueatur in finẽ, & in ea quæ sunt ad finem.

B

ARTICVLVS I.

Vtrum voluntas sit tantum boni.

AD PRIMVM sic proceditur. Vĩ q uoluntas non tñ sit boni. Eadem.n. est potentia[b] oppositorũ. sicut uisus albi, & nigri: sed bonũ & malum sunt opposita. ergo uoluntas non solũ est boni, sed etiam mali. C

¶ 2 Præ. Potentiæ rõnales se hñt ad[b] opposita prosequendo, sm* Philosophũ: sed uoluntas est potẽtia rõnales, est.n. in rõne ut dr in 3.† de anima: ergo uoluntas se habet ad opposita. Non ergo tantum ad uolendum bonum, sed etiam ad uolendum malum.

*li. 9. meta. tex. 3. to 3.
†lib. 3. de aia text. 42. to. 2.

¶ 3 Præ. Bonũ & ens cõuertunt D sed uoluntas nõ solũ est entiũ, sed ẽt nõ entiũ: uolumus.n. qñque non ambulare, & nõ loqui: uolumus ẽt interdũ qdam futura, quæ nõ sunt entia in actu. ergo uoluntas nõ tantũ est boni.

SED CONTRA est, quod* Dio. dicit. 4. c. de diuin. no. Quòd malum est præter uoluntatem, & q omnia bonum appetunt.

* c. 4. par. 4. aliquãtulum ante finem.

RESPON. Dicendum, q uoluntas est appetitus quidam rationalis: omnis autẽ appetitus non est nisi boni. cuius rõ est quia appetitus nihil aliud est, q quædã inclinatio appetentis in aliqd. Nihil aũt inclinat, nisi in aliqd simile & conueniens. Cũ igitur oĩs res, inquantũ est ens, & substantia, sit quoddam bonũ, necesse est ut oĩs inclinatio sit in bonum: & inde est q Philosophus dicit in 1.* Ethi. quòd bonum est quod omnia appetunt.

Concl.

*li. 1. Ethi. in principio l. to. 3.

Sed considerandum est, q cũ oĩs inclinatio consequatur aliquam formã, appetitus naturalis consequitur formã in natura existentem: appetitus aũt sensitiuus, uel ẽt intellectiuus seu rationalis, qui dr uoluntas, sequitur formam apprehensam: sicut

SVPER QVÆST. VIII. ART. I.

Ferr. 1. cont. c. 96.
Cap. d. 1. p. s q. p. ar. 1 conc. 1.
Medina ar. 1.

Circa primum artic. octauæ quæstio diligenter aduerte duo. Primo quòd sermo tituli, & corporis articuli de uoluntate, est de actu uolũtatis qui est uelle. Hoc.n. est inclinatio: hæc est appetitus actualis, quo potentia appetitiua inclinatur in conueniens sibi. hic sequitur formam apprehensam, ut sic: hic est solũ

respectu

igitur id, in quo tendit appetitus naturalis est bonū existēs in re: ita id, in quod tendit appetitus aīalis, uel uoluntarius, est bonū apprehensum. Adhoc igitur q̧ uolūtas in aliquid tendat, nō requiritur q̧ sit bonum in rei ueritate, sed q̧ apprehendatᵈ in rōne boni. & pp hoc Philosophus dicit in 2. * Physic. q̧ finis est bonum, uel apparens bonū. G

* tex. 31. co. 2.

AD PRIMVM ergo dicendū, q̧ eadam potentia est oppositorum, sed non eodē modo se hēt ad utrunq;. Voluntas igitur se hēt & ad bonum, & ad malum: sed ad bonū appetēdo ipsum: ad malū uero, fugiēdo illud. Ipse ergo actualis appetitus boni vocatur uoluntas, secundum qd̄ nominat actū uoluntatis. sic.n. nunc loquimur de uolūtate. Fuga autē mali magis dicitur noluntas: vnde sicut uoluntas est boni, ita noluntas est mali. H

AD 2m dicendum, q̧ potentia rōnalis non se hēt ad quælibet opposita ,psequēda, sed ad ea, q̄ sub suo obiecto conuenienti cōtinentur. Nā nulla potētia prosequitur, nisi suum conueniēs obiectum: obiectum aūt uoluntatis est bonum. Vn̄ ad illa opposita prosequenda se hēt uolūtas quæ sub bono cōprehenduntur sicut moueri & quiscere, loqui & tacere, & alia hmōi: in vtrūq; enim horum fertur uolūtas sub ratione boni. I

AD 3m dicendū, q̧ illud qd̄ non est ens in rerum natura, accipitur ut ens in rōne. vn̄ negationes & priuationes, entia dicūtur rōnis, p quem ēt modum futura, prout apprehenduntur, sunt entia. Inquantum igitur sunt hmōi entia, apprehendunt̄ sub ratione boni, & sic uoluntas in ea tendit. Vnde philosophus dicit in 5. * Ethi. quòd carere malo habet rationem boni.

* c. 1. circa medium, to. 5.

ARTICVLVS II.

Vtrum uoluntas sit tantum finis, an etiam eorum quæ sunt ad finem.

AD SECVNDVM sic proceditur. Vr̄ q̧ uoluntas non sit eorū quæ sunt ad finem, sed tm̄ finis. Dicit.n. Philosophus in 3. * Eth. q̧ ʰ uoluntas est finis: electio autem eorum quæ sunt ad finem.

54 Porrecta per totum. veri. q. 22 ar. 3. ad 9

* cap. 2. in medio, to. 5.

¶ 2 Præ. Ad ea quæ sunt ʰ diuersa gn̄e diuersæ potentiæ aīæ ordinantur, ut dr̄ in 6. * Eth. sed finis, & ea q̄ sunt ad finem, sunt in diuerso gn̄e boni. Nam finis, qui est bonum honestum, uel delectabile, est in gn̄e qualitatis, uel actionis aut passionis: bonū aūt quod dr̄ vtile, quod est ad finē, est in ad aliquid, ut dr̄ in primo. * Ethi. ergo si uoluntas est finis, nō erit eorum q̄ sunt ad finem.

* c. 1. a medio, tom. 5.

* ca 7. circa princ. to. 5.

¶ 3 Præt. ᵇ Habitus proportionātur potētijs, cum sint earum pfectiones: sed in habitibus, qui dicunt̄ artes operatiuæ ad aliud ptinet finis, & ad aliud quod est ad finē. sicut ad gubernatorē ptinet usus nauis, q est finis eius: ad nauifactiuā uero cōstructio nauis, quæ est pp finem ergo cū uoluntas sit finis. nō erit eorum quæ sunt ad finem.

SED CONTRA est, qa in rebus K naturalibus p eandem potentiā aliquid pertrāsit media, & pertin-

respectu boni, &c. Secundo nota. non minus in responsione ad tertium, q̧ esse eōs in rōne, contingit dupliciter Primo p modū conditionis secundo per modum obiecti. Accipi ut ens in ratione primo modo conuenit omni ei quod intelligitur: qm̄ nihil actu intelligitur, nisi habeat hanc conditionem. s. q̧ est in rōne seu in intellectu, quicquid sit illud esse. Accipi aūt ut ens in rōne secundo modo, cō uenit ei, quod sub aliqua entis ratione quasi uestitū consideratur: sicut enim non admisceta se tumori 1020 bus, consideratur sub rōna securi: & nō comedere, sub rōne sani: & se non peccaturum, sub rōna sancti. In hac rōtione, hoc sed modo sumitur esse ear in rōne: qm̄ ex eo q̧ negationes, priuationes & futura considerant̄, sub aliqua entis & boni rōne appetuntur. Et ad hoc directe affert auctoritas Aristo. q̧ carere malo, sub boni rōne est. Notanter et de priuationibus, negationibus & futuris, hoc dictū est: qm̄ reliqua bona sub entis ratione sunt nō solū in rōne. sed in rerū natura, ac p hoc nō sunt hæc diminutiua denominatione obtenta. Ista uero, qa in rerum natura non hn̄t entis rōnem, sed in rōne tm̄, hn̄t tn̄ fundamentum in re æq uocū: iō entia in rōne dicta sunt, & boni in eis rōnē sic saluari.

SVPER Q. VIII. ART. II.

Cap. 1. dist. 1. q. artic. 1. con 2.

Medina ar. 2.

IN articulo secūdo eiusdē quæst. dubiū occurrit de titulo qd. s. significat in hoc titulo, ly, uoluntas. Si sumit̄ p ipsa potētia uolitiua, extra ppositū est: ut patet & principio q̄nis ubi ppositū est, q̧ de actu uolūtatis q est uelle, tractandum est. Si sumitur pro uolitione, ut in q̄stione ad primū argumentū in primo art. declarat litera, obstant scd̄m argumentum & tertium, & argumentum in oppositū, & distinctio polita in principio corporis articuli huius. hæc. n. oīa de potentia qua uolumus. loquuntur. Si sumitur ut pro utraq; scilicet potētia & uolitione, obstat æquiuocatio: uolūtas. n. æquiuocū est ad potētiā, & operationē. ¶ Ad hoc dr̄, q̧ præsens titulus, sicut, & præcedens, intelligitur de uoluntate pro uolitione: & q̧ tam argumentum scd̄m q̄ tertiū, arguit cōtra hunc sensum, sed p locū a fortiori. Si.n. finis, & ea q̄ sunt ad finē, exigunt diuersas potentias, sequitur q̧ exigunt diuersos actus, ut patet. Rō aūt in oppositū, & distinctio in corpore articuli allatæ sunt, & pp materiam rōnabiliter. (vt dictum est) tactā in pd̄ctis duobus argumentis: & pp perfectionē doctrinæ, & pp proximitatem inter primū simpliciterq; uolūtatis actū, scilicet uelle, & potentiam uolitiuam: pp quod eōdē noīe uocatur uoluntas, non æquiuoce, sed per prius, & posterius. Et hæc eadem propinquitas fuit ēt, iudicio meo, iō & secundi & tertij argumentorum Consistit aūt cognitio hæc in rōtione obiecti, vt in litera dicitur, & nunc nunc declarabitur.

¶ In corpore articuli eiusdē dubium occurrit de assignata communione obiecti respectu potentiæ, & actus eius simplicis: q̄ scilicet est dr̄a inter obiectum potentię, & scd̄m se obiectum potentiæ. Dr̄. n. ro ista, q̧ proprium obiectum simplicis actus potentiæ. est id qd̄ est scd̄m se obiectum potētiæ: aut. n. ly scd̄m se, distinguitur contra secundum accidēs. aut contra scd̄m aliud. Quocumq; autē modo sumatur, æquale, immo idē oīno erit proprium obiectum potētiæ & proprium obiectum simplicis actus, quod est contra litteram uolentem potentiam extendere se ad proprium obiectū actus simplicis, & obiectum actus nō simplicis. Probatur sequela: quia tā obiectum per accidens, q̄ obiectum per aliud, extra formalē rōnē p se obiecti potentiæ est. ¶ Ad hoc breuiter dr̄ q̧ hic sumitur, scd̄m se, ut distinguitur cōtra p aliud, non quomodolibet, sed infra latitudinem perfectam: ita q̧ scd̄m se sumitur pp se primū, & opponitur quod est p se secundo. Sicut dicimus, q̧ habere tactū cōuenit aīali p se primo: homini uero per aliud, i. per se secundo, quia propter animal. Constat autem, q̧ per se secundo, nō egreditur latitudinē per se adæquati obiecti. unde in proposito quia bonum in sua communitate est obiectum potentiæ uolitiuæ, & bonum est commune ad bonū per se primo, idest finem, puta honestum uel delectabile. & ad bonum per se secundo, idest, id quod est ad finem, puta utile: obiectum simpliciter actus huius potentiæ infertur, q̧ est secundum se obiectum idest, finis, qui solus amatur non propter aliud.

¶ Circa probationem exclusiuæ cōclusionis in corpore eiusdem articuli dubium, occurrit duplex. Primo, quia medium contrariatur cōclusioni. Est. n. medium, Q̄d ea quæ sunt ad finem, non sunt bona, uel uolita nisi pp finem Ex hoc arguitur sic, Actus qui fertur in ea quæ sunt ad finem secundum omnem rōnem appetibilitatis eorum, non est negandus ferri in ea, quæ sunt ad finem: sed uolitio est huiusmodi secundum literā. quia fertur in illa: tantum ōe finis: & illa non sunt appetibilia, nisi rōne finis Secundū dubium est: quia si uolitio fertur in ea quæ sunt ad finem, inquantum, in eis finem vult, uolitio erit idem q̧ electio: quoniam electio, non est eorum, quæ sunt ad finem, nisi propter

git ad terminũ: sed ea quæ sunt ad finẽ, sunt quædam media per q̃ peruenitur ad finẽ, sicut ad terminũ. Ergo si uolũtas ẽ finis, ipsa ẽt est eorum q̃ sunt ad finem.

Resp. Dcẽdm, ꝙ voluntas qñq; dr̃ ipsa potentia, qua uolumus: qñq; aũt ipse voluntatis actus. Si m ergo loquamur de uoluntate ẽm qđ noiat potentiam, sic se extendit & ad * finem, & ad ea q̃ sunt ad finem. n Ad ea.n.se extẽdit vnaquæque potentia, in q̃b. inueniri põt quocunque mõ rõ sui obiecti: sicut visus se extẽdit ad oĩa, quæcunque participant quocunque mõ colorẽ. Rõ autẽ boni, qđ est obiectum potentiæ uolũtatis, inuenit nõ solũ in fine, sed ẽt in his q̃ sunt ad finem. ° Si ãt loquamur de uolũtate ẽm qđ noiat ꝓprie actum, sic ꝓprie loquendo est finis tm̃. q Oĩs.n.actus denoĩatus a potẽtia, noiat simplicẽ actũ illius potentiæ: sicut intelligere noiat simplicem actum intellectus. Simplex autẽ actus potẽtiæ est in id, quod est ẽm se obiectum potentiæ: id aũt qđ est pp se bonũ & uolitũ, est finis: vñ uoluntas ꝓprie est ipsi' finis. Ea uero q̃ sunt ad finẽ, non sunt bona, vel volita pp seipsa, sed ex ordine ad finẽ: vñ uoluntas in ea non fert, nisi quatenus fert in finẽ. vñ hoc ipsum qđ in eis vult, est finis: sicut & intelligere proprie est eorum, q̃ ẽm se cognoscunt, s. principiorũ. Eorũ aũt q̃ cognoscũt p principia, nõ dr̃ eẽ intelligẽtia, nisi inquãtum in eis ipsa principia cõsiderantur. Sic.n.se hẽt finis in appetibilibus, sicut se hẽt principiũ i intelligibilibus, ut dr̃ in 7.* Eth.

Ad primum ergo dcẽdm, quòd Phil. loquitur de uoluntate, ẽm quod proprie noiat simplicem actum uoluntatis, non autẽ ẽm quod nominat potentiam.

Ad 2m dcẽdm, ꝙ ad ea q̃ sunt diuersa gñe ex æquo se hñtia, ordinãtur diuersæ potentiæ: sicut sonus & color sunt diuersa genera sensibilium, ad q̃ ordinantur auditus & uisus. Sed utile, & honestũ nõ eẽ æquo se hñt, sed sicut qđ est ẽm se, & ẽm alterum: hmõi autem sp referuntur ad eandem potẽtiam, sicut p potẽtiam uisiuam sentitur & color, & lux, per quam color uidetur.

Ad 3m dcẽdm, ꝙ non qcqd diuersificat habitum, diuersificat potentiam. Habitus.n. sunt q̃dã determinationes potentiarũ ad aliquos sp̃ales actus: & tñ q̃libet ars operatiua cõsiderat, & finẽ, & id quod est ad finem. Nam ars gubernatoria considerat quidẽ finẽ, ut quem operat: id ãt quod est ad finem, ut quod imperat. Econtra uero, nauificatiua cõsiderat id quod ẽ ad finẽ, ut quod operatur: id uero quod est finis, ut ad quod ordinat id quod operatur. Et iterum in unaquaq; arte operatiua, est & aliqs finis ꝓprius, & aliqd quod est ad finẽ, quod proprie ad illam artẽ pertinet.

Articvlvs III.

Vtrum uoluntas eodem actu moueatur in finem, & in id quod est ad finem.

Ad tertium sic proceditur. Vr̃ ꝙ eodem actu uoluntas ferat in finem, & in id quod est ad finẽ: quia ẽm* Phil. vbi est vnũ propter alterum, ibi h est unum tm̃: sed uoluntas non uult id qđ est ad finẽ, nisi pp finẽ. ergo eodem actu mouet in utrumque.

¶ 2 Præt. Finis est h rõ uolendi ea q̃ sunt ad finẽ, sicut lumẽ est rõ uisionis colorũ: sed eodem actu vr̃ lumẽ, & color. ergo idem est motus uolũtatis, quo uult finẽ, & ea quæ sunt ad finem.

¶ 3 Præt. Idẽ numero mot' h nãlis est, q p media tendit ad ultimũ: sed ea q̃ sunt ad finem cõparant ad finẽ, sicut media ad ultimum. ergo idem motus uolũtatis est, quo uoluntas fertur in finem, & in ea quæ sunt ad finẽ.

Sed contra. Actus diuersificãtur h ẽm obiecta: sed diuersę species boni sũt finis, & id qđ est ad finẽ, qđ dr̃ utile. ergo non eodem actu uoluntas fertur in utrunque.

Resp. Dcẽdm, ꝙ cum finis sit ẽm se uolitus, id autẽ qđ est ad finẽ, inquantum hmõi, nõ sit uolitũ nisi pp finẽ, manifestũ est, ꝙ uoluntas põt ferri in finẽ, inq̃tum hmõi, sine hoc, ꝙ feratur in ea quæ sũt ad finem: sed m in ea q̃ sunt ad finem, inquantum hmõi non potest ferri, nisi feratur in ipsum finem. *concl.m* n Sic ergo uoluntas in ipsum finem dupliciter fertur. s. vno mõ absolute ẽm se: alio mõ, sicut in rõne uolẽdi ea, quæ sunt ad finem. Manifestum est ergo, ꝙ o unus & idem motus uoluntatis est, quo fertur in finem, sm quod est rõ uolendi ea, quæ sunt ad finem, & in ipsa quæ sunt ad finem. *concl.p* q Sed alius actus est, quo fertur in ipsum finem absolute, & qñque præce-

pp finẽ. Infirmus.n.s. eligit potionẽ amarã, nisi sub rõne sanis. & eodem mõ unit eãdem, inquantum sanitationem sapit.

¶ Ad horũ euidentiã sciendũ, ꝙ sicut, q̃tum ad ꝓpositum spectat, principia dupliciter se hñt ad conclusionẽ, s. sm habitudinem significatã p ly pp, & significatam p ly in: *Concl.m* nam pp principia sciũtur conclusiones in demonstratione, & in conclusionib. euidenter resolutis relucent, ee vñr principia, *D.625.* & primum quidẽ consistit in actu sciẽ, sm uero in actu intellectus, qui est habitus principiorum: sic proportionabiliter finis dupliciter, s. sm prædictas duas habitudines se habet ad id, qđ est ad finem. *concl.p* Est.n. ꝓpter quem appetitur quod est ad finem, & appetitur in ipso quod est ad finem. Et primũ quidem, s. appetere quod est ad finem pp finẽ, ad electionem spectat: sm uero, s. appetere in eo qđ est ad finem, ipsum finem, ad uolitionem pertinet. Vñ appetere medicinam pp sanitatẽ, electionis est: appetere aũt in oblata medicina sanitatem, simplicis uolitiõis est. Accidit autẽ hic actus uolitionis, qñ in eo qđ est ad finem, clarè relucens desideratus finis offertur. Et ex hoc patet rñsio ad dubia. Nã ad primum dr̃, qđ recte negat a uolitione, ꝙ sit circa ea q̃ sunt ad finem: quia non fert in ea eo mõ quo sunt ad finem, sed simpliciter, ut est dictum. Vñ propositio illa maior. Actus, qui fertur sm oẽm rõnẽ &c. eget additione. s. & oĩ modo, quo sunt appetibilia: & sic falsa est minor. Ad sm uero iã inchoatiue patet responsio. Amplius autem patebit, cum de electione tractabitur.

li.2.Phy. tex.29. Et .7. eth.c. 8. a med. 10.2. & 5.

SVP. QVÆST. VIII. ART. III.

Circa titulum tertii art. eiusdem 8.q̃õ. q. dubiũ occurrit, An s. q̃ratur hic de ipsa uolitione, aut uniuersaliter de actu uoluntatis. Si de uolitione sola, uana est q̃õ. Nam in præcedenti art. determinauit author, ꝙ uolitio est finis tm̃. Si.n. uolitio nõ est eorũ q̃ sunt ad finẽ, frustra q̃ritur de ipsa, an sit vna, vel plures respũ eorum q̃ sunt ad finẽ, & in finem. Si de oĩ actu uoluntatis, extra limites propositi est, q̃a hoc de uolitione q̃õ est, & hoc quæsitũ articulus huius quæstionis esse debet.

¶ Ad hoc breuiter dr̃ dupliciter. Primo, ꝙ volitio & habet rõnẽ uolitionis, & habet rõnem motus uolũtatis in finem. Et licet inq̃rum uolitio est, exclusa sit ab his q̃ sunt ad finem: inquantum tñ est motus uoluntatis i finem, non excluditur ab his q̃ sunt ad finẽ: & ppea quæsitum est hic, Vtrum motus uoluntatis in finem, & in id quod est ad finẽ, sit unus numero, vel non. Et licet eẽ motũ voluntatis in finẽ, sic cõe uolitioni, & pluribus aliis actibus uolũtatis, quia tñ uolitio ẽ primus motus uoluntatis in finem, idcirco q̃õ de eodẽ, uel diuersa in motu uoluntatis in finem, ad q̃õnẽ de primo motu spectat. Scdo (& quasi in idem redit) dr̃, ꝙ quia præsens articulus non est de aliquo uno actu, sed de unitate uel pluralitate actuum respectu horum obiectorum, scilicet finis, & eius quod est ad finem, merito locutus est in q̃õe de primo actu, cuius proprium obiectum est finis, & potentiam primo ducit ad finem.

*Inf. q.12. a.4. cor. & 3.d.14.ar. 2.q.4.co. & veri. q. 2.a.14.co. & ad 3. *lib.3.topi.c. 2.pa rũ a prin. to. 1.*

¶ Circa doctrinam huius tertii articuli, pro quanto dicitur, ꝙ q̃ñ uoluntas mouetur in id quod est ad finem inquan-

dit spe. Sicut cum aliquis primo vult sanitatẽ, & postea deliberãs quo mõ possit sanari, vult cõducere medicum vt sanetur: sic ẽt & circa intellectum accidit. Nam primo aliqs intelligit ipsa principia ẽm se: postmodũ autẽ intelligit ea in ipsis conclusionibus, ẽm quod assentit conclusionibus propter principia.

G

Ad primum ergo dcẽm, q rõ illa procedit ẽm quod voluntas fertur in finem, vt est rõ uolẽdi ea quæ sunt ad finem.

Ad 2m dcẽm, q qñcunque vr̃ color, eodem actu vr̃ [d] lumen: põt tamen videri lumẽ sine hoc q videatur color. Et similiter, quandocunque quis uult ea quæ sunt ad finem, vult eodem actu finem: non tamen econuerso.

H

Ad 3m dicendum, q in executione operis, ea q̃ sunt ad finem habẽt se ut media: & finis, vt terminus. Vñ sicut motus nãlis interdum sistit in medio, & nõ ptingit ad terminum: ita qñq; operatur aliqs id, quod est ad finẽ, & tñ nõ consequitur finẽ: sed in volẽdo est ecõuerso: nam uoluntas per finem deuenit ad uolendum ea, quæ sunt ad finẽ: sicut & intellectus deuenit in conclusiones per principia, quæ media dñr. Vnde intellectus aliqñ intelligit medium, & ex eo non pcedit ad cõclusionem: & similiter voluntas aliqñ uult finẽ, & tñ non pcedit ad uolẽdũ id, qd est ad finem. Ad illud uero qd in 9rium obiicit, patet solutio p ea, quæ * supra dicta sunt. Nam utile & honestum, nõ sunt species boni ex æquo diuisæ, sed se hñt sicut propter se: & propter alterũ: unde actus uoluntatis in unũ potest ferri sine hoc, q ferat in alterum, sed non econuerso.

*a.2.ad 2

QVAEST. IX.

De motiuo volũtatis, in sex art. diuisa.

DEINDE considerandum est de motiuo uoluntatis.

Et circa hoc quæruntur sex.

¶Primo, Vtrum uolũtas moueatur ab intellectu.

Inquantum hmôi, mouetur unoq; necessario eodem motu in finẽ o[...] dubium ex Greg. de Arimino in 1. sen. dist. 1. q. 1. art. 2. Ex triplices siquidem rationes arguit, & dicit oppositũ. Primo ex eo, q uolitio finis, est cã uolitionis eius qd est ad finem. Idem .n. non est cã sui ipsius. Et confirmatur, quia cum dr. q uolo medicinam pp sanitatẽ, designatur q uolo medicinam pp uolitã sanitatẽ. Et confirmatur: q sicut conclusio nota est pp principia, ita id q est ad finem, est uolitum pp finem: sed ibi notitia est cã notitiæ, ut patet. Postea ergo hæc uolitio fit a uolitione. Scdo, ducendo ad inconueniens: quia sequeretur, q appetens pp finem, sp actu appeteret finem, qd patet esse falsum, tũ qr sunt multi fines subordinati, de quib. actualiter appetẽs non cogitat: tum, qr actualis de fine cogitatio de

D.745 fine, ut in orante deũ in principio in ipsum moto, deinde cõtinuã te orõnẽ absq; actuali cogitatione de Deo. Tertio, ducẽdo quoq; ad incõueniẽs, quia sequeret, q idem actus uoluntatis esset simul uolitio, & nolitio, vt patet cum quis odit pctm pp deũ. Si eñ est unus actus, erit simul uelle deum ut finẽ, & nolle peccatum, ut repugnans fini.

¶Ad horũ euidẽtiam, scito primo, q finis, & id qd est ad finẽ, & similiter cõclusio, & principiũ, dupliciter accipi pñt. Primo sm se, & sic nõ sunt ad phs ppositum: nihil eñ refert ad ppositum, an inter se hæc se habeãt ut cã & causatũ, an econuerso. Alio ergo mõ sumunt ut uolita, uel cognita a nobis. Et sic de eis est phs sermo: & uertit in dubiũ, an cũ uolitũ est aliqd pp aliud ut finem, eadem numero uolitio sit circa utrumq; an sint duæ simul uolitiones, quarũ una est cã alterius. Et simile est cũ cognoscit cõclusio pp principia, an. s. sint duæ cognitiones quarum una est cã alterius, an una circa utrãq;. Scito scdo, q in dictũ de hac qõne, oĩno contrarium pferẽ ab his, q hæc considerant per modum rerum nãlium, aliis censentibus eẽ oĩno unũ motum, aliis oĩno distinctos. Qui .n. examinãt rem hanc per modum nãlis motus, & uident q motus uoluntatis in eo q est ad finem, ut sic, habet p uno, & eodem termino utrunq; diuersimode, qa id qd est ad finem ut mãle, & finem ut formale, iudicant cõsequenter, q hic motus est oĩno unus, sicut uisus coloris & luminis: & simile est in conclusione, & principio. Qui uero rã hæc per modum nãlium causatum examinant, & uident q cõclusio non aliter cognoscitur pp principium, nisi quia cognoscitur p principium cognitũ. Oĩs .n. doctrina & disciplina, ex præexistẽte fit cognitione: & similiter q id, qd est ad finem, nõ amatur aliter pp finem, nisi qa amatur pp finem uolitum. cõcludunt, attenta distinctione causæ, & causati, oĩmodã eorũ distinctionẽ D. autẽ Th. media uia incessit, & posuit motum uoluntatis in eo, qd est ad finem pp finem, esse unum quidem numero, pluralitatẽ uero formalẽ in eo. vidit .n. q aĩa nostra tripliciter se hẽt ad obiecta. s. habitualiter, actualiter, & uirtualiter. Et q inter motũ uoluntatis in aliqd habitualiter & actualiter, medius est motus uoluntatis in illud uirtualiter: & simile est in intellectu. Cum .n. habẽs charitatem, peccat uenialiter, habitualiter quidem diligit deũ, sed non actualiter, ut patet, nec uirtualiter: quia pctm nõ est dirigibile in deum. Cum aũt hñs charitatem, ambulat, uel pdicat, & qcqd aliud non male facit, quãmuis de deo non cogitet, actualiter, actus tñ ille non solum talis uirtuosus est, sed charitatis: & uoluntas tunc uirtualiter fertur in deum, & non solum habitualiter,

F

ter, qd cõuenit dormiẽti, & peccãti ueníaliter. Et sic unico actu numero uolũtas fert in pp finẽ, & in ipsum finẽ: & sic saluatur identitas numeralis motus, & distinctio causarũ quodãmõ, dũ unus est actus numerositate subiecti, & plures numerositate formæ. Et ex his facul rñdetur ad obiecta. Ad primũ qdẽ dr, q finis, & id qd est ad finẽ, ut uolita, dupliciter se habẽt. Primo formaliter, & seorsum sm se: & sic diuersis uolitionib. amãtur, & una est cã alterius. Scdo, ut unũ uirtualiter clauditur in alio: & sic unica uolitiona subiecto amant & eodem mõ dr ad cõfirmationes. Est .n. hoc uolitum pp illud uolitum, uirtualiter participatum in hoc. Et cõclusio nota pp principia uirtualiter participata in cõclusione. Sic .n. ad minus occurrũt ut rõ uidẽdi cõclusionẽ, & similiter ut rõ amãdi, q est ad finem. Dico aũt ad minus, qa nihil phibet ẽt actualiter unico actu tẽdere in eleemosynã pp deũ in illã ut mãm, in hoc ut formã: sicut unica visio corporalis tẽdit in colorem & lumen. Ea namq; quæ sunt ad finem, comparãtur ad finem, ut mã ad formã, ut patet ex supradictis in q. 5. Et scito, q in hmôi, quæ unico actu ad utrunque terminãtur, ly p, nõ dicit causam uolitionis, sed uoliti: dicit eñ causam, quare illud mãle terminat actũ uolẽdi, & nõ dicit aliã uolitionẽ causantem istam, nisi uirtualiter. & simile est in intellectu. Ad sm quoque patet, quid dicendum, q. s. sp appetẽs qd est ad finem, appetit finem non habitualiter, sed actualiter, ut extẽdit se ad actualiter & uirtualiter. Est .n. uirtualiter, ut aliquo infra latitudinẽ actualis usus: alioquin nunq̃ impleret illud præceptum. Oĩa in gloriam dei facite &c. Facere .n. actualiter, opari importat. Ad tertium dr, q nolle in hoc differt a non uelle, q hoc est negatio actus, illud uero est actus negatiuus. i. velle non. Oĩa aũt actus negatiuus appetitus claudit in se uirtualiter, seu participatiue, actum positiuum sõ. principium & radicem. Odium .n. fuga, & tristitia, amorem claudũt in se oppositorum, ut de se patet. Vnde nullum inconueniens est, unum actum unumero, numerositate subiecti, esse uelle, & nolle, respectu diuersorũ. Odiũ enim peccati propter deum, est & actus charitatis respectu dei, & refutationis respectu peccati. At si quis dixerit, q aduersarij hæc omnia concederent: sed ipsi impugnant quoad actualẽ uolitionem utriusque &c. dicitur eis, quòd discant scribere, cũ impugnant opiniones, & cognoscant se errare: quia non distinxerunt nisi actualiter & habitualiter, omittentes uirtualiter, & nõ uidentes, quod actu fertur in aliquid, qui actum facit uirtualiter in illud. Et hæc sint hic dicta pro luce motus uoluntatis in eo, quod ad finem propter finem, quãuis magis forte spectent ad q. 12. ar. 4. ubi de intentione disputabitur.

I

K

SVPER QVÆST. IX.

Circa titulum nonæ qõnis, aduerte Nouit e, quòd qoia idem est actus potentiæ, & id in quod potentia reducitur a suo motiuo, cum mouere nihil aliud sit, quàm reducere de potentia ad actum: ideo ad præsentem tractatum de actibus uoluntatis, spectat disserere de motiuo uoluntatis, i. potentiæ uolitiuæ: hoc enim nihil aliud est, quàm disserere de causa actus ipsius uoluntatis. Rursus, quia nunc tractatur de primo actu uoluntatis, s. de uolitione: ideo nunc inuestiganda est causa actuum uoluntatis, quod fit quærendo, a quo potentia uolitiua moueatur, i. reducatur ad actum.

¶ Secundo, Vtrum moueatur ab appetitu sensitiuo.

¶ Tertio, Vtrum uoluntas moueat seipsam.

¶ Quarto, vtrum moueatur ab aliquo exteriori principio.

¶ Quinto, vtrum moueatur a corpore cœlesti.

¶ Sexto, Vtrum uolũtas moueatur a solo Deo, sicut ab exteriori principio.

ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrũ uolũtas moueatur ab intellectu.

Inf. q. 67. ar. 1. Et 1. q. 82. a. 4. Et uerit. q. 22. a. 1. & 2. & q. 22. art. 12. & ma. q. 4. a. 2. cor. & ad 13. & q. 6. cor. & ad 10. & 12.

AD PRIMVM sic proceditur. vĩ q voluntas non moueatur ab intellectu. Dicit. n.* Aug. super illud Ps. Cõcupiuit aïa mea desiderare iustificationes tuas, Prævolat ĩtellectus, sequitur tardus, aut nullꝰ effectus: scim. bonum, nec delectat agere: hoc ãt nõ eẽt, si uoluntas ab intellectu mouereť: quia motus mobilis sequiť motionẽ mouentis. ergo intellectus nõ mouet uolũtatẽ.

* Ps. 118. ser. 8. non procul a fine to. 8.

¶ 2 Præt. Intellectus se hẽt ad uoluntatem, ut demõstrans appetibile, sicut imaginatio demõstrat appetibile appetitui sẽsitiuo: sꝫ imaginatio demõstrãs appetibile, nõ mouet appetitũ sensitiuũ: immo quãq; ita nos habemus ad ea, q̃ imaginamur, sicut ad ea, q̃ in pictura nobis ostẽduntur, ex quibus non mouemur, ut dĩ in lib. de anima, ergo neque ẽt intellectus mouet uoluntatem.

* li. 2. tex. 154. to. 2.

¶ 3 Præt. Idem respectu eiusdẽ non est mouens & motum: sed uoluntas mouet intellectum, intelligimus enim quando uolumus: ergo intellectus nõ mouet uoluntatem.

SED CONTRA est quod Phil. dicit 3. de * anima, qđ appetibile intellectũ, est mouẽs nõ motũ: uoluntas aũt est mouens motũ.

tex. 54. t. 2.

SVPER QVÆST. IX. ART. I.

Cap. 2 d. 25 q. 1. con. 1 & d. 24 q. 1. con. 4. Medina a. 1.

CIrca art. 1. q. 9 corporis primam partem, dubiũ occurrit non dissimulãdũ, ubi author distinctionẽ ponit, q duplicit aliqua vis aïæ est in potentia ad diuersa, uno mõ quantum ad agere, uel nõ agere: al mõ quantũ ad agere hoc, uel illud. Et subdit, q eget motore quantum ad duo, & q alterum horum. s. primum, se tenet ex parte subiecti: secundum uero ex parte obiecti. Est nã que hic dubiũ, q, licet verum sit, & ex processu lřæ phetur, q id quod est in potentia ad illa duo, egeat motore quo ad duo, nõ tñ est pbatũ, nec uerum, q egeat duob. motorib. altero ex parte subiecti, altero ex parte obiecti: siquidẽ experientia, authoritate, & rõe hoc conuinciť. Experimur .n. q aqua, q̃ est in potentia ad pati, & nõ pati, & ad pati hoc vel illud, puta raritatẽ, uel densitatem, eget motore a quo & patiatur, & patiatur hoc, puta raritatẽ. Ab eodẽ tñ agente, rarefactiuo. s. utrunque hẽt. & simile est in aliis naturalibus. Arist. quoque in 2. de aïa, manifeste uult. q sensitiui secunda mutatio fit ab obiecto. Et constat, q scđa mutatio sensitiui est, qñ uisus reduciť de potẽtia ad actũ sũm, in qua reductione visus & fit uidẽs, & fit uidẽs hoc, puta albũ obiectũ. Nõ ergo uisus eget duplici motore, altero ad hoc q uideat, & altero ad hoc q uideat albũ. Suffragatur demũ rõnẽ patet ex eo q potentia vnica vnicum adæquatum actum rñdentem unico adæquato motori exigit, alioquin non esset inter hæc tria adæquatio: non ergo eget una potentia duobus motoribus e regione diuersis, quales sunt ex parte obiecti, & ex parte subiecti.

¶ Ad hoc breuiter dicendum est, q hmõi dubium pcedit ex malo intellectu distinctionis factæ in litera. Ad cuius euidentiã sciẽto, q potentiæ sunt duplicis ordinis. Quædam sunt, quæ solo pprio actu exercent: quædam vero, in quibus exercitium proprij actus distinguitur ab actu ipso. In primo ordine sunt omnes potentiæ nãles, & aïales, quatenus supiori impio non subiunt. In scđo ordine sunt oẽs potentiæ, quibus utimur cum uolumus. Potentiæ primi ordinis ab eodem motore hñt opari, & opari hoc. Potentiæ uero scđi ordinis ab alio motore hñt usum, & ab alio hñt actum specificum, quia vius aliud est ab actu specificato: vñ distinctio posita in lřa per ly, exercitiũ actus, intelligit usum pprie dictum, qui est actus uoluntatis, vt principij primi: aliarũ vero potẽtiarum, vt exequentium, ita q lřa p aïe in potentia ad agere, non intendit potentiã ad ipsum suum agere, & non agere secundum seipsã: sed potentiam ad agere, & non agere, scđm quod subsunt usui. Potentia. n. uisiua (ut ab uno exẽplo discas oẽs) si referatur ad uidere, & non uidere ut sic, & uidere hoc, puta album uel nigrum, ab eodem motore puta albo, reducitur & in actum uidendi, & in actum uidendi albũ. Et hoc est cõparare potentiam ad suum actum, & obiectum scđm se. Si aũt referatur ad uidere, & uidere album, ut subsunt usui, sic cum usus sit actꝰ potẽtiæ uisiuæ nõ secundum se, sed ut exequẽtis uoluntatẽ principiantem usum, sic alio eget motore ad hoc, q reducatur in actum usus: & alio ad hoc, ut reducatur in actum suæ propriæ speciei. Et hic est sensus uerus huius distinctionis, & lřæ, & intẽtus. Verus quidem, quia ut inferius patebit, Vsus est actus uoluntatis, ut imperantis, & reliquarum uirium, ut exequentiũ. Et constat q oẽs potentiæ aïæ applicantur a uoluntate ad suos actus, quod nihil aliud est, quàm exercitium actus, & usus, seu usus illarum. Consonat uero huic uerus sensus obiectiones in oppositũ nihil militant cõtra istum sensum. Prima enim obiectio loquitur de potentiis primi ordinis. Secunda de potentiis relatis ad suos actus secundum se, non secũdum qđ subsunt usui. Tertia quoq; de potẽtiis, & actibus, & actiue sũm se, loquitur. Stat. n. q unica potẽtia sũm se, egeat uno motore, & ut subest alteri, egeat alio, ut patet. Quòd aũt hoc sit intẽtum in lřa, patet ẽt ex uerbo lřæ, ubi dĩ, quantum ad exercitium, uel usum actus. Et inferius in qõne de Vsu apertissime exprimitur, q Vsus nihil aliud est, quàm applicatio potentiarũ ad sua opa. Constat. n. q per exercitiũ actus, hic nihil aliud intelligiť nisi applicatio potentiæ ad sui opatiõẽ, agere. s. uel non agere. Et sic manifeste saluať q hoc est ex parte subiecti, & illud obiecti &c. Et sic Scotus, cũ cæteris, quos refert in 2. sẽten. d. 42. q. 1. tractãdo modũ, quo cogitatio subest uolũtati, aduertisset ad hoc. s. q non subest, nisi ut subest actui uolũtatis, qui est Vsus, uidisset primo, q idẽ est iudiciũ de applicatione intellectus ad secundas cogitationes, & oculi ad uidendum, manus ad opandũ &c. Diuertisset secundo a tot extraneis phãtasiis. Conclusisset tertio, q hoc spectat ad tractatũ de Vsu, quo. s. Vsus, sit actus uolũtatis, de quo infra tractabiť. Hæc dixerim, ne aliquis iẽ fac lem in difficilẽ uersã legens, nondum in scripto timeat.

¶ Circa ultimã partẽ eiusdẽ art. dubiũ primo occurrit de illa ppositione assumpta in lřa, Obiectũ mouet determinando actum ad modũ principij formalis, a quo in rebus nãlibus actio specificať, ut calefactio a calore. Aut author intendit, q obiectum moueat ad modũ principij sũm rẽ. I. sũm illud genus causæ, quo mouet principiũ actionis in nãlibus: aut q obiectum moueat in genere causæ formalis, & exẽplariter cætera afferuntur. Si. n. intendit primum, obstat statim subsumpta ppositio. s. Primũ aũt formale principiũ est ens, & uerum uniuersale. Quia tunc prima ppositio assumeret de principio effectiuo; Quo est. n. calor, quo calidum calefacit, calefactionis principium in gñe causæ efficiẽtis: quamuis in ordine ad calefaciens se habeat ut principiũ formale. Scđa aũt ppositio subsumeret de principio formali: & sic processus nihil concluderet. Et confirmatur. Ista. n. rãtio ad hoc qa obiectum hẽt rõnẽ principij formalis, & obiectũ intellectꝰ est primum principium formale. ergo ubi appar, q si prima ppositio non saluatur de principio formali, nihil fit. Si aũt intendit secundum, tunc obstant primo dicta sua in prima parte qõ ubi dĩ, q obiectum tam potentiæ actiuæ quàm passiuæ, specificat: qa obiectum potentiæ actiuæ est finis, passiuæ uero est agens, & ab utroque operatio specificatur: non ergo obiectum mouet in genere causæ formalis, sed quandoque finalis, & quandoq; effectiue. Deinde obstant multa philosophorum dicta, puta q appetibile, qđ est obiectum uoluntatis, mouet ut finis, & ut agens.

¶ Ad hoc dĩ, q procul dubio author intendit, q obiectum mouet in genere causæ formalis, alioqu nihil concluderet: sed nõ dixit absolute, q mouet ut principium formale, ut insinuaret, q non est principium formale intrinsecum, sed extrinsecum, non tñ separatum, ut idea, sed coniunctum. Calor. n. non solum est principium formale calefaciendi, sed ẽt calefactionis quodammõ. Dicitur aũt quodammõ quia calor inquantum est principium effectiuum calefactionis, est eius principium in gñe causæ efficientis. Inquantum uero est principium determinatiuum illius ad speciem, est principium eius in gñe causæ formalis extrinsece, coniunctæ. s. Nec obstant huic sententiæ allata in oppositum: quia aliud est loqui de motione talis, uel talis obiecti, & aliud est loqui de motione obiecti absolute. Conceditur namque. q tale obiectum mouet finaliter, & tale effectiue &c. & hoc dĩ in locis allegatis. Sed non conceditur q motio conueniens obiecto absolute sit effectiua, aut finalis, sed formalis, quàmuis extrinsece. Obiectum .n. est ueluti extrinseca forma actus. vñ author eũ posuisset, q

AD 2m dicendū, quod in reb. naturalibus id, quod est naturale, quasi consequens formam tm, semper actu inest, sicut calidū igni. Qd aūt est naturale sicut consequens materiam, nō semper actu inest, sed quandoque sm potentiam tm. Nam forma est actus: materia uero potētia. Motus aūt est actus existētis in potentia:& iō illa quæ pertinēt ad motū,uel quę sequunt motū in reb. naturalibus, non semper insunt: sicut ignis non semper mouet sursū,sed qñ est extra locū suum. Et similiter nō oportet quod uolūtas, quæ de potētia in actū reducit,dū aliquid vult, semper actu uelit: sed solū qñ est in aliqua dispositione determinata. Voluntas aūt Dei,quæ est actus purus,semper est in actu uolēdi.

AD 3m dicendum, quod semper naturæ respōdet unū proportionatū naturæ. Naturę.n. in genere,rñdet aliquid unū in genere:& naturæ in specie acceptæ, rñdet unū in specie: naturę aūt indiuiduatæ, rñdet aliquid unū indiuiduale. Cum igit uolūtas sit quædā uis immaterialis,sicut & intellectus,rñdet sibi naturaliter aliquod unum cōe.s. bonū: sicut etiam intellectui aliquod vnum cōe.s.uerum, uel ens, uel quicquid est hmōi. Sub bono autem cōi multa particularia bona continentur, ad quorum nullum uoluntas determinatur.

ARTICVLVS II.

Vtrum voluntas moueatur de necessitate a suo obiecto.

AD SECVNDVM sic proceditur. Vr quod uoluntas de necessitate moueat a suo obiecto. Obiectū enim uolūtatis comparat ad ipsā, sicut motiuū ad mobile ut patet i tertio de aia: sed motiuū, si sit sufficiēs,ex necessitate mouet mobile. ergo uolūtas ex

¶In rōne ad tertiū eleuato mentē in celsitudinē doctrinę huius,& intuere, quod unū indiuiduū immaterialis ordinis æqualet non tm infinitis indiuiduis materialib. sub una specie, sed ēt sub uno genere,ēt analogo. Habes.n. hic, quod cū ordo uniuersi habeat, quod natura determinata sit ad unū proportionaliter, s. generice, specifice, uel indiuidualiter: ac per hoc bono absolute cū sit unū genere analogo,dubitasse rindere natura aliqua una genetice: & similiter uoluntati,qa est una secūdū spēm,debuisset rūdere unū secūdū spēm, subiunctū est,quod quia uolūtas est immaterialis ordinis, determinata est ad unū i genere analogo bonum.s.quasi natura immaterialis eminētius prehabeat quicquid genus spēs suæ haberet. Et uere sic est, in cuius signū hic intellectus noster æquiualet toti uniuersitati corporeę naturæ. Est aūt rō huius quia quæ sunt dispersa in inferiorib. sunt unita in superiorib. Eadē enim rōne tāta est amplitudo immaterialis potētię,ut uniuersi simpliciter capax sit. ¶In eadē rōne,cauendo Nouitię,ne idē sit a pauci sub sua tibi offerat: & cōtrarietas inter rōnis huius calē,& corporis culi insurgat, dū ibi dictū est, qdā esse particularia bona sub obiecto uolūtatis contenta,ad quæ uoluntas naturaliter tēdit,ac per hoc determinata est naturaliter,ut esse,uiuere &c. hic aūt dr sub bono cōi: utrobique enim indefinita,seu particularis est locutio:et propterea neutra alteri repugnat. Hic enim expresse dr, Sub bono cōi multa cōprehēduntur,ad quorū nullum determinat uolūtas. Multa,dixit,non oia. Ibi quoque manifeste de quibusdam,s. conuenientibus uolenti secundum naturam, loquitur.

D. 1203

61 Porrecta per totum.

Inf. q. 80. ar. 1. cor. fi. Et 1. q. 82. ar. 1. et 2. Et ueri. q. 22. art. 5. et 6. Et mal. q. 6. cor. et ad 7. et 10. tex. 54. tom. 2.

SVP. QVAEST. X. ART. II.

Scot. 4 s d. 49 q. 6.
Cap. 1. d. 1. q. 3. ar. 1. con. 3. & 4. d. 49 q. 3. con. 2.
Medina ar. 2.

IN titulo articuli secundi eiusdē qōnis, Necessariū sumitur proprie,quod.s. impossibile est aliter se habere. Et est ser-

necessitate potest moueri a suo [h] obiecto.

¶ 2 Præt. Sicut uolũtas ẽ uis immaterialis, ita & intellectus, & utraq; potentia ad obiectũ vle ordinat̃ (ut† dictũ est) sed intellect[9] ex necessitate mouet̃ a suo [h] obiecto. ergo & uolũtas a suo.

¶ 3 Præt. Oẽ qđ qs vult, aũt ẽ finis, aut aliqd ordinatũ ad finẽ: sed finem aliquis ex necessitate B vult, ut uidet̃, q̃a ẽ sicut principiũ ĩ speculatiuis, cui ex necessitate assẽtimus: finis aũt ẽ rõ uolẽdi ea q̃ sũt ad finẽ: & sic vr̃ ẽt ꝙ ea, q̃ [h] sũt ad finẽ, ex necessitate uelimus. Volũtas ergo ex necessitate mouet̃ a suo obiecto.

SED CONTRA ẽ, ꝙ potẽtiæ rõnales s̃m Philosophũ, sũt ad opposita: sed uolũtas ẽ potentia rationalis, ẽ.n. in rõne, ut dicit̃ i 3.* de aĩa. ergo uolũtas se hẽt ad C opposita. Nõ ergo ex necessitate mouet̃ ad alterũ oppositorũ.

RESPON. Dicendũ, ꝙ uolũtas mouet̃ dupliciter. Vno modo, quantũ, ad exercitiũ actus. Alio mõ quãtũ, ad specificationẽ act[9], q̃ ẽ ex obiecto.[m] Primo ergo mõ uolũtas a nullo obiecto ex necessitate mouet̃.[n] Põt.n. aliqs de quocũq; obiect[o] nõ cogitare: & per ꝯñs neq; actu uelle illud. Sed quãtũ ad s̃m motionis D modũ, uolũtas ab aliquo obiecto ex necessitate mouet̃: ab aliquo aũt non. In motu.n. cuiuslibet potẽtiæ a suo obiecto, cõsiderãda ẽ rõ, ꝑ quã obiectũ mouet potẽtiã. Visibile.n. mouet uisũ sub ratione coloris actu uisibilis. Vñ si color ꝓponat̃ uisui, ex necessitate mouet, ipsũ, nisi aliqs uisũ auertat, qđ ꝑtinet ad exercitiũ actus. Si aũt ꝓponeret aliqd uisui, qđ nõ oĩbus modis esset color ĩ actu, sed s̃m aliqd esset tale, s̃m aũt aliqd nõ tale: non ex necessitate uisus tale obiectũ uideret. Posset.n. intẽdere ĩ ipsũ ex ea ꝑte, qua nõ ẽ coloratũ ĩ actu, & sic ipsũ nõ uideret. Sicut aũt coloratũ ĩ actu, ẽ obiectũ uisus: ita bonũ ẽ obiectũ uolũtatis. Vnde si ꝓponat̃ aliqđ obiectũ uoluntati, qđ sit vlr bonũ, & s̃m oẽm cõsiderationẽ, ex necessitate uolũtas in illud tẽdit, si aliqd uelit: non.n. poterit uelle oppositum. Si aũt C ꝓponat̃ sibi aliqđ obiectũ, qđ nõ s̃m quãlibet considerationẽ sit bonũ: nõ ex necessitate uolũtas fert̃ in illud. Et q̃a defectus cuiuscunque boni habet rõnẽ nõ boni, ideo [p] illud solũ bonũ qđ est perfectũ, & cui nihil deficit, est tale bonũ, qđ uoluntas nõ põt non uelle, [q] qđ est beatitudo.[r] Alia aũt quęlibet particularia bona, inquantũ deficiunt ab aliquo bono, pñt accipi ut D nõ bona: & s̃m hãc cõsiderationẽ pñt repudiari, uel approbari a uolũtate [s] quæ põt in idẽ ferri s̃m diuersas considerationes.

AD PRIMVM ergo dicendũ, ꝙ

mo de necessitate naturali, que scilicet agẽtia & patientia in uniuerso cõnectuntur, calefactibile calefactiuo. & uisus uisibili &c.

¶ In principio corporis eiusdem 2. ar. dubium occurrit de conclusione, & de eius ratione. De conclusione quidem, qua dicitur ꝙ uolũtas a nullo obiecto de necessitate mouetur ad exercitium actus: qm̃ uoluntas à deo clare uiso, necessario mouet̃ ad exercitium actus. Non.n. põt nõ amare, ac frui illo, ut in 1. parte dictum est de rõne, qua dr̃, põt.n. aliquis de quocunq; obiecto nõ cogitare. & per consequens actu non uelle illud: quia uoluntas nõ habet in ptãte sua cogitationem præsentatiuã primi obiecti, nec refutatiuã illius & similiter uisionis dei clare ꝑsentati. Iã n. dictũ est, ꝙ primus actus nõ est in potestate uoluntatis: falsum est ergo ꝙ põt aliquis de quocunque obiecto non cogitare.

¶ Ad hæc dicit̃, ꝙ uerba literę intellecta formaliter, omnes soluunt obiectiones, doctrina siquidẽ prius tradita nõ aduersat̃ ꝑsenti. Ad quorũ euidentiã opus est distinctione. s. ꝙ aliud est dicere. Volũtas necessario mouet̃ ab obiecto ad exercitiũ actus & dicere, Volũtas sic disposita necessario mouetur ad exercitiũ actus. Primum.n. denotat efficaciã obiecti supra uoluntatẽ, ꝙ. s. talis, & tãta efficacia est naturæ, ꝙ põt uoluntatẽ ad exercitium actus necessario ducere. Et hoc negat in ꝑsenti cõclusione, dũ asseritur, ꝙ nullũ obiectũ ut sic, & quãtum est ex sue efficacia, põt naturali necessitate cõpellere uoluntatẽ ad exercitiũ actus. Secundum uero denotat naturã uoluntatis, de qua dictũ est, quòd hẽt quendam motum naturalem, & quòd non habet semper illũ actu, sed qñ est in certa dispõne: & hoc prædictũ est, & uere. Et ex hoc prouenit, ꝙ uoluntas deũ clare uisum necessario amet: ¶ est.n. tũc in ea dispõne tali, ꝙ ex natura sua actu prouenit amor, & delectatio talis obiecti. Et similiter in 1. actu uoluntatis, quẽ habemus naturaliter uelle aliud, nõ hẽt necessitatem exercitij ab obiecto, sed a natura existẽte ĩ tali dispõne, ꝙ ad eã naturali necessitate sequit̃ uelle. Vñ qñcunq; uolũtas necessario mouet̃ ad exercitiũ, necessitas illa nunquã est ab obiecto, sed a natura, & naturæ datore. Et ꝑ hoc patet respõsio ad utrunq; obiectorũ. Et ad primũ quidẽ explicita. Ad scdm uero, quo ad materiã & ad formã, dicitur, ꝙ uerissimũ est, ꝙ uolũtas põt de quocunq; obiecto nõ cogitare, quantũ est ex parte obiecti: sic.n. author loquit̃. sed sophisma figuræ dictionis est inferre: ergo uolũtas in tali dispositione existens, põt non cogitare: mutat̃.n. qd in quale. Oportet ergo diligenter in hoc ar. aduertere, ꝙ formalis est sermo de efficacia obiecti ut sic: obiectiones aũt aliũde, q̃ ex obiecto robur habent: & ideo nihil obstãt. Et si horũ ulteriorẽ resolutionẽ cupis, recolito supradictorum, scilicet quòd uoluntas quo ad exercitium, tres tantum habet motores, scilicet, seipsam, suam naturam, & deũ ut agentẽ, non ut obiectum. Ex his enim patet, ꝙ modus exercitij non aliũde est. vñ siue libere sit e

A necessario uoluntas exerceat suum actum, non quàm ex parte obiecti causa requirenda est, sed agentis, ut dictum est, triplicis. & in hoc quiescat intellectus tuus.

¶ In eiusdem corporis et conclusione 2. s. quòd obiectũ undiq; bonum, necessario mouet, nec deficit ab hoc, nisi ꝑ defectum alicuius boni: et dubiũ occurrit ex Sco. in 4. d. 49. q. 11. dicente, ꝙ ista rõ nõ cõcludit necessariam motionẽ simpliciter: sed ꝙ si uoluntas debet habere actum circa tale obiectũ, oportet ꝙ habeat actũ uolitiõis, cũ quo tñ stat, ꝙ ipsa põt suspendere actũ suũ. Sed quia ex his, & processu suo manifeste patet, ꝙ nõ impugnatur sensus formalis literæ, sed quẽ ipse accepit: ideo sibi ipsi curã sui relinquo. Diuus.n. Tho. loquitur de motione ex parte obiecti, quę est ad specificationem actus: & vult ꝙ necessario mouet obiectum undiq; bonũ, qđ est uerissimum simpliciter & formaliter: ita enim necessario specificet, quid ẽ obiectiue mouere, qđ impossibile est aliter se habere: qm̃ nõ põt nõ specificari actus uoluntatis ab eo, ut patet, q̃uis possit actus uolũtatis nõ fieri. Vnde cũ in litere dicitur, ꝙ uolũtas nõ põt non uelle beatitudinẽ, lys non uelle, nõ sumit̃ negatiue, sed cõtrarie. i. ꝑ nolle: ut manifestant sub dicta uerba in alio mẽbro. s. repudiari, uel approbari. Sed, quod fellit aliquos, hæc ẽ distinctio inter motionem ad specificationem & exercitium actus.

¶ Circa doctr nã traditam in hoc ar. & pręcedentibus, aduerte, ꝙ scdm qđ uoluntas respicit duos motores, alterũ ad exercitiũ, alterũ ad specificationẽ: dupliciter inuenitur in ea naturalitas. s. scdm determinationẽ ad exercitiũ, & scdm determinationẽ ad speciem. Est.n. uolũtas naturaliter determinata ad eliciendum actum aliquem, puta primum &c. Et est rursus naturaliter determinata ad obiectum aliquod, puta bonum &c. Et hę determinationes ita se habent, ꝙ prima infert secundam, & non econuerso. Si.n. uoluntas determinata naturaliter est ad eliciendum actũ: hoc nõ est nisi respectu obiecti, ad quod naturaliter determinata est: sed si determinata est naturaliter ad obiectum, non ꝓpterea determinata est ad exercitium actus respectu illius, ut patet in litera unde determinatio quo ad exercitium, uehementior, ac naturalior est: includit alteram, & e cõtra.

¶ Circa calcem eiusdem corporis ar. aduerte, ꝙ quia, (ut prædiximus) uoluntas ad triũ uolitorũ genus, puta esse uiuere &c. determinata est naturaliter, quo ad specificationẽ, ut in pluribus & a causa ut in pluribus, non necessario prouenit effectus: põt.n. impediri. Idcirco in litera dicitur, quod, quælibet particularia bona, etiã esse, uiuere, intelligere, non necessario mouent uoluntatẽ ad specificationẽ actus. possunt enim repudiari: sic tamen quòd prædicta ut in pluribus, nõ repudiantur. Sed sic uoluntas in ea fertur, uolitionis actu in illa tendit, & raro nolitionis: ut contingit in desperantibus, & similibus.

Margin: †Ar.1.ad 3. — *Text.42. tom.3. — Concl. m — concl. p — concl. t

¶In responsione ad ultimum eiusdem ar. notato; ꝙ esse, uiuere & huiusmodi, dupliciter sumi possunt. Primo ut sunt quædam particularia bona secũdum seipsa: & sic possunt (licet raro) repudiari, eo ꝙ defectum habent annexũ alicuius boni qđ appetit, ut patet in occidentibus se. Appetunt. n. quòddam bonũ, puta libertatem, cuius oppositum coniungit suæ uitæ &c. Alio mõ, ut sũt necessario cõnexa beatitudini: & sic quãtum ẽ ex parte sui, nõ possunt repudiari. Sed

*In corp. art. si uolũtas hẽat actum in ea, ut sic, oportet ꝙ hẽat circa ea actũ uolitionis, sicut circa beatitudinẽ pp rõnẽ in litera assignatã. Dixi autẽ, quantũ est ex parte sui: qa licet hæc sic cõnexa, hẽant sic tãtã efficaciã, ut necessitent ad

*In corp. art. specificationẽ: si tñ cõnexio illa incognita, uel in cõsiderata, uel nõ sufficiẽter uisa sit, ab huiusmodi efficacia impedit. qđ tamẽ nõ oportuit hic authorem exprimere, tũ quia de obiecti efficacia ex parte sui est sermo: qa semp subintelligitur debita approximatio. Ex cuius defectu prouenit hoc.

sufficiens motiuũ alicuius potẽtiæ, nõ est nisi obiectum qđ totaliter hẽt rõnẽ motiui: si autẽ in aliquo deficiat, nõ ex necessitate mouebit, ut dictum est.*

Ad 2m dicendum, ꝙ intellectus ex necessitate mouetur a tali obiecto, qđ est semp, & ex necessitate uerum: nõ autem ab eo quod põt esse uerum & falsum, scilicet a cõtingenti, sicut & de bono dictum est.*

Ad 3m dicẽdum, quòd finis vltimus ex necessitate mouet uoluntatem, quia est bonũ pfectũ: & similiter illa, q̃ ordinantur ad hũc finẽ, sine qbus finis haberi non põt, sicut esse, & uiuere, & hmõi. Alia uero, sine qbus finis haberi põt, non ex necessitate vult, qui vult finẽ: sicut cõclusiones, sine qbus principia possũt esse, ꝗuera ñ ex necessitate credit, q̃ principia credit.

Articulus III.

Vtrum uoluntas moueatur de necessitate ab inferiori appetitu.

Ad tertium sic procedit. Videtur ꝙ uoluntas ex necessitate moueatur a passione appetitus inferioris. Dicit enim Apostolus Ro. 7. Non. n. qđ uolo bonum, hoc ago: sed qđ odi malum, illud facio, qđ dicitur propter concupiscẽtiã, quę est passio quędã. ergo uoluntas ex necessitate mouet a passione.

Cap. 4. to. 5. ¶2 Præt. Sicut dicitur in 3. Ethicor. Qualis unusquisque ẽ, talis finis uidet ei: sed nõ est in potestate uoluntatis, ꝙ statim passionẽ abijciat. ergo nõ est in potestate uoluntatis, ꝙ non uelit illud, ad quod passio se inclinat.

¶3 Præt. Causa uniuersalis nõ applicatur ad effectũ particularẽ, nisi mediãte causa particulari: vñ ratio, vl̃is nõ mouet, nisi mediante æstimatione particulari: ut dicit in 3. de anima. sed sicut se hẽt ratio vl̃is ad æstimationẽ particularẽ, ita se habet uolũtas ad appetitũ sensitiuũ. ergo ad aliquod particulare uolendũ nõ mouet uolũtas, nisi mediãte appetitu sensitiuo. ergo si appetitus sensitiuus sit p aliqua passionẽ ad aliqd dispositus, uolũtas nõ poterit in ɔ̃riũ moueri.

Sed contra ẽ qđ dicit Gene. 4. Subter te erit appetitus tuus, & tu dominaberis illius. nõ ergo uolũtas hois, ex necessitate mouet ab appetitu inferiori.

G Respon. Dicendum, ꝙ sicut supra dictũ est,* passio appetit' sensitiui mouet uolũtatẽ ex ea parte, qua uolũtas mouet ab obiecto, inquantũ. s. hõ aliqualiter dispositus p passionẽ, iudicat aliqd esse cõueniẽs & bonũ, qđ extra passionẽ existens nõ iudicaret. Hmõi autẽ immutatio hõis p passionẽ, duobus modis contingit. vno mõ, sic, ꝙ totaliter ratio ligat, ita ꝙ homo usũ rationis nõ hẽt: sicut cõtingit in his,

H qui pp uehementẽ irã, uel cõcupiscentiam, furiosi, uel amẽtes fiunt, sicut & pp aliquã aliã pturbationẽ corporalẽ. Hmõi. n. passiones nõ sine corporali trãsmutatione accidũt: & de talibus eadẽ est ratio, sicut & de animalibus brutis, q̃ ex necessitate sequũtur impetũ passionis: in his. n. nõ est aliquis rõnis motus, & p cõsequens, nec uolũtatis. Aliquãdo aũt ratio nõ totaliter absorbet a passione, sed remanet quantũ ad aliquid iudiciũ rõnis liberũ, & ẽm hoc remanet aliqd de motu uoluntatis. Inquãtũ ergo ratio manet libera, & passioni nõ subiecta, intantũ uolũtatis motus, q̃ manet, nõ ex necessitate tẽdit ad hoc ad qđ passio inclinat: & sic aut motus uoluntatis nõ est in hoie, sed sola passio dñatur: aut si motus uolũtatis fit, nõ ex *necessitate sequit passionẽ. a concl. in D. 98.

Ad 1m ergo dicẽdũ, ꝙ etsi uolũtas ñ possit facere qn mot' ɔcupiscẽtiæ insurgat, de quo Apost. dicit Ro. 7. Qđ odi malũ, illud facio. i. ɔcupisco: tñ pt uolũtas ñ uelle ɔcupiscere, aut ɔcupiscẽtiæ ñ ɔsẽtire, & sic ñ ex necessitate sequit ɔcupiscẽtiæ motũ.

Ad 2m dicendũ, ꝙ cũ in hoie duæ sint naturæ, intellectualis. s. & sensitiua, qñdoq; qdem est homo aliqualis uniformiter ẽm totã aiam, quia. s. uel pars sensitiua totaliter subijcit rõni, sicut contingit in uirtuosis: uel ecõ uerso, rõ totaliter absorbet a passione, sicut accidit in amentib. Sed aliqñ etsi rõ obnubilet a passione, remanet tñ aliquid rõnis liberũ, & ẽm hoc potest aliquis uel totaliter passionem repellere: uel saltem se tenere, ne passionem sequat.

SVPER QVÆST. X. ART. III.

64 Porrecta per totum. Medina ar. 3.

Circa 3. a. doctrinã aduerte, ꝙ inde habes, quã liberum sit tam in delectabilibus, quàm in contrarijs scdm tactum, uelle & nolle. Passiones. n. huiusmodi aut totaliter absorbent rõnẽ, & sic nihil uolũtatis restat: aut aliquid eius relinquũt, & sic libertatis tantũdem dimittunt. Et quis sic pp dispositionẽ subiecti uoluntas maxime inclinetur ad actũ conformem appetitus sensitiuo: qa in libera restat, miraculo nõ est opus ad eliciendum hmõi actũ, ut Greg. de Arimino in 1. sent. d. st. 1. q. 2. ar. 2 putauit.

¶Circa illa uerba. s. Voluntas nõ solum mouetur a bona uniuersali apprehẽso p rõnem, sed a bono apprehenso p sensum, dicta in

*Tex. 58. tom. 2. ar. 3. eiusdem to. q. aduerte, quòd dupliciter intelligi possunt. Primo, ut bonum apprehensum, per sensũ & bonum apprehensum per rationẽ, sint duo motiua uoluntatis sic, ꝙ quandoque uoluntas ab uno, quandoque ab altero mo-

F uetur: & hic sensus repugnat supra dictis, & est falsus. Repugnat quidem, quia iam dictum, probatumque est, quòd nullum corporeum potest mouere directe uoluntatẽ. Falsus uero, est qa si sensus solus possit mouere uoluntatẽ sic, homo posset uelle, absq; rõnis usu, & consequenter posset peccare, & benefacere, quod non est intelligibile: implicat. n. esse actum liberi arbitrij absque rõnis usu. Secundo igitur intelligi possunt, ut bonũ apprehensum p sensum permittatur cõcurrere cũ apprehenso p rõnẽ in idẽ motiuum, ita ꝙ motiuum uoluntatis non solum est bonum uniuersale apprehensum per rõnem in sua puritate: sed ẽt cõiunctũ cum bono apprehẽso p sensum. Et hic est sensus uerus & intentus. Verus quidem quia sicut intellectus mouet a phãtasmate non scdm se, sed scdm quod stat sub lumine intellectus agentis, q est uerus eius motor: ita bonũ particulare apprehensum, non secundum se, sed secũdum quod substat uniuersali apprehẽso per rationem, quod est uerũ uolũtatis motiuum, mouet uoluntatem. Intentus autẽ, quia ex hoc intẽrumpẽ similitudo in argumẽto obiecta, inter uolũtatem, appetitumque sensitiuum, & rationem uniuersalem ac particularem. Nã uolũtas ab utroq; simul tamen mouetur, ac per hoc nõ indiget appetitu particulari. Ratio uero uniuersalis, inquantũ hmõi (sic. n. distinguit contra rationem particularẽ) nũquam particulare attingit: & ppea particulari eget rõne, ut ad particulare descẽdat.

*q. prę art. 2.

In tali enim dispōne, quia homo fm diuersas partes animæ diuersimode disponitur, aliud ei videtur secundum rationē, & aliud secundum passionem.

A Ad 3m dicēdū, φ uolūtas nō solū mouet a bono vlr apprehēso p rōnē: sed ēt a bono apprehēso p sensum. & iō pōt moueri ad aliqd particulare bonū absq; passione appetitus sensitiui. Multa .n. uolumus, & operamur absq; passione p solā appetitus electionē, ut patet in his, in quib. rō renitit passiōi.

ARTICVLVS IIII.

Vtrum uoluntas moueatur de necessitate ab exteriori motiuo, quod est Deus.

Medina artic. 4.

65 *Porrecta per totum.* AD QVARTVM sic proceditur. Videtur φ uoluntas ex necessitate moueatur a Deo. Omne. n. agens, cui resisti nō potest, ex h necessitate mouet: sed Deo, cum sit infinitæ uirtutis, resisti nō potest. vnde dicitur Rom. 9. Voluntati eius quis resistit? ergo Deus ex necessitate mouet uoluntatem.

Art huius qst. † c. 3. ante med. to. 6 ¶ 2 Præt. Voluntas ex necessitate mouetur in illa, q̄ naturaliter vult (vt dictū est*) sed hoc est unicuique rei naturale, quod Deus in eo h operatur, ut Aug. dicit 26.† contra Faustum. ergo uolūtas ex necessitate vult omne illud, ad quod a Deo mouetur.

¶ 3 Præt. Possibile est, quo posito non sequit impossibile. Sequitur aūt impossibile, si ponatur φ uolūtas non uelit hoc, ad quod Deus eam mouet, quia secundum hoc operatio Dei esset inefficax: h non ergo est possibile uoluntatem non uelle hoc, ad qd Deus eam mouet. ergo necesse est eam hoc uelle.

SED CONTRA est, qd dr Eccl. 15. Deus ab initio constituit hoiem, & reliquit eum in manu consilij sui. non ergo ex necessitate mouet uoluntatē eius.

nō procul a fi. RESPON. Dicendū, φ sicut Diony. dicit 4. c. de di. no.* Ad prouidentiā diuinā non ptinet naturā rerū corrūpere, sed seruare. vnde oīa mouet fm eorum cōdōnē, ita φ ex causis necessarijs per motionē diuinā sequunt effectus ex necessitate: ex causis autē contingentibus sequunt effectus cōtingēter. Quia igitur uoluntas est actiuū principium non determinatū ad unū, sed indifferenter se habens ad multa: sic Deus ipsam mouet, qd non ex necessitate ad unū determinat, sed remanet motus eius cōtingēs, & nō necessari*, nisi in his, ad q̄ naturaliter mouet.

AD PRIMVM ergo dicendum, φ uoluntas diuina non solū se extendit vt aliquid fiat per rem, quā mouet: sed ut ēt eo modo fiat, quo congruit naturæ ipsius. Et ideo magis repugnaret diuinæ motioni, si uolūtas ex necessitate moueret, qd suæ naturæ nō competit, q̄ si moueret libere, put competit suæ naturę.

AD 2m dicendū, φ naturale est unicuiq;, qd Deus operat in ipso, ut sit ei naturale. Sic. n. vnicuique cōuenit aliquid, fm qd Deus vult, φ ei conueniat: nō aūt vult, φ quicquid operatur in rebus, sit eis naturale, puta, φ mortui resurgant: sed hoc vult unicuiq; esse naturale, φ potestati diuinæ subdat.

AD 3m dicendū, φ si Deus mouet uoluntatē ad aliquid, impossibile est huic positioni, φ uoluntas ad illud non moueatur, non tamen est impossibile simpliciter: unde non sequitur, φ uoluntas a Deo ex necessitate moueatur.

QVAESTIO XI.

De fruitione, quæ est actus uoluntatis, in quatuor articulos diuisa.

DEINDE considerandum est de fruitione.

Et circa hoc quæruntur quatuor.

¶ Primo, Vtrum frui, sit actus appetitiuæ potentiæ.

¶ Secundo, Vtrum soli rationali creaturæ conueniat, an etiā animalibus brutis.

B ¶ Tertio, Vtrum fruitio sit tantum ultimi finis.

¶ Quarto, Vtrum sit solum finis habiti.

ARTICVLVS I.

Vtrū frui, sit actus appetitiuæ potētiæ.

AD PRIMVM sic procedit. Vr φ frui nō sit solū appetitiuæ potētiæ. Frui enī, nihil aliud esse vr, q̄ fructū h capere: sed fructū humanę uitæ, quæ est beatitudo, accipit intellectus, in cui*

C actu beatitudo cōsistit, ut supra ostensum est*. ergo frui nō ē appetitiuæ potētiæ, sed intellect*. *q. 3. ar. 8

¶ 2 Præt. Quælibet potētia hēt propriū h finē, qui est eius pfectio, sicut uisus finis est cognoscere visibile, audit* pcipere sonos, & sic de alijs: sed finis rei ē fructus eius. ergo frui ē potētiæ cuiuslibet, & nō solū appetitiuę.

¶ 3 Præt. Fruitio h delectationē q̄dā importat: sed delectatio

D sensibilis ptinet ad sensū, q delectat in suo obiecto, & eadē rōne delectatio itellectualis ad intellectum. ergo fruitio pertinet ad apprehensiuam potentiam, & non ad appetitiuam.

SED CONTRA est qd Augu. dicit 1. de doctr. Christiana*, & in 10. de Tri. Frui, ē amore inhęrere alicui reipp seipsā: sed amor ptinet ad appetitiuā potētiā. ergo & frui ē act* appetitiuę potētię. *cap 4. in prin. cap. 10. to. 10

E RESPON. Dicēdū, φ fruitio & fructus ad idē pertinere vr, & vnū ex altero deriuari. Quid autē a quo, nihil ad propositū refert, nisi φ hoc probabile vr, φ id, quod magis est manifestum, prius ēt fuerit noīatū. Sunt aūt nobis primo manifesta, q̄ sunt sensibilia magis: unde à sensibilib. fructibus nomē fruitionis deriuatū vr. Fructus aūt sensibilis est id, qd ultimum ex arbore expectatur, & cū quadā suauitate pcipit. Vnde fruitio pertinere videtur ad amorem, uel delectationem, quā aliquis hēt de ultimo expectato, qd est finis. Finis aūt, &

SVPER QVÆST. XI. ART. I.

S Bona. 1. d. q 1. ar. 2.
Scot. 1. d. q. 3.
Riccar. 1. d q. 1.
Duran. 1. d. q. 1.
Mairo. 1. d. q. 2.
Bacco. 1. d. q. 1.
Egi. 1. S. d. 1 q. 1 prsa. 3
Medina. ar. 1.

IN primo art. q. 11. aduerte, φ author in corpore artic. ex rōne fructus intulit solū, φ fruitio ad appetitiuā partē ptinet, nec determinauit an amorē, an delectationē significet: qm satis erat suæ qōni, φ ad appetitum spectaret. Aequiuocant tn̄ scito no a'ulum hoc apud Thomistas, & Scotistas. Nos. n fruitionis noie, significamus delectationē, formaliter loquendo, amorē aūt cōnotatiue & cāliter: illi uero significāt formaliter amorē amicitiæ. Vnde oportet, cū disputāt, se inuicē pdeclarare, ne de se inuicē rideāt, quolibet putāte alterū extra ppositū loq. Suadit aūt Scotus in 1. sent. dist. 1. q. 3. ex cōstructione. s. qa fruor construit cū ablatiuo significante obiectū ex ui tāsitionis. ergo significat actū, puta amorē, & nō passionē puta delectationē. Dr enim fruor deo, sicut amo deū. & non sicut delector de deo. Hæc, inquā, suasionis h hēt suasiōis, qm cōstructio hic trāsitiua, nō est nisi possessiue. grāmatice loquēdo. cōstruit. n. cū ablatiuo, uel genitiuo, ex eo φ est deponens possessiuū. vn̄ ex hoc nō hr, φ significet actū, sed stat φ significet passionē p modū possessionis: & vere sic est. Frui. n. importando delectationē, denotat rē, qua fruimur, a nobis possideri. Hæc aūt perspicuū magis erat a Grammaticis, & Oratoribus persuaderi quo l nos dicimus: nobis enim viendum

66 *Porrecta per totum.* Infra ar. 2. cor. Et 1. d. 1. qō. 1. ar. 2.

igit͂ id, in quo tendit appetitus naturalis est bonū existēs in re: ita id, in quod tendit appetitus aialis, uel uoluntarius, est bonū apprehensum. Adhoc igitur ꝙ uolūtas in aliquid tendat, nō requiritur ꝙ sit bonum in rei ueritate, sed ꝙ apprehendat͂ [d] in rōne boni. & pp hoc Philosophus dicit in 2.* Physic. ꝙ finis est bonum, uel apparens bonū.

G

AD PRIMVM ergo dicendū, ꝙ eadam potentia est oppositorum, sed non eodē modo se hēt ad utrunq;. Voluntas igit͂ se hēt & ad bonum, & ad malum: sed ad bonū appetēdo ipsum: ad malū uero, fugiēdo illud. Ipse ergo actualis appetitus boni uocatur uoluntas, ſm qd͂ nominat actū uoluntatis. sic.n.nunc loquimur de uolūtate. Fuga autē mali magis dicitur noluntas: vnde sicut uoluntas est boni, ita noluntas est mali.

AD 2m dicendum, ꝙ potentia rōnalis non se hēt ad quaslibet opposita ꝓsequēda, sed ad ea, q̄ sub suo obiecto conueniēti cōtinentur. Nā nulla potētia prosequit͂, nisi suum conueniēs obiectum: obiectum aūt uoluntatis est bonum. Vñ ad illa opposita prosequenda se hēt uolūtas quæ sub bono cōprehenduntur sicut moueri & quiscere, loqui & tacere, & alia hmōi: in vtrūq; enim horum fertur uolūtas sub ratione boni.

AD 3m dicendū, ꝙ illud qd͂ non est ens in rerum natura, accipitur ut ens in rōne. vñ negationes & priuationes, entia dicūtur rōnis, ꝑ quem ēt modum futura, prout apprehenduntur, sunt entia. Inquantum igit͂ sunt hmōi entia, apprehendunt͂ sub ratione boni, & sic uoluntas in ea tendit. Vnde philosophus dicit in 5.* Ethi. quòd carere malo habet rationem boni.

ARTICVLVS II.

Vtrum uoluntas sit tantum finis, an etiam eorum quæ sunt ad finem.

AD SECVNDVM sic proceditur. Vr͂ ꝙ uoluntas non sit eorū quæ sunt ad finem, sed tm̄ finis. Dicit.n. Philosophus in 3.* Eth. ꝙ [b] uoluntas est finis: electio autem eorum quæ sunt ad finem.

H ¶2 Præ. Ad ea quæ sunt [b] diuersa gñe diuersæ potentiæ aiæ ordinantur, ut dr͂ in 6.* Eth. sed finis, & ea q̄ sunt ad finem, sunt in diuerso gñe boni. Nam finis, qui est bonum honestum, uel delectabile, est in gñe qualitatis, uel actionis aut passionis: bonū aūt quod dr͂ vtile, quod est ad finē, est in ad aliquid, ut dr͂ in primo.* Ethi. ergo si uoluntas est finis, nō erit eorum q̄ sunt ad finem.

I ¶3 Pręt. [h] Habitus proportionātur potētijs, cum sint earum ꝑfectiones: sed in habitibus, qui dicunt͂ artes operatiuę ad aliud ptinet finis, & ad aliud quod est ad finē. sicut ad gubernatorē ptinet usus nauis, q est finis eius: ad nauifactiuā uero cōstructio nauis, quæ est pp finem ergo tū uoluntas sit finis. nō erit eorum quæ sunt ad finem.

K SED CONTRA est, q̄ in rebus naturalibus ꝑ eandem potentiā aliquid ꝑtrāsit media, & pertin-

---

respectu boni, &c. Secundo nota non minus in responsione ad tertium, ꝙ esse ens in rōne, contingit dupliciter. Primo ꝑ modū conditionis: secundo per modum obiecti. Accipit ut ens in ratione primo modo conuenit omni et quod intelligitur: qm̄ nihil actu intelligitur, nisi habeat hanc conditionem. s. ꝙ est in rōne seu in intellectu, quicquid sit illud esse. Accipi aūt ut ens in rōne secundo modo, cōuenit ei, quod sub aliqua entis ratione quasi uestitū consideratur: sicut cūm non admiscere se rumoribus, consideratur sub rōne securi: & nō comedere, sub rōne sani: & se non peccaturum, sub rōne sancti. In hac distinctione, hoc secundo modo sumitur esse ens in rōne: qm̄ ex eo ꝙ negationes, priuationes & futura considerant͂, sub aliqua entis & boni rōne appetuntur. Et ad hoc dicendū affert auctoritatē Aristo. ꝙ carere malo, sub boni rōne est. Notanter aūt de priuationibus, negationibus & futuris, hoc dictū est: qm̄ reliqua bona sub entis ratione sunt nō solū in rōne, sed in rerū natura, ac ꝑ hoc nō sunt hæc diminutiua denominatione rōnis entia. Ista uero, q̄ in rerum natura non hn̄t entitatem, sed in rōne tm̄, hn̄t etiā fundamentum in re aliquo modo: iō entia in rōne dicta sunt, & boni in eis rōnē sit saluari.

1010

* tex. 31. to. 2.

SVPER Q. VIII. ART. II.

Cap. 1. dist. 1. q. artic. 1. con. 2.

Medina ar. 2.

IN articulo secūdo eiusdē quæst. dubiū occurrit de titulo qd͂. s. significat in hoc titulo. ly, uoluntas. Si sumit͂ ꝑ ipsa potētia uolitiua, extra ꝓpositū est: ut patet & principio q̄ōnis ubi ꝓpositū est, ꝙ de actu uoluntatis q est uelle, tractandum est. Si sumitur pro uolitione, ut in solutione ad primū argumentū in primo art. declarat litera, obstant scd̄m argumentum & tertium, & argumentum in oppositū, & distinctio posita in principio corporis articuli huius. hæc.n. oīa de potentia qua uolumus. loquuntur. Si sumitur ut pro utraq; scilicet potētia & uolitione, obstat æquiuocatio: vnlūtas.n. æquiuocū est ad potētiā, & operationē. ¶Ad hoc dr͂, ꝙ præsens titulus, sicut, & præcedens, intelligitur de uoluntate pro uolitione: & ꝙ iam argumentum scd̄m q tertiū, arguit cōtra hunc sensum, sed ꝑ locū a fortiori. Si.n. finis, & ea q̄ sunt ad finē, exigunt diuersas potentias, sequitur ꝙ exigunt diuersos actus, ut patet. Rō aūt in oppositū, & distinctio in corpore articuli allatæ sunt, & pp materiam rōnabiliter. (ut dictum est) tactā in ꝑd. q̄ōis duobus argumentis: & pp perfectionē doctrinæ, & pp proximitatem inter primū simplicēq; uoluntatis actū, scilicet uelle, & potentiam uolitiuam: pp quod ēt nolle uocatur uoluntas, non æquiuoce, sed per prius, & posterius. Et hæc eadem propinquitas fuit ēt, iudicio meo, cā & secundi & tertij argumentorum. Consistit aūt cognitio hæc in cōione obiecti, ut in litera dicitur, & nunc nunc declarabitur.

¶In corpore articuli eiusdē dubium occurrit de assignata communione obiecti respectu potentiæ, & actus eius simplicis: q̄ scilicet est dr̄ia inter obiectum potentię, & scd̄m se obiectum potentiæ. Dr͂.n. in lra, ꝙ proprium obiectum simplicis actus potentiæ. est id qd͂ est scd̄m se obiectum potētiæ: aut.n. ly scd̄m se, distinguitur contra secundum accidēs. aut contra scd̄m aliud. Quocumq; autē modo sumatur, æquale, immo idē oīno erit proprium obiectum potētiæ & proprium obiectum simplicis actus, quod est contra literam nolentem potentiam extendere se ad proprium obiectū actus simplicis, & obiectum actus nō simplicis. Probatur seque la: quia tā obiectum per accidens, q̄ obiectum per aliud, extra formalē rōnē ꝑ se obiecti potentiæ est. ¶Ad hoc breuiter dr͂ ꝙ hic sumitur, scd̄m se, ut distinguitur cōtra ꝑ aliud, non quomodolibet, sed infra latitudinem perfectam: ita ꝙ scd̄m se sumitur pp se primū, & opponitur quod est ꝑ se secundo. Sicut dicimus, ꝙ habere tactū cōuenit aiali ꝑ se primo: homini uero per aliud, i. per se secundo, quia propter animal. Constat autem, ꝙ per se secundo, nō egreditur latitudinē per se adæquati obiecti. unde in proposito quia bonum in sua communitate est obiectum potentiæ uolitiuæ, & bonum est commune ad bonū per se primo, idest finem, puta honestum uel delectabile, & ad bonum per se secundo, idest, id quod est ad finem, puta utile obiectum simplicis actus huius potentię in fertur, ꝙ est secundum se obiectum idest, finis, qui solus amatur non propter aliud.

*c. 1. circa medium, to. 5.

54 *Porrecta per totum.* veri. q. 22 ar. 3. ad 9

*cap. 2. in medio, to. 5.

*c. 1. a medio, tom. 5.

* ca. 7. circa princ. to. 5.

¶Circa probationem exclusiuæ cōclusionis In corpore eiusdem articuli dubium, occurrit duplex. Primo, quia medium contrariatur cōnclusioni. Est.n. medium, Qd̄ ea quæ sunt ad finem, non sunt bona, uel uolita nisi pp finem. Ex hoc arguitur sic, Actus qui fertur in ea quæ sunt ad finem secundum omnem rōnem appetibilitatis eorum, non est negandus ferri in ea, quę sunt ad finem: sed uolitio est huiusmodi secundum literā. quia fertur in illa sub ratione finis: & illa non sunt appetibilia, nisi rōne finis. Secundū dubium est, quia si uolitio fertur in ea quæ sunt ad finem, inquantum, in eis finem uult, uolitio erit idem ꝙ electio: quoniam electio, non est eorum, quæ sunt ad finem, nisi

propter

git ad terminũ: sed ea quæ sunt ad finẽ, sunt quædam media per q̃ peruenitur ad finẽ, sicut ad terminũ. Ergo si uolũtas ẽ finis, ipsa ẽt est eorum q̃ sunt ad finem.

RESP. Dcđm, q̃ uoluntas qñq; dr̃ ipsa potentia, qua uolumus: qñq; aũt ipse uoluntatis actus. Si ergo loquamur de uoluntate ẽm qđ noiat potentiam, sic se extendit & ad finem, & ad ea q̃ sunt ad finem. Ad ea. n. se extẽdit vnaquæque potentia, in q̃b. inueniri põt quocunque mõ rõ sui obiecti: sicut visus se extẽdit ad oĩa, quæcunque participant quocunque mõ colorẽ. Rõ autẽ boni, qđ est obiectum potentiæ uolũtatis, inuenit nõ solũ in fine, sed ẽt in his q̃ sunt ad finem. Si ãt loquamur de uolũtate ẽm qđ noiat ꝓprie actum, sic ꝓprie loquendo est finis tm̃. Ois. n. actus denoiatus a potẽtia, noiat simplicẽ actũ illius potentiæ: sicut intelligere noiat simplicem actum intellectus. Simplex autẽ actus potẽtiæ est in id, quod est ẽm se obiectum potentiæ: id aũt qđ est pp se bonũ & uolitũ, est finis: vñ uoluntas ꝓprie est ipsi finis. Ea uero q̃ sunt ad finẽ, non sunt bona, vel volita pp seipsa, sed ex ordine ad finẽ: vñ uoluntas in ea non fert, nisi quatenus fert in finẽ. vñ hoc ipsum qđ in eis vult, est finis: sicut & intelligere proprie est eorum, q̃ ẽm se cognoscunt, s. principiorũ. Eorũ ãt q̃ cognoscunt p principia, nõ dr̃ ẽe intelligẽtia, nisi inquãtum in eis ipsa principia cõsiderantur. Sic. n. se hẽt finis in appetibilibus, sicut se hẽt principiũ i intelligibilibus, ut dr̃ in 7. Eth.

AD PRIMVM ergo dcđm, quòd Phil. loquitur de uoluntate, ẽm quod proprie noiat simplicem actum uoluntatis, non autẽ ẽm quod nominat potentiam.

AD 2m dcđm, q̃ ad ea q̃ sunt diuersa gñe ex æquo se hñtia, ordinatur diuersæ potentiæ: sicut sonus & color sunt diuersa genera sensibilium, ad q̃ ordinantur auditus & uisus. Sed utile, & honestũ nõ ex æquo se hñt, sed sicut qđ est ẽm se, & ẽm alterum: hmõi autem sp referuntur ad eandem potẽtiam, sicut p potẽtiam uisiuam sentitur & color, & lux, per quam color uidetur.

AD 3m dcđm, q̃ non qcqd diuersificat habitum, diuersificat potentiam. Habitus. n. sunt q̃dã determinationes potentiarũ ad aliquos spẽles actus: & tñ q̃libet ars operatiua cõsiderat, & finẽ, & id quod est ad finem. Nam ars gubernatoris considerat quidẽ finẽ, ut quem operat: id ãt quod est ad finem, ut quod imperat. Econtra uero, nauificatiua cõsiderat id quod ẽ ad finẽ, ut quod operatur: id uero quod est finis, ut ad quod ordinat id quod operatur. Et iterum in unaquaq; arte operatiua, est & aliq̃s finis p prius, & aliqđ quod est ad finẽ, quod proprie ad illam artẽ pertinet.

ARTICVLVS III.

Vtrum uoluntas eodem actu moueatur in finem, & in id quod est ad finem.

AD TERTIVM sic proceditur. Vr̃ q̃ eodem actu uoluntas ferat in finem, & in id quod est ad finẽ: quia ẽm Phil. vbi est vnũ propter alterum, ibi est unum tm̃: sed uoluntas non uult id qđ est ad finẽ, nisi pp finẽ. ergo eodem actu mouet in utrumque.

¶ 2 Præt. Finis est rõ uolendi ea q̃ sunt ad finẽ, sicut lumẽ est rõ uisionis colorũ: sed eodem actu vr̃ lumẽ, & color. ergo idem est motus uolũtatis, quo uult finẽ, & ea quæ sunt ad finem.

¶ 3 Præt. Idẽ numero mot' nãlis est, q p media tendit ad ultimũ: sed ea q̃ sunt ad finem cõparant ad finẽ, sicut media ad ultimum. ergo idem motus uolũtatis est, quo uoluntas fertur in finem, & in ea quæ sunt ad finẽ.

SED CONTRA. Actus diuersificã tur ẽm obiecta: sed diuersæ species boni sũt finis, & id qđ est ad finẽ, qđ dr̃ utile. ergo non eodem actu uoluntas fertur in utrunque.

RESP. Dcđm, q̃ cum finis sit ẽm se uolitus, id autẽ qđ est ad finẽ, inquantum hmõi, nõ sit uolitũ nisi pp finẽ, manifestũ est, q̃ uoluntas põt ferri in finẽ, tanqum hmõi, sine hoc, q̃ feratur in ea quæ sũt ad finem: sed in ea q̃ sunt ad finem, inquantum hmõi non potest ferri, nisi feratur in ipsum finem. Sic ergo uoluntas in ipsum finem dupliciter fertur. s. vno mõ absolute ẽm se: alio mõ, sicut in rõne uolẽdi ea, quæ sunt ad finem. Manifestum est ergo, q̃ unus & idem motus uoluntatis est, quo fertur in finem, ẽm quod est rõ uolendi ea, quæ sunt ad finem, & in ipsa quæ sunt ad finem. Sed alius actus est, quo fertur in ipsum finem absolute, & qñque præce-

pp finẽ. Infimus n. si eligit potionẽ amarã, nisi sub rõne sanitatis: eodem mõ uult eãdem, inquantum sanitatẽ sapit.
¶ Ad horũ euidentiã sciendum, q̃ sicut, q̃tum ad propositum spectat, principia duplicitet se hñt ad conclusionẽ. s. ẽm habitudinem signatam p ly pp, & signatam p ly in: nam pp principia sciuntur conclusiones in demonstratione, & in conclusionib. euidenter resolutis relucent, ac vbi principia, & primum quidẽ consistit in actu sciẽ, sm uero, in actu intellectus, qui est habitus principiorum: sic proportionabiliter finis duplicitet, s. sm prædictas duas habitudines se habet ad id, qđ est ad finem. Est. n. ꝓpter quem appetitur quod est ad finem, & appetitur in ipso quod est ad finem. Et primũ quidem, s. appetere quod est ad finem pp finẽ, ad electionem spectat sm uero, s. appetere in eo qđ est ad finem, ipsum finem, ad uolitionem pertinet. Vñ appetere medicinam pp sanitatẽ, electionis est: appetere aũt in oblata medicina sanitatem, simplicis uolũtatis est. Accidit aũt hic actus uolitionis, q̃ in eo qđ est ad finem, est tãquam desideratus finis offertur. Et ex hoc patet rñsio ad dubia. Nã ad primum dr̃, qđ recte negat a uolitione, q̃ sit circa ea q̃ sunt ad finem: quia non fert in ea eo mõ quo sunt ad finem, sed simpliciter, ut est dictum. Vñ propositio illa maior. Actus, qui fertur sm oẽm rõnẽ &c. eget additione. s. & eo modo, quo sunt appetibilia: & tũc falsa est minor. Ad sm uero iã inchoatiue patet responsio. Amplius autem patebit, cum de electione tractabitur.
SVP. QVÆST. VIII. ART. III.
Circa titulum tertii art. eiusdem 8. q̃õ. q. dubiũ occurrit, An s. tractat hic de ipsa uolitione, aut uniuersaliter de actu uoluntatis. Si de uoluntate sola, uana est q̃õ. Nam in præcedenti art. determinauit author, q̃ uolitio est finis tñ. Si

Concl. m
D. 6 15.
Concl. p
li. 2. Phy. tx. 29. Et 7. eth. c. 1. a med. & 2. & 5.

.n. uolitio nõ est eorũ q̃ sunt ad finẽ, frustra q̃ritur de ipsa, an sit vna, vel plures respũ eorum q̃ sunt ad finẽ, & in finem. Si de oĩ actu uoluntatis, extra limites propositi est, q̃a hoc de uolitione q̃õ est, & hoc quæsitũ articulus huius quæstionis esse debet.
¶ Ad hoc breuiter dr̃ dupliciter. Primo, q̃ uolitio & habet rõnẽ uolitionis, & habet rõnem motus uolũtatis in finem. Eiicit itaq̃ tum uolitio est, exclusa sit ab his q̃ sunt ad finem: inquantum tñ est motus uoluntatis in finem, non excluditur ab his q̃ sunt ad finẽ: & ppea quæsitum est hic, Vtrum motus uoluntatis in finem, & in id quod est ad finẽ, sit unus numero, vel non. Et licet eẽ motũ uoluntatis in finẽ, sit eõe uolitioni, & pluribus aliis actibus uolũtatis, quia tñ uolitio ẽ primus motus uoluntatis in finem, idcirco q̃õde eodẽ, uel diuersa tu motu uoluntatis in finem, ad q̃õnẽ de primo motu spectat. Secũd & quasi in idem redit) dr̃, q̃ quia præsens articulus non est de aliquo uno actu, sed de unitate uel pluralitate actuum respectu horum obiectorum, scilicet finis, & eius quod est ad finem, meritolocutus est in q̃õnẽ de primo actu, cuius proprium obiectum est finis, & potentiam primo ducit ad finem.
¶ Circa doctrinam huius tertii articuli, pro quanto dicitur, q̃ q̃ uoluntas mouetur in id quod est ad finem inquan-

Conf. q. 12. a. 4. cor. & 3. d. 14. ar. 2. q. 4. co. & veri. q. 2. a. 14. co. & ad 3.
lib. 3. topi. c. 2. pa tũ a prin. to. 1.
concl. m
concl. p

dit: pe. Sicut cum aliquis primo vult sanitatē, & postea deliberā: quo mō possit sanari, vult cō ducere medicum vt sanetur: sic ēt & circa intellectum accidit. Nam primo aliqs intelligit ipsa principia s̄m se: postmodū autē intelligit ea in ipsis conclusionibus, s̄m quod assentit conclusionibus propter principia.

AD PRIMVM ergo dcd̄m, q̃ rō illa procedit s̄m quod voluntas fertur in finem, vt est rō uolēdi ea quæ sunt ad finem.

AD 2m dcd̄m, q̃ qñcunque vī color, eodem actu vī * lumen: pōt tamen videri lumē sine hoc q̃ videatur color. Et similiter, quandocunque quis uult ea quę sunt ad finem, vult eodem actu H finem: non tamen econuerso.

AD 3m dicendum, q̃ in executione operis, ea q̃ sunt ad finem habēt se ut media: & finis, vt terminus. Vñ sicut motus nālis interdum sistit in medio, & nō ptingit ad terminum: ita qñq; operatur aliqs id, quod est ad finē, & tñ nō consequitur finē: sed in volēdo est ecōuerso: nam uoluntas per finem deuenit ad uolendum ea, quæ sunt ad finē: sicut & intellectus deuenit in conclusiones per principia, quæ media dñr. Vnde intellectus aliqñ intelligit medium, & ex eo non pcedit ad cōclusionem: & similiter G voluntas aliqñ uult finē, & tñ non pcedit ad uolēdū id, qđ est ad finem. Ad illud uero qđ in 3ᵐ obiicit, patet solutio p ea, quæ * supra dicta sunt. Nam utile & honestum, nō sunt species boni ex æquo diuisæ, sed se hñt sicut propter se: & propter alterū: unde actus uoluntatis in unū potest ferri sine hoc, q̃ ferat in alterum, sed non econuerso.

QVAEST. IX.

De motiuo volūtatis, in sex art. diuisa.

DEINDE considerandum est de motiuo uoluntatis.

Et circa hoc quæruntur sex.

¶Primo, Vtrum uolūtas moueatur ab intellectu.

Inquantum hmōi, mouetur: quoq; necessario eodē motu in F finē, occurrit dubium ex Greg. de Arimino in 1. sen. dist. 1. q. 2. art. 2. Ex triplici siquidem capite arguit, & dicit oppositū. Primo ex eo, q̃ uolitio finis, est cā uolitionis eius qđ est ad finem. Idem autem non est cā sui ipsius. Et confirmatur: quia nam uolo q̃ uolo medicinam pp sanitatē, designatq; uolo medicinam pp uolitā sanitatē. Et confirmatur: qa sicut conclusio nota est pp principia, ita id q̃ est ad finem, est uolitum pp finem: sed ibi notitia est cā notitiæ, ut patet 1. Poster. ergo hæc uolitio sit a uolitione. Scdo, ducendo ad inconueniens: quia sequeretur, q̃ appetens pp finem, sp actu appeteret finem, qđ patet esse falsum, tū qa sunt multi fines subordinati, de quib. actualiter appetēs non cogitat: tum, qñ actualis de fine cogitatio D.745 desinit, ut in orante deū in principio in ipsum moto, deinde cōtinuāte orōnē absq; actuali cogitatione de Deo. Tertio, ducēdo quoq; ad incōueniēs, quia sequeret, q̃ idem actus uoluntatis esset simul uolitio, & nolitio, vt patet cum quis odit pctm̄ pp deū. Si eñ est unus actus, erit simul uelle deum ut finē, & nolle peccatum, ut repugnans fini.

¶Ad horū euidētiam, scito primo, q̃ finis, & id qđ est ad finē, & similiter cōclusio, & principiū, dupliciter accipi pñt. Primo s̄m se, & sic nō sunt ad phs ppositum: nihil eñ refert ad ppositum, an inter se hæc se habeāt ut cā & causatū, an econuerso. Alio ergo mō sumunt ut uolita, uel cognita a nobis. Et sic de eis est phs sermo: & uertit in dubiū, an cū uolitū est aliqd pp aliud ut finem, eadem numero nolitio sit circa utrumq;, an sint duæ simul uolitiones, quarū una est cā alterius. Et simile est cū cognoscit cōclusio pp principia, an. s. sint duæ cognitiones quarum una est cā alterius, an una circa utrāq;. Scito scdo, q̃ in dictū de hac qōne, oīno contrarium pfert ab his, q hæc considerant per modum rerum nāliũ, aliis censentibus eē oīno unū motum, aliis oīno distinctos. Qui. n. examināt rem hanc per modum nālis motus, & uidens q̃ motus uoluntatis in eo q̃ est ad finem, ut sic, habet p uno, & eodem termino utrunq; diuersimode, qa id qđ est ad finem ut mãle, & finem ut formale, iudicant cōsequenter, q̃ hic motus est oīno unus, sicut uisus coloris & luminis: & simile est in conclusione, & principio. Qui uero rē hāc per modum nāliũ causarum examinant, & uident q̃ cōclusio K non aliter cognoscitur pp principium, nisi quia cognoscitur p principium cognitū. Oīs. n. doctriua & disciplina, ex præexistēti sit cognitione: & similiter q̃ id, qđ est ad finem, nō amatur aliter pp finem, nisi qa amatur pp finem uolitum. cōcludunt, attenta distinctione causæ, & causati, oīmodā eorū distinctionē. D. autē Th. media uia incessit, & posuit motum uoluntatis in eo, qđ est ad finem pp finem, esse unum quidem numero, pluralitatē uero formalē in eo. vidit. n. q̃ aīa nostra tripliciter se hēt ad obiecta. s. habitualiter, actualiter, & uirtualiter. Et q̃ inter motū uoluntatis in aliqd habitualiter & actualiter, medius est motus uolūtatis in illud uirtualiter: & simile est in intellectu. Cum. n. habēs charitatem, peccat uenialiter, habitualiter quidem diligit deū, sed non actualiter, ut patet, nec uirtualiter: quia pctm̄ nō est dirigibile in deum. Cum aūt hñs charitatem, ambulat, uel pdicat, & qcqd aliud non malefacit, quāuis de deo non cogitet actualiter, actus tñ ille non solum talis uirtutis est, sed charitatis. & uoluntas tunc uirtualiter fertur in deum, & non solum habitualiter, qđ cōuenit dormiēti, & peccanti uenialiter. Et sic unico actu numero uolūtas fertur pp finē, & in ipsum finē: & sic saluatur idētitas numeralis motus, & distinctio cārū quodāmō, dū unus est actus numerositate subiecti, & plures numerositate formæ. Et ex his faciliter dr̄ ad obiecta. Ad primū qdē dr̄, q̃ finis, & id qđ est ad finē, ut uolita, dupliciter se habēt. Primo formaliter, & seorsum s̄m se: & sic diuersis uolitionib. amātur, & una est cā alterius. Scdo, ut unū uirtualiter clausum in alio: & sic unica uolitione subiecto amant & eodem mōdl ad cōfirmationes. Est. n. hoc volitum pp illud uolitum, virtualiter participatum in hoc. Et cōclusio nota pp principia uirtualiter participata in cōclusione. Sic. n. ad minus occurrūt nt sō uidēdi cōclusionē, & similiter ut tō amādi q est ad finem. Dico āt ad minus, qa nihil phibet ēt actualiter unico actu tēdere in eleemosynā pp deū in illā ut mām, in hoc ut formā: sicut unica visio corporalis tēdit in colorem & lumen. Ea namq; quę sunt ad finem, comparātur ad finem, ut mā ad formā, ut patet ex supradictis in q. 5. Et scito, q̃ in hmōi, quæ unico actu ad utrunque terminātur, ly p, nō dicit causam uolitionis, sed uoliti: dicit eñ causam, quare illud māle terminat actū volēdi, & nō dicit aliā uo- *a. 2. ad 2

I litionē causantem istam, nisi uirtualiter. & simile est in intellectu. Ad s̄m quoque patet, quid dicendum, q̃. s. sp appetēs qđ est ad finem, appetit finem non habitualiter, sed actualiter, ut extēdit se ad actualiter & uirtualiter. Est. n. uirtualiter, uel aliquo infra latitudinē actualis usus: alioquin nunq̃ impleret illud præceptum. Oīa in gloriam dei facite &c. Facere. n. actualiter, operari importat. Ad tertium dr̄, q̃ nolle in hoc differt a non uelle, q̃ hoc est negatio actus, illud uero est actus negatiuus. i. velle non. Oīs aūt actus negatiuus appetitus claudit in se uirtualiter, seu participatiue, actum positiuum sui principium & radicem. Odium. n. fuga, & tristitia, amorem claudūt in sa oppositorum, ut de se patet. Vnde nullum inconueniens est, unum actum numero, numerositate subiecti, esse uelle, & nolle, respectu diuersorū. Odiū enim peccati propter deum, est & actus charitatis respectu dei, & refutationis respectu peccati. At si quis dixerit, q̃ aduersarij hæc omnia concederent: sed ipsi impugnant quoad actualē uolitionem utriusque &c. dicitur eis, quòd discant scribere, cū im- K pugnant opiniones, & cognoscant se errare: quia non distinxerunt nisi actualiter & habitualiter, omittentes uirtualiter, & nō uidentes, quod actu fertur in aliquid, qui actum facit uirtualiter in illud. Et hæc sint hic dicta pro luce motus uoluntatis in eo, quod ad finem propter finem: quamuis magis forte spectent ad q. 12. ar. 4. ubi de intentione disputabitur.

SVPER QVÆST. IX.

Circa titulum nonæ qōnis, aduerte Nouitie, quòd quia idem est actus potentiæ, & id in quod potentia reducitur a suo motiuo, cum mouere nihil aliud sit, quàm reducere de potētia ad actum: ideo ad præsentem tractatum de actibus uoluntatis, spectat disserere de motiuo uoluntatis, i. potentiæ uolitiuæ: hoc enim nihil aliud est, quàm disserere de causa actus ipsius uoluntatis. Rursus, quia nunc tractatur de primo actu uoluntatis, s. de uolitione: ideo nunc inuestiganda est causa actuum uoluntatis, quod sit quærendo, a quo potentia uolitiua moueatur, i. reducatur ad actum.

SVPER QVAEST. IX. ART. I.

Cap. 2 d. 25 q. 1. con. 1 & d. 24 q. 1, con. 4 — Medina a. 1.

RESP. Dicendũ, ꝙ aliquid ꝯtingit esse in tpe dupliciter, uno mõ scđm se: alio mõ ꝑ aliud, & quasi per accidens. Quia. n. tp̃s est numerus successiuorũ, illa scđm se dñr esse in tpe, de quorũ rõne est successio, uel aliquid ad successionẽ pertinẽs: sicut motus, quies, locutio, & alia hmõi: scđm aliud uero, & non per se dñr esse in tpe illa, de quorum rõne nõ est aliqua successio, sed tñ alicui successiuo subiacent: sicut esse hoiem, de cui rõne nõ habet successionem: non. n. est motus, sed terminus motus, uel mutationis, scilicet generationis ipsius: sed quia humanũ esse, subiacet causis transmutabilibus, scđm hoc, hoiem esse, est in tpe. Sic igitur dicẽdũ est, qđ ᵐ delectatio scđm se quidẽ non est in tpe ᵃ. Est. n. delectatio in bono iã adepto, quod est quasi terminus motus: sed si illud bonũ adeptũ transmutationi subiacet, erit delectatio per accidens in tpe: si autem sit omnino intransmutabile, delectatio non erit in tempore nec per se, nec per accidens. *Concl.* m

AD PRIMVM ergo dicendum, ꝙ sicut dr̃ in 3. de Anima †, Motus dupliciter dicitur. Vno mõ, qui est actus imperfecti, scilicet existentis in potentia, inquantum hmõi: & talis motus est successiuus, & in tempore. Alius autem motus est actus perfecti. i. existẽtis in actu, sicut intelligere, sentire, & uelle, & huiusmodi, & etiam delectari: & huiusmodi motus non est successiuus, nec per se in tempore.

† lib. 3. de ani. text. 28. to. 2.

AD 2ᵐ dicendum, ꝙ delectatio dicitur morosa, uel diuturna secũdum quod per accidẽs est in tpe.

AD 3ᵐ dicendũ, ꝙ aliæ passiones non hẽnt pro obiecto bonum adeptũ, sicut delectatio: unde plus habent de rõne motus imperfecti, q̃ delectatio: & per ꝯñs magis delectationi cõuenit nõ esse in tpe.

ARTICVLVS III.

Vtrum delectatio differat a gaudio.

Medina art. 3.

175 *Porrecta per totum. Inf. q. 45. ar. 2. & 7. cor. & q. 41. art. 2. cor. Et di. 17 o ar. 2. ac. Et 4. d. q. 3. at q. 1. a*

AD TERTIVM sic proceditur. Videt̃ ꝙ gaudium sit oĩno idem quod delectatio. Passiones enim animæ differunt scđm obiecta: sed idem est obiectũ gaudij, & delectationis, scilicet bonũ adeptũ. ergo gaudium est omnino idem quod delectatio.

¶ 2 Pr̃t. Vnus motus non terminatur ad duos terminos: sed ʰ idem est motus qui terminatur ad gaudium, & delectationem, scilicet concupiscentia. ergo delectatio, & gaudium sunt omnino idem.

¶ 3 Pr̃t. Si gaudium est aliud à delectatione, uidetur ꝙ pari ratione, & lętitia, & exultatio, & iucunditas significent aliquid aliud à delectatione, & sic erunt omnes diuersę passiones, quod uidetur esse falsum. non ergo gaudium differt à delectatione.

SED CONTRA est, quod in brutis animalibus nõ dicimus gaudium, sed in eis dicimus delectationẽ. non ergo est idem gaudium, & delectatio.

RESPON. Dicendum, ꝙ gaudium, vt Auicenna dicit in lib. suo de Anima, est quædam species delectationis. Est. n. considerandum, quod sicut sunt q̃dam concupiscentiæ naturales, quædam autẽ non naturales, sed consequuntur rõnem, ut supra dictũ est: † ita ẽt delectationum quædã sunt naturales, & † q. 1 ar. 3.

quædam

quædã non naturales, quę sunt cum rõne. Vel sicut Damas. * & Greg. Nysse. † dicunt, Quędam sunt corporales, quędam aiales, qđ in idẽ redit. Delectamur eñ, & in his, quę naturaliter cõcupiscimus ea adipiscentes, & in his, q̃ concupiscimus ſm rõnẽ: B sed nomen gaudij nõ hẽt locũ, nisi in delectatione, quę consequit̃ rõnem: unde gaudium non attribuimus brutis aialibus, sed solũ nomen delectationis. Omne aũt, quod cõcupiscimus ſm naturam, possumus ẽt cum delectatione rõnis concupiscere, sed non econuerso: unde de omnibus, de quibus est delectatio, põt esse gaudium in habentibus rõnem, quamuis non semper de oĩbus sit gaudium. Qñq; enim C aliquis sentit aliquã delectationẽ scđm corpus, de qua rñ non gaudet secundũ rõnem. & secundum hoc patet, ꝙ [m] delectatio est in his, plus quàm gaudium. [n]

Ad primum ergo dicendũ, ꝙ cũ obiectũ appetitus aialis sit bonũ apprehensum, diuersitas apprehensionis pertinet quodãmodo ad diuersitatẽ obiecti: & sic delectationes aiales, q̃ dñr ẽt gaudia, distinguunt à delecta- D tionibus corporalibus, q̃ dñr solum delectationes, sicut, & de concupiscẽtijs supra dictũ est. *

Ad 2m dicendũ, ꝙ similis dña inuenitur ẽt in cõcupiscentijs: ita quod delectatio rñdeat concupiscentiæ, & gaudium rñdeat desiderio, quod magis vr̃ pertinere ad concupiscentiã aialem, & sic secundum differentiã motus, est etiam differentia quietis.

Ad 3m dicendum, ꝙ alia no- E mina ad delectationẽ pertinentia, sunt imposita ab effectibus delectationis, nã lætitia imponitur à dilatione cordis, ac si diceret, latitia, exultatio uero dr̃ ab exterioribus signis delectationis interioris, quę apparent exterius, inquantum. s. interius gaudiũ prosilit ad exteriora. Iucunditas uero dr̃ à quibusdã specialibus lætitię signis, uel effectibus: & tñ oia ista noia vĩr ꝑtinere ad gaudiũ. non enim vtimur eis nisi in naturis rõnalib⁹.

ARTICVLVS IIII.
Vtrum delectatio sit in appetitu intellectiuo.

AD QVARTVM sic proceditur. Videtur ꝙ delectatio non sit in appetitu intellectiuo. Dicit enim Philosophus in 1. Rhet. * ꝙ [h] delectatio est motus quidam [h] sensibilis, qui non est in parte intellectiua. ergo delectatio nõ est in parte intellectiua.

¶ 2 Præt. [h] Delectatio est passio quędã: sed oĩs passio est in appetitu sensitiuo. ergo delectatio nõ est nisi in appetitu sensitiuo.

¶ 3 Præt. [h] Delectatio est communis nobis, & brutis ergo nõ est nisi in parte, quę nobis, & brutis communis est.

SED CONTRA est, quod in Ps. 36. dr̃, Delectare in Domino: sed ad Deum non potest extendi appetitus sensitiuus: sed solũ intellectiuus. ergo delectatio põt esse in appetitu itellectiuo.

RESPON. Dicẽdum, ꝙ sicut dictum est *, delectatio quædã sequitur apprehensionem rõnis. Ad apprehensionem aũt rõnis non solũ cõmouetur appetitus sensitiuus per applicationem ad aliquid particulare, sed ẽt appetitus intellectiuus, qui dr̃ uoluntas. & ſm hoc, [m] in appetitu intellectiuo, siue in uoluntate, est delectatio, [n] quæ dr̃ gaudiũ, nõ aũt delectatio corporalis. Hoc tñ interest inter delectationem utriusq; appetitus, ꝙ delectatio appetitus sensibilis est cũ aliqua transmutatione corporali: delectatio aũt appetitus intellectiui nihil aliud est, q̃ simplex motus volũtatis. & ſm hoc Ang. dicit i

*Lib. 2. de orth. fide. c. 13 & 22. in princ. †Lib. 4. ca. 10. & 12. i fine.

*q. prece. ar. 3. ad 2.

*inf. q. 2. 3. ar. 1. cor. Et. 1. dist. 45. ar. cor. Et. 4. di. 49 q. 3. ar. 1. q. 1. & 2. *L. 1. rheto. cap. 10. in fi.

*ar. prec.

SVPER QVAEST. XXXI. ART. IIII.

Medma. ar. 4.

CIrca dicta in 4. artic. Scotica subtilitas discutienda occurrit: ipse nanq;, ut superius allegatum est, ponit in uoluntate non solũ operationes, sed passiones, illas liberas, illas naturales: illas à uoluntate in uolũtate, illas in uolũtate ab obiecto unde in 3. senten. dist. 15. ex proposito probate nititur tristitiã in uolũtate nõ esse operationẽ eius, sed passionẽ quadrupliciter. primo, qa si esset operatio, aut esset uelle, aut nolle: sed nõ ẽ uelle, ut patet, nec nolle, ut probatur: qa deus, & beati possunt nolle, & tamẽ non possunt tristari. Secundo, qa summe uolẽte Sorte aliquid euenire, si illud eueniat, tristabit: & tamẽ in eo nõ fiet aliqua operatio simpliciter, nec secundũ aliquẽ gradũ, qa iam ponit qđ summe nouit. Tertio, qa operatio est immediate in potestate uoluntatis, ut patet de uelle, & nolle. Tristari autem nõ est in potestate uolũtatis, cum nolitum aduenit. Quarto, qa operatio est, & à uolũtate, & in uolũtate: tristitia aũt est qđẽ in uolũtate, sed nõ a uolũtate: est. n. de his, q̃ nobis nolentib. accidũt.

Cont l. m.

¶ Ad euidentiam huius difficultatis more hoc i tractatu, scilicet de delectatione, quia oppositorum eadem est disciplina, nec inferius specialiter quęretur de tristitia, an sit in uolũtate: scito, ꝙ si solæ delectationes, & tristitiæ essent passiones, cum ipsæ consequantur alios motus appetitus, amatum, & odiũ formaliter, uel uirtualiter (nihil. n. delectat nisi amatum & nihil cõtristat nisi odio habitum, seu nolitum) dicendum uideretur, ꝙ passiones differunt ab operationibus in uoluntate: quia illæ immediatę sunt illi, hæ autẽ mediãtibus illis: sed qm̃, ut ex dictis patet, amor est prima passio, quæ tamen in uoluntate manifeste est operatio: ideo nõ potest talis conditio uniuersaliter assignari passionibus translatis in uoluntatem. Propter ꝙ ad tales passiones descẽdendo, dico quatuor. Primo ꝙ tam delectatio quàm tristitia est à uolũtate, & in uolũtate, ꝓbatur. Omnis motus uolũtatis est à duobus motoribus, altero quo ad specificationẽ, altero quo ad exercitiũ: & motor quo ad primũ est obiectũ, quo ad secũ- F dũ uero est triplex, scilicet deus, natura, & libertas, ut ex supra dictis patet: & quocunq; horum causante, uoluntas ipsa causat ut ex supradictis patet. Igitur omnis motus uoluntatis causatur a uoluntate quo ad exercitium actus, ab obiecto autem quo ad specificam determinationem. Delectatio igitur, & tristitia, cũ sint animi motus secũdũ appetitũ intellectiuũ ut modo loquimur, a uolũtate sunt, & in uoluntate, quia immanentes actus sunt. Secũdo ꝙ delectatio, proprie loquẽdo non est uelle, nec tristitia nolle, probatur: qa superius fruitio actus specie distinctus ẽ cõtra uelle, & intẽdere: constat autem, quòd delectatio in uolũtate aut ẽ fruitio, aut eius species. Et pari ratione tristitia, ut ibi inuenitur, distinguẽda uidet̃ à nolle & hoc loquendo proprie de uelle, & nolle. Et si large uocabulo per uelle, omnis acceptatio uoluntatis, & per nolle omnis refutatio significetur, ut Augustini authoritas in litera allata sonat, dicens ꝙ lætitia est uoluntas: sic delectatio est uelle, & tristitia nolle. Tertio ꝙ tã delectatio, quàm tristitia est à uoluntate ut natura, seu naturaliter declarat̃ ex ante dictis: & quòd aliqua operatio est à uoluntate naturaliter, & quòd fruitio dei clare uisi est naturalis. & probatur: quia non in potestate nostra esse uidet̃ tristari, uel delectari, apprehensis delectabilibus, & tristabilibus ipsũ uolũtati. i. uolitis, aut nolitis à nobis. Quarto, quòd delectatio, & tristitia habẽt magis rationem passionis in uoluntate, quàm amor, & odium: pro quanto illæ sunt uniuersaliter à uoluntate ut natura, hęc non. Et ideo uoluntas ad hoc se habet magis actiue, quàm ad illas immediate: quoniã ad hoc cũ dominio, ad illas non. Et propterea putatę sunt uerę passiones. i. causatę solũmodo ab obiectis immediate, cum tamen sint operationes naturales ipsius uolũtatis, cõsequentes ab ipsa, & in ipsa ex obiectis apprehẽsis, & uolitis, aut nolitis formaliter, uel uirtualiter. Et qm̃ hoc mediũ est inter esse oĩo passiones, ut Scot. posuit, & esse oĩno operationes uoluntatis: ideo obiecta utramque ueritatem participant, soluẽda tamẽ simpliciter sunt, & dicendũ ad primũ, ꝙ tristitia, proprie loquendo, nec est uelle, nec nolle,

Porrecta per totum.

concl. m.

sed

*c.6. & 8. circa pri. 10.5. sed operatio cõtraria fruitioni, cõiter tñ loquendo, est nolle: nõ tñ sequitur, ergo põt esse in deo, uel beatis: quia nõ ẽ omne nolle. non. n. se habet cõuertibiliter, sed sicut animal, & homo.

¶Ad secundũ, ꝙ sum me nolente Sorte aliquid euenire, & tñ eueniente tristabitur, resultante ex euẽtu apprehenso in uolũtate nouo motu tristitiæ, nec inconuenit cõcedo eũ illis in abusione uocabulorum, ꝙ cũ summa nolitione obiecti absolute, uel futuri, adueniat alia nolitio eiusdẽ iã præsentis: sic. n. causat tristitiam. Aliter. n. mouet præsens, & aliter absẽs obiectum, ut dictum est:

¶Ad tertium negatur ꝙ oĩs operatio sit immediate in potestate uoluntatis: imo aliquã nunꝗ, ut prima: aliqua mediate, ut delectatio, mediante. s. apprehensione, uel amore obiecti.

*li.7. eth. c.vl. circa finẽ. to.5.

†c vl. non remote a fine.

¶Ad quartum, dr, ꝙ cum hoc, ꝙ tristitia est de his, quæ nobis nolentib. accidũt, stat ꝙ sit à uoluntate ut natura immediate.

SVP. QVÆS. XXXI. ART. V.

*c. ul. non procul a fine.

Medina. ar. 5.

IN articulo quinto nota illa uerba, Vnde, & delectationes sensibiles nõ sunt totæ simul. Ex hoc. n. patet, ꝙ cũ de rõne delectationis dr, ꝙ est tota simul, intelligit de ea per se: licet per accidens cõtingat oppositũ. Cõiũctio. n. in qua delectatio cõsistit, nõ est successiua nisi rõne motus adiũcti, ut hic dr: & ex hoc ipso deficit à perfectione delectationis illa, quæ hoc accidẽs habet annexum, ex quo nõ est tota simul. Delectatio igitur secundũ se est tota simul, & absque tpe, ut in articulo secũdo discussum est: per accidens aũt aliqua est non tota simul, & in tempore.

177 *Ferrolla per totum.*

*Inf. q. 38 art. 4. cor. Et 4. d. 49. q. 3. art. 5. q. 5. Et 1. Eth. le. 13. coit. Et 12 Met. le. 6.

4. de ciuit. Dei, ꝙ cupiditas, & lætitia nihil est aliud, quàm uoluntas in eorum consecutione, quę volumus. A

Ad primum ergo dicendũ, ꝙ in illa diffinitione Philosophi, sensibile ponit̃ cõiter pro quacunque apprehensione. Dicit. n. Philosophus in 10. Eth.* ꝙ ſm omnem sensum est delectatio, similiter autem, & secundũ intellectum, & speculationem: uel potest dici, ꝙ ipse diffinit delectationem appetitus sensitiui. B

Ad 2m dicendũ est, ꝙ delectatio habet rõnem passionis, proprie loquendo, inquantum ẽ cũ aliqua transmutatione corporali: & sic non est in appetitu intellectiuo, sed ſm simplicem motum. sic enim etiam est in Deo, & in angelis: vnde dicit Philosophus in 7. Eth. * quòd Deus una simplici operatione gaudet. Et Dio. dicit in fin. cæle. Hierar.† ꝙ angeli nõ sunt susceptibiles nostræ passibilis delectationis, sed congaudent Deo secundum incorruptionis lætitiam. C

Ad 3m dicendũ ꝙ in nobis non solũ est delectatio, in qua cõicamus cum brutis: sed etiam in qua cõicamus cum angelis. vnde ibidem Dionys. dicit, * ꝙ sancti homines multotiens fiũt in participatione delectationũ angelicarum: & ita in nobis est delectatio non solum in appetitu sensitiuo, in quo communicamus cum brutis, sed etiam in appetitu intellectiuo, in quo cõmunicamus cum angelis. D

ARTICVLVS V.

Vtrum delectationes corporales, & sensibiles sint maiores delectationibus spiritualibus, & intelligibilibus.

AD QVINTVM sic procedit. Videtur ꝙ delectationes corporales, & sensibiles sint maiores delectationibus spiritualibus intelligibilibus.h Oẽs enim aliquam delectationem sequuntur, secundũ Philosophũ in 10. Eth.* sed plures sequuntur delectationes sensibiles, quàm delectationes spirituales intelligibiles. ergo delectationes corporales sunt h maiores. E

*c. 2. Et 3. to. 5.

2 ¶Pręt. Magnitudo cãę ex effectu cognoscit̃: sed delectatiões h corporales habẽt fortiores effect⁹. trãsmutãt. n. corpus, & quibusdã insanias faciũt, ut dr in 7. Ethi.* ergo delectatiões corporales sũt fortiores *c. ps circa me. t. 5.

3 ¶Pręt. Delectatiões corporales oportet temperare, & refrænare propter earum h vehementiam: sed delectationes spirituales non oportet refrænare. ergo delectationes corporales sunt maiores.

Sed contra est, qđ dr̃ in Psal. 118. Quàm dulcia faucib. meis eloquia tua super meli ori meo. Et Philosophus dicit in 10. Ethi.* ꝙ maxima delectatio est, quæ est secundum operationem sapientiæ. *c. 7. & 8. to 5.

Respon. Dicendũ, ꝙ sicut iã dictũ est,* Delectatio ꝓuenit ex cõiunctione ꝯuenientis, cũ sentit̃, & cognoscit̃. In operib. aũt aiæ, ꝓcipue sensitiuę, & itellectiuę, est hoc cõsiderandũ, ꝙ cũ nõ transeant in materiã exteriorẽ, sunt actus, uel ꝑfectiones d operantis, scilicet intelligere, sentire, uelle, & huiusmodi: nam actiones, q̃ transeunt in exteriorẽ materiã, magis sunt actiones, & ꝑfectiones materię trãsmutatæ: Motus enim est actus mobilis à mouente. Sic igitur ꝑdictæ actiones aiæ sẽsitiuæ, & intellectiuę, & ipsæ sunt quoddam bonũ operantis, & sunt ẽt cognitæ ꝑ sensum, uel intellectum: unde ẽt ex ipsis consurgit delectatio, & non solum ex eorũ obiectis. Si m igitur cõparẽt delectationes intelligibiles delectationib. sensibilibus, ſm qđ delectamur in ipsis actionib. (puta, in cognitione sensus, & in cognitione intellectus) non est dubiũ, ꝙ multo sunt maiores delectatiões intelligibiles, quàm sensibiles.* Multo. n. magis delectatur hõ de hoc, ꝙ cognoscit aliquid intelligẽdo, quàm de hoc, quòd cognoscit aliquid sentiendo: quia intellectualis cognitio & ꝑfectior est, & ẽt magis cognoscitur, quia intellectus magis reflectitur supra actũ suũ, quàm sensus. Est ẽt cognitio intellectiua magis dilecta: nullus. n. est q nõ uellet magis carere uisu corporali, quàm uisu intellectuali, eo mõ quo bestiæ, uel stulti carẽt sicut Aug. dicit in lib. de ciuit. Dei.* Sed si r comparẽtur delectationes intelligibiles spũales delectationibus sensibilibus corporalibus, sic ſm se, & simpliciter loquẽdo, delectationes spũales sunt maiores: & hoc apparet ſm tria, q̃ requirunt̃ ad delectationem, s. bonum coniunctum, & id, cui cõiungit̃, & ipsa coniunctio. Nã ipsum bonũ spirituale, & est maius, q̃ corporale bonũ, & est magis dilectũ: cuius signũ est, ꝙ hoĩes ẽt à maximis corporalib. uoluptatibus abstinent, ut non ꝑdant honorẽ, qui est bonum intelligibile: similiter ẽt ipsa pars intellectiua est multo nobilior, & magis cognoscitiua, quã pars sensitiua. Coniunctio ẽt utriusque est magis intima, & magis ꝑfecta, & magis firma. Intimior quidẽ est, quia sensus sistit circa exteriora accidẽtia rei: intellectus uero penetrat usq; ad rei essentiam. Obiectũ enim intellectus est quod qđ est ꝑfectior aũt est, qa coniunctioni sensibilis ad sensum adiũgitur motus, q est actus imperfectus: unde, & delectationes sensibiles nõ sunt totę simul, sed in eis aliquid ꝑtransit, & aliqd expectat̃ cõsummandũ, ut patet in delectatione ciborũ, & uenereorũ: sed intelligibilia sunt absque motu, unã delectationes tales sunt totæ simul, est ẽt infirmior, qa delectabilia corporalia sũt corruptibilia, & citò deficiũt: bona uero spũalia sunt incorruptibilia: sed quo ad nos, dele-

concl. no (beside "Si m igitur cõparẽt delectationes intelligibiles")

D. 1122. (beside "materiã exteriorẽ … operantis")

*li. 14. de tri. ca. 14. post mediũ, to. 5. concl. p (beside "Sed si r comparẽtur")

concl. s (beside "sed quo ad nos")

delectatiões corporales sunt magis vehemẽtes ꝑ ꝑtria. Primo, q̃a sẽsibilia sũt magis nota quo ad nos, quàm intelligibilia. Scd̃o ẽt, q̃a delectationes sẽsibiles, cũ sint passiones sensitiui appetitus, sunt cũ aliqua transmutatione corporali, qđ nõ cõtingit ĩ delectationib. spũalibus, nisi ꝑ quandã redũdantiã à superiori appetitu ĩ inferiorẽ. Tertio, q̃a delectationes corporales appetunt̃ ut medicinæ q̃dã ꝯ corporales defectus, vel molestias, ex quib. tristitię q̃dã cõsequũt: vñ delectationes corporales, tristitijs hmõi superuenientes, magis sentiuntur: & ꝑ consequens, magis acceptantur, q̃ delectationes spũales, quæ non habent tristitias ꝯrias, ut infra * dicetur. *q.34. ar. 4.

AD PRIMVM ergo dicendũ, q̃ iõ plures sequunt̃ delectationes corporales: quia bona sensibilia sũt magis, & pluribus nota: & ẽt quia hoĩes indigent delectationibus, vt medicinis ꝯ multiplices dolores, & tristitias. Et cum plures hoĩum nõ possint attingere ad delectationes spũales, q̃ sunt ꝑprie uirtuosorũ, cõsequens est, q̃ declinent ad corporales.

AD 2m dicendũ, q̃ transmutatio corporis magis contingit ex delectationibus corporalibus, inquã tum sunt passiones appetitus sensitiui.

AD 3m dicẽdũ, q̃ delectationes corporales sunt secundũ partẽ sensitiuã, q̃ regulat̃ rõne: & iõ indigent tẽperari, & refrænari ꝑ rõnẽ, sed delectationes spũales sunt secundũ mentẽ, quæ est ipsa regula: vnde sunt secundũ seipsas sobriæ, & moderatæ.

ARTICVLVS VI.

Vtrum delectationes tactus sint maiores delectationibus, quæ sunt secundum alios sensus.

ADSEXTVM sic proceditur. Vr̃ q̃ delectationes, q̃ sũt secũdũ tactum, nõ sint maiores delectationib. quæ sunt secũdũ alios sensus. Illa enim delectatio vr̃ esse maxima, qua exclusa, gaudium omne cessat: sed talis est delectatio quæ est secũdũ uisum. Dr̃.n. Tobiæ 5. Quale gaudiũ erit mihi, qui in tenebris sedeo, & lumẽ cęli ñ video? ergo delectatio, q̃ ẽ ꝑ visum, ẽ maxima inter sensibiles delectationes.

¶2 Præt. Vnicuique fit delectabile illud, quod amat, vt Philosophus dicit in 1. Rhetor. * sed inter alios sensus maxime diligit̃ visus. ergo delectatio, quæ est secundum uisum, est maxima.

¶3 Præt. Principiũ amicitiæ delectabilis, maxime est uisio: sed cã talis amicitiæ est delectatio. ergo secundum uisum uidetur esse maxime delectatio.

SED CONTRA est, q̃ Philosophus dicit in 3. Eth. * q̃ maxime delectatiões sunt secũdũ tactũ.

RESPON. Dicendum, q̃ sicut iam dictum est, * Vnumquodq; inquantũ amatur, efficitur delectabile: sensus autem, ut dr̃ in 1. Met. * ꝑ duo diligũtur, s. ꝑ cognitionẽ, & ꝑ vtilitatem: vñ, & vtroque modo contingit esse delectationem secundũ sensum: Sed quia apprehendere ipsam cognitionem tanq̃ bonũ quoddã, proprium est hoĩs: iõ primæ delectationes sensuũ, q̃. s. sunt secũdum cognitionẽ, sunt ꝑprię hoĩum: delectatiões aũt sensuũ, inquantũ diliguntur ꝑ utilitatem, sunt cões oibus animalibus. Si igitur loquamur de delectatione sensus, quę est rõne cognitionis, manifestum est, q̃ secundũ uisum est maior delectatio, quàm ſm aliquẽ aliũ sensũ. Si autem loquamur de delectatione sensus, quæ est rõne utilitatis, sic maxima delectatio ẽ secũdũ tactũ. Vtilitas. n. sensibiliũ attenditur secundũ ordinẽ ad ꝯseruationẽ naturæ aialis: ad hãc aũt utilitatẽ propinquius se habent sensibilia tactus. Est. n. tactus cognoscitiuus eorũ, ex quibus cõsistit animal. s. calidi, & frigidi, & humidi, & sicci, & hmõi: vñ secundũ hoc declaratiões, q̃ sunt secũdũ tactũ, sunt maiores, quasi fini propinquiores: & ꝑ hoc ẽt aialia alia, q̃ non habent delectationẽ secundũ sensũ, nisi rõne utilitatis, nõ delectantur secundũ alios sensus, nisi in ordine ad sensibilia tactus. Neque. n. odoribus leporum canes gaudent, sed cibatione: neque leo uoce bouis, sed comestione, ut dicitur in 3. Eth. * Cum igitur delectatio tactus sit maxima rõne utilitatis, delectatio aũt uisus ratione cognitionis, si quis vtranq; comparare velit, inueniet simpliciter delectationẽ tactus esse maiorem delectatione uisus, secundũ qđ consistit infra limites sensibilis delectationis: * quia manifestũ est q̃ id, quod est naturale, in unoquoq; est potentissimum. Huiusmodi aũt delectationes tactus sunt, ad quas ordinantur concupiscentię naturales, sicut cibi, & uenerea, & huiusmodi. Sed si consideremus delectationes uisus, secundum quod uisus deseruit intellectui, sic ꝑ delectationes uisus erunt potiores ea ratione, qua, & intelligibiles delectationes sunt potiores sensibilibus.

AD PRIMVM ergo dicendum, q̃ gaudium, sicut supra dictum est, * significat animalem delectationem, & hæc maxime pertinet ad uisum: sed delectatio naturalis magis pertinet ad tactum.

AD 2m dicendum, q̃ uisus maxime diligitur ꝑpter cognitionem, eo q̃ multas rerum differentias nobis ostendit, ut ibidem dicitur. *

AD 3m dicendũ, q̃ alio modo delectatio est cã amoris carnalis, & alio mõ visio: na delectatio, & maxi-

*c.10. post med. t.1. — *ar.3. — *li.1. Met. circa prĩ. tom.3. — *li.1. metap. nõ à prĩ. cõ.3. — *c.11. t.6. — *c.10. t.5. — *art.2. — *q.34. ar. 4. — concl. — concl.

SVP. QVÆS. XXXI. ART. VI.

Medina ar.6.

IN articulo sexto aduerte, q̃ cũ dr̃. q̃ delectationes tact' sunt ad quas ordinãtur concupiscẽtię naturales, põt intelligi. Primo eũ pertinere, ut s. ad solas delectationes sẽ suum inquãtũ utiles, q̃ appellant̃ in litera delectationes tact', ordinentur cõcupiscẽtiæ naturales: & hinc sensum iosinuat distinctio harum delectationũ contra delectationes sensuum, quanti uim factum concupiscere, eũ illę sint naturales, istæ nõ: & iõ illæ potiores. Sed cõtra hunc sensũ occurrit authoritas Aristotelis in primo Rhetoricæ capitulo de amore suo, ponẽs cõcupiscentias & delectationes naturales, quæcunque sunt, nõ per estimare aliquid: & subdit, q̃ tales sũt quæcunque dicunt̃ esse natura: & subdit sensibus olbus. Et cõfirmatur rõne, quia pulchra delectat v sũ: & similiter suaues cantus auditũ, & sunt absque aestimatione

Terrecita per totum. *1.2.q.15. art.3.cor. Et q. 141. ar 4.q.1.et ad 3. & ar. 7.cor. Et 4.d.49 q. 3.art 1.q. 1. Et mal. q. 14. art. 4 cor. & ad 1.

tate, & absque existimatione, sola natura li conuenientia, ut experientia testatur. Secundo ita pot' intelligi, secundũ excellentiam, vt. s. ad primas delectatiões maxime ordinent' concupiscentiæ naturales. Et ex hoc habet intẽtum authoritate naturalitate q̃a ex hoc, q̃ naturale est potẽtissimum in vnoquoque magis naturale ẽ potentius: ac per hoc delectabilis, ad quas ꝑcipue ordinant' concupiscẽtiæ naturales, sunt maiores. Põt ẽt tertio dici, q̃ licet ambæ delectationes, s. tactus, & uisus, sint secũdum se naturales cũ suis concupiscentijs: comparatæ tñ adinuicem, delectatio uisus habet rõnẽ aialis, & delectatio tactus, naturalis: quia tactus fundamentum est, & necessarium naturæ, visus aũt ad bene esse posterius aduenit. Et quia litera cõparat delectationẽ horum duorum sensuũ ideo illã, quæ tactus est, distinxit contra istã, ut naturalẽ cõtra aialem. & huic sẽsui fauent cõparatiua ad primũ in lra posita.

maxime, quæ est ſm tactũ, est cã amicitiæ delectabilis per modum finis: viſio autem eſt cauſa, ſicut vnde eſt principium motus, inquantũ per uiſum amabilis imprimit ſpecies rei, quæ allicit ad amandum, & ad concupiſcendum eius delectationem.

ARTICVLVS VII.

Vtrum aliqua delectatio ſit non naturalis.

Medina artic. 7.

179 *Porrecta per totum.* AD SEPTIMVM ſic proceditẽ. Vr̃ φ nulla delectatio ſit innaturalis. Delectatio.n.in affectibus animæ proportionatur quieti in corporibus: ſed appetitus corporis naturalis nõ quieſcit niſi in loco connaturali. ergo nec quies appetitus aialis, q̃ B eſt delectatio, poteſt eſſe niſi in aliquo connaturali. nulla ergo delectatio eſt non naturalis.

Li.i. tex. c.11. circa prin. t.6. ¶2 Præt. Illud qđ eſt ɔ̃ naturã, ẽ uiolẽtũ: ſed omne violentũ eſt ɔtriſtans, ut dr̃ in 5. Metaph. ergo nihil, quod eſt contra naturam, eſt delectabile.

art.1. huius q. ¶3 Prẽt. Conſtitui in propriam naturã, cum ſentitur, cauſat delectationẽ, ut patet in diffinitiõe Philoſophi ſupra poſita: ſed cõſtitui i naturã, unicuiq; eſt naturale; qa motus naturalis eſt, q eſt ad terminũ naturalem. ergo omnis delectatio eſt naturalis.

c.11. a principio, & e.vi. to.5. SED CONTRA eſt, quod Philoſophus dicit in 7. Ethic. φ quædam delectationes ſunt ægritudinales, & contra naturam. C

ex eo co. Et 5. habetur, to... RESPON. Dicendum, φ naturale dr̃, qđ eſt ſm naturam, ut dr̃ in 2. Phyſi.* Natura aũt in hoĩe dupliciter ſumi põt, Vno modo prout intellectus, & rõ eſt potiſſime hoĩs natura: quia ſm eam hõ in ſpecie conſtituitur, & ſecundum hoc naturales delectationes hoium dici poſſunt: quæ ſunt in eo, qđ cõuenit homini ſecundum rõnem: ſicut delectari in cõtemplatione ueritatis, & in actibus uirtutum, eſt naturale hoium. Alio modo põt ſumi natura in hoĩe ſecundum quod condiuiditur rõni, ſ. id, quod eſt cõe homini, & alijs, præcipue φ rõni non obedit: & ſecundum hoc ea, quæ pertinent ad conſeruationem corporis, uel ſecundum indiuiduum, ut cib. potus, lectus, & hmõi: uel ſecũdum ſpeciẽ, ſicut venereorum uſus dicuntur homini delectabilia naturaliter. ſecundũ utraſq; aũt delectationes cõtingit aliquas eſſe i naturales, ſimpliciter loquẽdo, ſed connaturales ſecundũ qđ. Contingit.n.in aliquo indiuiduo corrũpi aliqđ principiorũ naturaliũ ſpẽi: & ſic id, quod eſt ɔ̃ naturam ſpẽi, fieri per accidens naturale huic indiuiduo: ſicut huic aquæ calefactæ eſt naturale, φ calefaciat. Ita igitur contingit, φ id, qđ eſt ɔ naturam hoĩs, uel quantum ad rõnem, uel quantum ad corporis conſeruationem, fiat huic homini connaturale pp aliquam corruptionem naturę in eo exiſtentem: quæ quidem corruptio põt eſſe, uel ex parte corporis, ſicut ex ægritudine, ſicut febricitantibus dulcia uidentur amara, & econuerſo: ſiue pp malam complexionẽ, ſicut aliqui delectantur in comeſtione terræ, uel carbonũ, uel aliquorũ hmõi: uel etiam ex parte animæ, ſicut pp conſuetudinem aliqui delectantur in comedendo hoies, uel in coitu beſtiarum, aut maſculorum, aut aliorum huiuſmodi, quæ non ſunt ſecundum naturam humanam. Et per hoc patet reſponſio ad obiecta.

concl. (margin, beside "turale, φ calefaciat")

ARTICVLVS VIII.

Vtrum delectatio poſſit eſſe delectationi contraria.

AD OCTAVVM ſic proceditẽ. Vr̃ φ delectationi non ſit delectatio ɔ̃ria. Paſſiones.n. aiæ ſpẽm, & ɔ̃rietatẽ recipiunt ſm obiectũ: obiectũ aũt delectationis eſt bonũ. cũ igit bonũ non ſit contrarium bono, ſed bonũ malo contrarietur, & malũ malo, ut dicitur in prædicamentis: videtur quòd delectatio non ſit contraria delectationi.

¶2 Pr̃gt. Vni eſt ɔ̃-iũ unũ ut pbatur in 10. Metap.† ſed delectatio ni ɔtraria ẽ triſtitia: nõ ergo delectationi ɔtraria ẽ delectatio.

¶3 Præt. Si delectationi cõtraria eſt delectatio, hoc nõ ẽ niſi pp contrarietatẽ eorũ, in quib. aliquis delectatur: ſed hæc differẽtia ẽ materialis, cõtrarietas aũt eſt differẽtia ſm formã, ut dr̃ in 10. Met.* ergo cõtrarietas nõ ẽ delectationis ad delectationẽ.

SED CONTRA, Ea, quæ ſe impediũt in eodẽ genere exiſtẽtia ſecũdũ Philoſoph. ſũt cõtraria: ſed quædã delectationes ſeinuicem impediunt, ut dicitur in 10. Ethic.† ergo aliquæ delectationes ſunt contrariæ.

RESP. Dicendũ, φ delectatio in affectionibus aiæ, ſicut dictũ eſt,* proportionatur quieti in corporibus naturalib. Dicũtur D aũt duæ quietes eſſe contrariæ, quæ ſunt in contrarijs terminis ſicut quies q̃ eſt ſurſum, ei, q̃ eſt deorſũ, ut dr̃ 5. Phyſi.* vñ, & cõtingit in affectibus animæ duas delectationes eſſe contrarias.

AD PRIMVM ergo dicendũ, φ verbum illud Philoſophi, eſt intelligendũ, ſm qđ bonũ, & malum accipit in uirtutibus, & uitijs: nã inueniunt̃ duo cõtraria E uitia, non aũt inuenit uirtus contraria uirtuti. In alijs aũt nil prohibet duo bona eſſe adinicẽ cõtraria: ſicut calidũ, & frigidũ, quorũ unũ eſt bonum igni, alterum aquæ. Et per hunc modũ delectatio põt eſſe delectationi contraria, ſed hoc in bono uirtutis eſſe non põt: quia bonum virtutis nõ accipitur, niſi p conuenientiã ad aliqđ unũ ſ. rõnẽ.

AD 2m dicendum, φ delectatio ſe habet in affectib. aiæ, ſicut qes naturalis in corporibus: eſt.n. in aliquo conuenienti, & quaſi connaturali. Triſtitia aũt ſe habet ſicut quies uiolenta. Triſtabile.n. repugnat appetitui animali, ſicut loc° quietis uiolẽtæ appetitui naturali: quieti aũt naturali opponit

SVP. QVÆS. XXXI. ART. VIII.

Medina ar. 8.

ARticulo ſeptimo omiſſo, circa octauum in reſpõſione ad tertium, dubium occurrit: quia ſuperius in q. 30. art. ſecundo dictum eſt, φ differentia obiecti ſecundum naturam facit materialem diuerſitatem paſſionũ, hic uero dicitur φ obiecta delectationũ diuerſificant nõ ſolũ materialiter ſed formaliter delectationẽ. 171 *Porrecta per totum.*

¶Ad hoc dicẽdũ breuiter, q. doctrinæ ſuperiori nõ repugnat præſens: quod ſibi didicimus, φ diuerſitas obiecti ſecundum virtutem cauſat diuerſitatem paſſionũ, nõ autem diuerſitas ſecundum naturam. Et utrunque eſt uerum uniuerſaliter intellectum: non enim omnis diuerſitas naturæ obiecti diuerſificat ſpeciem paſſionis nunc uero dicimus, φ aliqua diuerſitas naturæ obiecti (ſ. illa ſcilicet quę redundat in diuerſam rationẽ delectabilis) diuerſificat ſpeciem paſſionis conſtat autem hæc ſibi inuicem non aduerſari, nec hoc eſt ſingulare in delectatione: nam idem eſt de concupiſcentia iudicium. Cũ n. concupiſcẽtia ſit appetitus delectabilis, ad delectationẽ, q ſe habeat vt motus ad quietem ipſum terminãtẽ cõſequens eſt, φ delectabilib. ex ſtentib. cõtrarijs, ac p hoc diſtinctis ſpẽ, neceſſe ſit, & delectationes, & cõcupiſcentias eſſe contrarias, ac per hoc ſpecifice diſtinctas.

*In poſt p̃ dic. ca. de oppoſitis circa pri. tom. 1. †Tex. 37. to. 3. *text. 13. to. 1. *li. 10. Meta. tex. 13. & 14. & 3. †c. 5. Iter principiũ & mediũ to. 5. *ar. 2. huius q. li. 5. Phy. tex. 54. t. 2. *concl.*

& quies uiolenta eiusdem corporis, & quies naturalis alterius ut dicitur in 5. Physi.* unde delectationi opponitur; & delectatio, & tristitia.

AD 3m dicendũ, q ea in quibus delectamur, cũ sint obiecta delectationis, non solum faciunt differentiã materialẽ, sed ẽt formalem, si sit diuersa rõ delectabilitatis. Diuersa.n. rõ obiecti diuersificat speciẽ actus, uel passionis, ut ex supradictis patet *.

QVAEST. XXXII.

De causa delectationis, in octo articulos diuisa.

DEINDE considerandum est de causis delectationis.

Et circa hoc quæruntur octo.

¶Primo, Vtrum operatio sit cã propria delectationis.

¶Secũdo, Vtrum motus sit causa delectationis.

¶Tertio, Vtrũ spes, & memoria.

¶Quarto, Vtrum tristitia.

¶Quinto, Vtrũ actiones aliorũ sint nobis delectationis cã.

¶Sexto, Vtrum benefacere alteri sit causa delectationis.

¶Septimo, Vtrum similitudo sit causa delectationis.

¶Octauo, Vtrum admiratio sit causa delectationis.

ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrum operatio sit causa propria delectationis.

AD PRIMVM sic proceditur. Vr, q operatio ñ sit ppria & prima cã delectationis. ut.n. Philosoph* dicit in 1. Rhet.* Delectari, consistit in hoc, qđ sensus aliqđ patiatur. Requirit.n. ad delectationẽ cognitio, sicut dictũ ẽ: *sed p pri* sunt cognoscibilia h obiecta operationũ, q̃ ipsę operationes. ergo operatio ñ est propria causa delectationis.

¶2 Præ. Delectatio potissime cõsistit h in fine adepto: hoc enim ẽ qđ præcipue concupiscitur: *sed ñ sẽp operatio ẽ finis, sed qñq; ipsũ operatũ. ñ ergo operatio ẽ ppria, & p se, cã delectationis.

¶3 Præt. b Otiũ, & requies dicunt p cessationem operationis; hęc autem sunt delectabilia, vt dr in 1. Rheto.* non ergo operatio est propria causa delectationis.

SED CONTRA est, quod Philosophus dicit 7. & 10. Eth.* q delectatio est operatio connaturalis, & non impedita.

G RESP. Dicendũ, q sicut supra dictum est,* ad delectationẽ duo requiruntur. s. consecutio boni connenientis, & cognitio hmõi adeptionis: utrunq; aũt horũ in quadã operatione consistit. Nã actualis cognitio operatio ẽ quædã: similiter bonum conueniẽs adipiscimur aliqua operatione.

H ipsa ẽt operatio propria, est qđdã bonũ cõueniens: vñ m oportet, q omnis delectatio aliquam operationem consequatur. *

AD PRIMVM ergo dicendũ, q ipsa obiecta operationum non sunt delectabilia, nisi inquãtum coniungunt nobis, uel p cognitionẽ solã, sicut cũ delectamur in cõsideratione, uel inspectiõe aliquorũ, uel quocunq; alio modo simul cũ cognitione: sicut cũ

I aliqs delectat in hoc, q cognoscit se habere quodcũq; bonum puta, diuitias, uel honorẽ, uel aliqd hmõi, q̃ quidẽ non essent delectabilia, nisi inquãtũ apprehendunt ut habita. Vt.n. Philosophus dicit in 2. Polit.* Magnam delectationẽ habet, putare aliquid sibi propriũ, q̃ procedit ex naturali amore alicuius ad seipsum. Habere aũt hmõi, nihil est aliud quàm uti eis, uel posse uti: & hoc est per aliquam operatio

K nem, unde manifestũ est, q omnis delectatio in operationem reducitur sicut in causam.

AD 2m dicendum, q etiã in illis, in quibus operationes non sunt fines, sed operata ipsa, operata sũt delectabilia inquãtũ sũt habita, vel facta, quod refert ad aliquem usum, uel operationẽ.

AD 3m dicendũ, q operatio-

SVPER QVÆST. XXXII. ART. I.

Medina ar. 1.

Circa primum articulum q. 32. dubium occurrit, An operatio sit propria cã delectationis, ut constitutio in cõnaturale bonũ: an indistincte. Et ut clarior sit qõ, recolito, q in diffinitione delectationis positi sunt duo actus pro cã delectationis. s. cognitio, & cõstitutio (& qa nulli dubiũ est q cognitio ẽ operatio, si ea rõne operatio est cã ppria delectationis, qa oportet cognitionem interuenire ut cãm) qõnis solutio clara ẽ. Quia vero satis ambiguũ est, an constitutio sit necessario operatiu: idẽ si ea rõne operatio cã propria delectationis dr, quia nimirum ita que constitutio talis in connaturale bonũ causans delectationẽ est operatio, singulare dictum, & disputabile est. Et est inter hos duos sensus tanta differẽtia, q in primo indistincte, & sine cõtradictione aliqua operatio ponit cã delectationis: in secundo uero operatio ponit prima cã eiusdẽ, & ut constituens in connaturale. Et p parte affirmatiua huius secundi sensus sunt uerba authoris in litera uolentis, q consecutio boni conuenientis consistat in operatione. Et in responsione ad pri mum dicitur, q quæ habemus, non delectant, nisi apprehensa ut habita: & habere nihil aliud est quã eis uti, uel posse uti: quod est per aliquam operationẽ. Pro parte uero negatiua est, quia proprium esse, & uiuere, & alia huiusmodi delectant: & tñ constitutio nostra in eis non est per operari, sed per esse. Delectant quoq; nos multa, in quibus cõstituimur non per operari, sed p recipere, seu pati: ut patet cũ ca lefieri, uel refrigerari delectamur: delectat, & conueniens locus in quo per esse in loco, non per operari constituimur.

¶Ad euidentiam huius dubij scito, quòd quia delectatio geus rõnem habet, consecutio boni connaturalis exigitur ad cãndam delectationem propter consecutum esse, quod est totum simul, & consecutum esse exigitur per esse, quod est magis à motu elongatum. Et

F propterea magis causa est delectationis consecutum esse, quàm consecutio, & magis esse quàm consecutum esse. In cuius signũ scientiæ, & uirtutes olim acquisitæ, uel indicæ modo, ut inexistentes apprehensæ delectant, & non solum quando acquisitæ sunt, aut secundũ acquisitionis memoriam. Et omnis consecutio, & omne consecutum est se delectas, inquantum ponis in aliquo esse consono. Vñ cũ in diffinitione delectationis dr. q delectatio est constitutio tota simul in naturã &c. noĩe constitutionis intellige non solũ consecutũ esse, sed esse: siue sit tale esse per constitutionem, siue non. Constituit enim Deus gloriosus in esse sine constitutione, & delectationẽ tamen summam apprehensam in eo tacit: & nos nostrum esse apprehensum delectat non quia à natura cõstitutum, sed quia inest nobis. Nihil.n. minus delectaret, si non aliunde haberemus: pro intellectu sñ literæ expresse dicentis utrunq; reqsitum ad delectatiõis cãm in operatione consistere, distingue, & dicito, q delectabilia sunt duplicia, quędam congenita, & quædam superuenientia. Et quod authos de superuenientibus solicitus in litera, consecutionis nomine intentionẽ suã significauit, & noluit cõsecutionem in operatione consistere extenso operationis uocabulo ad oẽm actionem, passionem, motumq;. Delectabilia quippe oĩa, quæ supueniunt, iungunt nobis motu aliquo, uel ut obiecta operationũ immanentiũ, uel saltẽ ut materia usus ut in responsione ad primum, & secundũ dr. Nectamen tacuit omnino authos de cõstitutione causante delectationem in congenitis: nam in ar. 7. expresse dixit, q simile inquantum vnum, ẽ delectabile. Constat enim q unitas similium, est unitas in essendo: & qa (ut dicitur in 1. Rhet. Aristot.) simile delectat ut ipsum et, consequens est, quod cõstitutio in delectatione congenitorum sicut & in delectatione similium, fit secundum esse, etiam si nulla inde operatio prouenirẽt. Et per hæc patet solutio obiectorum, & quæstionis.

¶Circa

*Lib. 5. Phy. tex. 54. & 55. tom. 2.

*quæst. 23.

172 *Porrecta per totum.*

*4 di. 49. q. 1. ar. 5. q. 4. cor.

*C. 11. t. 5

*q. 31. ar. 1.

*Cap. 11. nõ procul à prin. t. 6.

*Lib. 7. c. 12. & 13. & lib. 10. ca. 4 & 5. tom. 5.

*q. præcedẽ. ar. 1.

*Li. 2. Pol. ca. 2. ante medium tom. 3.

Conci. n

nes sunt delectabiles, inquantũ sunt proportionatæ, & connaturales operanti. Cũ aũt uirtus humana sit finita, secũdũ aliquam mensurã operatio est sibi ꝓportionata. vnde si excedat illã mensurã, iã nõ erit sibi proportionata, nec delectabilis, sed magis laboriosa, & accidiosa: & secũdũ hoc otium & ludus, & alia, quæ ad requiem pertinent, delectabilia sunt, inquantum auferunt tristitiam, quę est ex labore.

ARTICVLVS II.

Vtrum motus sit causa delectationis. *Media art 2.*

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur, ꝙ motus non sit causa delectationis: Quia, sicut supra dictũ est,* bonũ præsentialiter adeptũ est cã delectationis. vñ Philosophus in 7. Eth.* dicit, ꝙ delectatio nõ cõparatur generationi, sed operationi rei iã existentis. Id aũt, qđ mouetur ad aliud, nondũ habet illud, sed quodammõ est in uia gñationis respectu illius, secũdũ qđ oĩ motui adiungitur gñatio, & corruptio, vt dr̃ in 8. Phys.* ergo motus non est causa delectationis.

¶ 2 Præt. Motus præcipue laborem, & lassitudinẽ inducit in operib': sed operationes ex hoc, quòd sunt laboriosæ, & lassantes, non sunt delectabiles, sed magis afflictiuę. ergo motus nõ est causa delectationis.

¶ 3 Præt. Motus importat innouationẽ quandã, q̃ opponitur cõsuetudini: sed ea quæ sunt cõsueta, sunt nobis delectabilia, ut Philosoph. dicit in 1. Rhet.* ergo motus non est cã delectationis.

SED CONTRA est, qđ Aug. dicit in 8. Confess.* Quid est hoc, dñe Deus meus, cũ tu in æternũ tibiipsi sis gaudiũ, & qđdã de te circa te semp gaudeant, ꝙ hæc rerũ pars alterno defectu, & ꝓfectu, offensionibus, & cõciliationibus gaudet? Ex quo accipitur, ꝙ hoĩes gaudẽt, & delectanẽ in quibusdam alternationibus: & sic motus vr̃ esse cã delectationis.

RESP. Dicendum, ꝙ ad delectationẽ tria requiruntur. s. bonũ delectans, coniunctio delectabilis, & tertiũ quod est cognitio huius cõiunctionis; & secũdũ hæc tria motus efficitur delectabilis,* vt Philosophus dicit in 7. Ethic. & in 1. Rhe.* Nam ex parte nostra, qui delectamur, transmutatio efficit nobis delectabilis ꝓpter hoc ꝙ natura nr̃a transmutabilis est, & ꝓpter hoc, quod est nobis cõueniens nũc, non erit cõueniens postea: sicut calefieri ad ignẽ est conueniens hoĩi in hieme, non aũt in æstate. Ex parte uero boni delectantis, quod nobis coniungitur, fit ẽt transmutatio delectabilis: quia actio cõtinuata alicuius agẽtis auget effectũ, sicut quãto aliqs diutius appropinquat igni, magis calefit, & desiccat.* Naturalis aũt habitudo in quadã mẽsura cõsistit: & iõ qñ cõtinuata pñtia delectabilis superexcedit mẽsuram nalis habitudinis, efficit remotio eius delectabilis. Ex parte uero ipsi' cognitionis, qa

¶ Circa causam delectationis ex parte obiecti, scilicet bonum cõueniens, dubium occurrit, an sit conueniens formaliter, an denominatiue, idest, an obiectum causans delectationẽ sit res denominata a relatione conuenientiæ, an sit ipsa conuenientia. Quòd n. res sit absoluta, quæ denominatur cõueniens, ꝓbatur ex cõmuni cõditione actiuorũ. ratio n. agẽdi in quolibet actiuo res absoluta est, relatio autẽ actiui, aut approximationis cõditio ẽ sine qua nõ. Cõstat autem ꝙ bonum conueniẽs actiuũ est delectationis. Quòd autẽ sit ipsa cõuenientia, ꝓbatur ex eo, ꝙ nisi apprehẽdatur aliqd ut cõueniens, nõ causat delectatio.

173 *Porrecta per totum.*

¶ In hac dubitatione inuenio Scotum in 4. sent. distin. 49.* tenuisse, ꝙ conueniens, & disconueniens secũdũ sola absoluta dicunt rationes causandi delectationem, & tristitiam: secũdũ relationes uero dicit esse causas, sine quibus non, ut relationes actiui, & approximationis, nec aliud inuenio eius fundamentum. Mihi uero uidetur, ꝙ relatio conuenientiæ uel disconuenientiæ in actu exercito, concurrat ad causandam delectationẽ, uel tristitiam, ut ratio agendi. & mouetur ex eo, ꝙ delectatio, & tristitia de eodem differunt specie, utpote contrariæ. ergo delectabile, & tristabile eorum obiecta, & propria per se positiue actiua differunt specie secũdum rationes agendi illas, sed non secũdũ rationes absolutas. ergo secundum rationes respectiuas conuenientiæ, & disconuenientiæ. Prima sequela patet notatis terminis appositis in consequẽte ad excludendas causas excedentes, aut ꝑ accidens, aut negatiue, ut nauta præsens, uel absens causat contraria, & differentiam actiuorum secundum impertinentia, aut sublata, & alia huiusmodi. Oportet enim contrarias actiones à contrarijs rationibus agendi procedere in naturaliter agentibus proprijs, qualia sunt delectabile uel tristabile. Destructio uero consequentis patet ad sensum: experimur enim quòd idem absolutũ, puta calor, modo causat delectationẽ, modo tristitiam, apprehensus, uel sensatus ut conueniens, uel disconueniens. Existente igitur forma absoluta eadem, & facta uariatione de delectabili in tristabile propter uariationem de conuenientia in disconuenientiam, & per se causatis contrarijs actionibus, ac passionibus, scilicet delectatione & tristitia, manifestum fit, quòd conuenientiæ, & disconuenientia ut rationes agendi concurrunt. Et confirmatur hoc, quia illud qđ concurrit ad causandam delectationem, uel tristitiam ut apprehensum, non se habet ut conditio approximationis, sed ut ratio agendi: quoniam apprehensum est, ꝙ mouet appetitum, ut ratio agendi, sed conuenientia uel disconuenientia cõcurrit ad hæc, ut apprehensa: quoniam quantumcunque aliquis frigens calefieret conuenienter, nisi perciperet illud ut conueniẽs in actu exercito, ut exercet conuenientiam, non delectaretur: & hoc manifestius apparet in delectatione uel tristitia imaginationem, uel rationem cõsequente. Ouis enim nunquàm fugeret lupum, nisi apprehenderet ipsum ut disconuenientem, eliciendo ex ipso intentionem inimici. Et continue experimur propter uarias relationes importantes conuenientiã, uel disconuenientiam apprehensas de aliquo, uarie immutari à delectatione in tristitiam & econuerso terminantes certas passiones. & qđ forte fallit putantes oppositum, est, qa non aduertunt, ꝙ relationes sunt in genere formarum actiuarum ut apprehensæ, quamuis non sint in genere actiuorũ formarum ut existentes. Et qui negat hoc, neget quoque æstimatiuam, cuius obiectũ sunt intentiones insensatæ, elicitæ ex sensatis, ut ouile, amicum, inimicũ &c. ex quibus causanẽ passiones in animalibus. Põt quoque esse causa deceptionis nõ distinguere inter apprehẽdere relationẽ alicuius in actu signato uel exercito. Verbigratia, Ouis nutrit agnum ut terminum lactationis, nõ ꝙ oportet eam apprehendere ipsam relationẽ termini, ꝙ esset apprehẽdere in actu signato, sed quia apprehendit agnum ut exercentem relationem termini lactationis, & simile est in alijs. Ex talibus n. apprehensionibus relationũ causant passiones, qđ forte Scotus non negaret. & sic dictæ sunt duæ delectationis causæ, scilicet constitutio, & bonũ connaturale: reliqua autẽ, scilicet apprehẽsio, superius dilucidata est. ad hæc n. tria reducentur omnia causantia delectationem, quæ per totam hanc trigesimam secundam disputantur, & in 1. Rhetor. tanguntur. operatio enim delectat, & ut constitutio, & ut bonum conueniens: motus, ut afferens bonum conueniens, uel auferens disconueniens: memoria, & spes ut supplentes constitutionem: tristitia per accidens, ratione oblationis uel memoriæ. alienæ actiones, ut in proprio nos bono faciunt constitutas passione, uel æstimata possessiue, uel identitate: benefacere quoque, & simile, & admirari ad eadem spectare, exercitatis non est difficile deducere. Vnum tamen in his aduerte quòd quia in his, quæ ad appetitum spectant, nihil differt esse aut apparere propterea delectatio causatur ex æstimato habere, ex æstimato possidere, et repræsentato abundare, & similibus: & non solum ex habere, possidere, abundare, & similibus, in huiusmodi enim ipsa imaginatio hocum delectans sic constituit in cõnaturale bonum, ut supplens uicem ipsius habere, & non solum ut apprehensio talis, autem est dispositio cordis, qui delectantur principatu, honore & similibus.

*4. di. 49. q. 1. art. 2. ad 3.
*q. preced art. 1.
*c. 12. to. 5.
*tex. 14. in fine, to. 2.
*c. 11. non procul a principio tomo. 6.
*c. 1. post med. to. 1.
*li. 7. eth. c. 7. Et. 1. Rh. c. 11. to. 5. & 6.

¶ Super

nõ desiderat cognoscere aliqđ totũ, & pfectũ. Cũ ergo aliqua nõ poterũt apprehẽdi tota simul, delectat in his trãsmutatio, ut unũ trãseat, & alterũ succedat, & sic totũ sẽtiat. vnde Aug. dicit in 4. Cõfes. * Nõ uis utiq; stare syllabã, sed trãsuolare, ut aliæ ueniãt, & totũ audias: ita semp oia, ex qb. vnũ aliquid cõstat, & nõ sunt oia simul, plus delectãt oĩa, q̃ singula, si possint sentiri oĩa. Si ergo sit aliqua res; cuius natura sit i trãsmutabilis, & ñ possit i ea fieri excessus nãlis habitudinis p priuationẽ delectabilis, & q̃ possit totũ suũ delectabile simul intueri, nõ erit ei trãsmutatio delectabilis: & q̃tò aliq̃ delectationes plus adhoc accedũt, tãto plus pτinuari põt.

Ad 1m ergo dicẽdũ, q̃ id, qđ mouet, etsi nondũ hẽat pfecte id, ad qđ mouet, incipit tñ iam aliquid hr̃e eius, ad qđ mouet: & ẽm hoc ipse motus habet aliqđ delectationis, deficit tñ à delectationis perfectione: nã pfectiores delectationes sunt in reb. immobilibus. Motus ẽt efficit delectabilis inquantum per ipsum fit aliquid cõueniens, quod prius cõueniens nõ erat, uel defuit esse, ut supra dictum * est.

Ad 2m dicendũ, q̃ motus laborẽ, & lassitudinẽ inducit, secundũ quod transcẽdit habitudinẽ naturalem: sic aũt motus non est delectabilis, sed scđm quod remouẽtur contraria habitudinis naturalis. H

Ad 3m dicẽdũ, q̃ id, qđ ẽ ɔsuetũ, efficit delectabile, inquantũ efficit nãlẽ: nã cõsuetudo est quasi altera natura. Motus aũt ẽ delectabilis, nõ qđ ẽ quo recedit à cõsuetudine, sed magis ẽm qđ p ipsũ impedit corruptio nãlis habitudinis, q̃ posset prouenire ex assiduitate alicuius operationis. Et sic ex eadẽ cã cõnaturalitatis efficit ɔsuetudo delectabilis, & motus.

ARTICVLVS III.

Vtrum spes, & memoria sint causa delectationis.

Medina art. 3.

174 AD TERTIVM sic proceditur. Videt q̃ memoria, & spes nõ sint cãæ delectationis. Delectatio.n.ẽ đ bono p̃nti, vt Dama. dicit: sed memoria, & spes sũt đ abstẽti. est.n. memoria p̃teritorũ, spes vero futurorũ. ergo memoria, & spes ñ sũt cã delectatiõis. I

¶ 2 Præt. Idẽ nõ est cã ɔ̃riorũ: sed spes est cã afflictionis. dr̃.n. Prouerb. 14. Spes, q̃ differtur, affligit animam. ergo spes non est causa delectationis.

¶ 3 Præt. Sicut spes cõuenit cum delectatione in eo, quod est de bono: ita ẽt, & concupiscentia, & amor. non ergo magis debet assignari spes causa delectationis, quàm concupiscentia, uel amor.

Sed cont. est, quod dr̃ Rom. 12. Spe gaudentes. & in psal. 76. Memor fui Dei, & delectatus sum. K

* Cap. 5. 10 nio 6.

corru-

corruptiuo, qđ natura refugit pp naturale deside-A riũ essendi, & m talis dr̃ esse naturalis. n Et iterũ de malo contristatiuo, qđ nõ repugnat naturæ, sed de siderio, appetitus, & talis timor nõ est naturalis: si-cut et s̃. amor, * cõcupiscentia, & delectatio, distin cta sunt p naturale, & nõ naturale. Sed ẽm primum acceptionẽ naturalis sciendũ est, ꝙ quędã de pas-sionibus aiæ qñq; dñr naturales, ut amor, desideriũ & spes: aliæ uero naturales dici non pñt, & hoc iõ: quia amor & odiũ, desideriũ, & fuga important in clinationẽ quandã ad ꝓsequendũ bonũ, & fugien-dum malũ: q̃ quidẽ inclinatio ꝑtinet ẽt ad appetitũ naturalẽ, & iõ est amor qdã naturalis. & desideriũ, B uel spes põt quodammodo dici ẽt in rebus natura libus cognitione carentibus: sed aliæ passiones aiæ important quosdã motus, ad quos nullo modo suf ficit inclinatio naturalis: uel quia de rõne harũ pas sionũ est sensus, seu cognitio, sicut dictũ est, * ꝙ ap prehensio requirit ad rõnẽ delectationis, & dolo-ris. vñ q carẽt cognitione, nõ pñt dici delectari vel dolore: aut qa hmõi motus sunt ꝯ rõnẽ inclinatio nis naturalis, puta, ꝙ desperatio refugit bonũ pp aliquã difficultatẽ, & timor refugit impugnationẽ mali ꝯrij, ad qđ est inclinatio naturalis: & iõ hmõi passiones nullo modo attribuuntur rebus inaĩatis. C

Et per hoc patet responsio ad obiecta.

Margin: concl. m — * q. 30. ar. 3. & q. 31. ar. 7. — * q. 31. ar. 4 & q. 35. ar. 1.

ARTICVLVS IIII.

Vtrum conuenienter assignentur species timoris.

Medina ar. 4.

AD QVARTVM sic procedit. Vr̃ ꝙ inconueniẽter Dama. * assignet sex species timoris. s. segnitiẽ, erubescentiã, uerecundiã, admirationẽ, stuporem, agoniã. Vt n. Philosophus dicit in 2. Rhet. † Timor est de malo contristatiuo. ergo species timoris de bent respondere b speciebus tristitiæ: sunt aũt qua-tuor species tristitiæ, ut s̃. dictũ est. * ergo solũ de-bent esse quatuor spẽs timoris eis correspõdentes. D

¶ 2 Præt. Illud quod in actu b nostro consistit, nostræ potestati subijcitur: sed timor est de malo qđ exce dit potestatem nostrã, ut dictum est. † non ergo se-gnities, & erubescentia, & uerecundia, q̃ respicuũt operationẽ nostrã, debent boni species timoris.

¶ 3 Præt. Timor est de futuro, ut dictũ est: * sed uere cundia est de turpi actu iã cõmisso, ut Greg. Nisse. dicit. † ergo uerecundia non est species timoris.

¶ 4 Præt. Timor nõ est nisi de malo: sed admiratio, & stupor sũt nisi đ magno, h & isolito, siue bono, siue malo. ergo admiratio, & stupor si sũt spẽs timoris. E

¶ 5 Præt. Philosophi ex admiratione sunt moti ad inquirendũ ueritatem, ut dr̃ in principio Meta. * ti-mor aũt non b mouet ad inquirẽdum, sed magis ad fugiendum. ergo admiratio nõ est species timoris.

SED IN CONTRARIVM sufficiat authoritas Damas. & Grego. Nysseni.

RESP. Dicendũ, ꝙ sicut dictũ est, * timor est de fu turo malo, qđ excedit ptãtẽ timentis, ut. s. ei resisti nõ possit. Sicut aũt bonũ hoĩs, ita, & malũ põt cõsi derari, uel in operatione ipsius, uel in exterioribus rebus. In operatione aũt ipsius hoĩs põt duplex ma lũ timeri. Primo qđẽ labor grauãs naturã: & sic cã-tur segnities, cũ. s. aliqs refugit operari pp timorẽ excedẽtis laboris. Scđo, turpitudo lędẽs opinionẽ. & sic si turpido timeat in actu cõmitẽdo, est erube scẽtia: si aũt sit de turpi iã facto, est uerecũdia. Ma-lũ aũt qđ in exterioribus rebus cõsistit, tripliciter põt excedere hoĩs facultatẽ ad resistẽdũ, Primo q-dẽ rõne suæ magnitudinis, cũ. s. aliqs cõsiderat ali qđ magnũ malũ, cuius exitũ cõsiderare nõ sufficit & sic est admiratio. Scđo, rõne dissuetudinis, qa. s. aliqđ malũ icõsuetũ nr̃æ cõsiderationi offert: & sic est magnũ nr̃a reputatione, & hoc mõ est stupor q cãtur ex insolita imaginatione. Tertio mõ rõne im prouisionis, quia. s. prouideri non põt, sicut futura infortunia timentur, & talis timor dicitur agonia.

Margin: 224 Porrecta per totum. 2. 2 q. 19. ar. 5. ad 1. & 3. d. 26. q. 1. ar. 3. co. & ad 4. — 34. q. 2. ar tic. 1. q. 3. ad 6. & ve ri. q. 26. a. 4 ad 7. — ὄκνος αἰδὼς αἰσχύνη κατάπληξις ἔκπληξις ἀγωνία — * Dama. li. 2. Orth. fi dei ca. 15. † 2. Rhet. c. 5. to. 6. * q. 35. art. 8. † art. 1. † ar. 1. et 2. † lib. 4. ca. 14. par. 1 a princip. * Lib. 1. Me ta. c. 1. in med. † Lib. 4. c. 14. Dam. loco sar. gu. scita to. et sar gu. 3. * ar. 2.

AD PRIMVM ergo dicẽdum, ꝙ illæ species tristi-tiæ, quæ s̃. * positæ sunt, non accipiuntur ẽm diuer sitatem obiecti, sed ẽm effectus, & ẽm quasdã spe-ciales rões: & ideo non oportet ꝙ illæ species tri stitiæ correspondeant illis speciebus timoris, q̃ ac-cipiunt ẽm diuisionẽ ꝓpriã obiecti ipsius timoris.

Margin: * q. 35. ar. 8.

AD 2m dicendũ, ꝙ operatio ẽm quod iã fit, subditur ptãti operantis: sed aliquid circa operationẽ considerari põt facultatẽ operantis excedens, pp quod aliqs refugit actionẽ: & scđm hoc segnities, erubescentia, & uerecundia ponunt spẽs timoris.

AD 3m dicendum, ꝙ de actu præterito potest ti meri cõuitium, uel opprobrium futurum: & secun dum hoc uerecundia est species timoris.

AD 4m dicendũ, ꝙ non qlibet admiratio, & stu-por sunt species timoris, sed admiratio, q̃ est de ma gno malo, & stupor qui est de malo insolito. Vel põt dici, ꝙ sicut segnities refugit laborẽ exterioris ope rõnis ita admiratio, & stupor refugiũt difficultatẽ cõsiderationis rei magnæ & insolitæ, siue sit bona, siue mala, & hoc mõ se hẽat admiratio & stupor ad actũ itellectus, sicut segnities ad exteriorẽ actũ.

AD 5m dicendũ, ꝙ admirans refugit in pñti da re iudicium de eo, quod mirat̃ timens defectum, sed in futurum inquirit: stupens autem timet & in pñti iudicare, & in futuro inquirere. unde admi-ratio est principium philosophandi: sed stupor est philosophicę considerationis impedimentum.

QVAESTIO XLII.

De obiecto timoris, in sex articulos diuisa.

DEINDE considerandum est de obiecto timoris. ET Circa hoc quæruntur sex.

¶ Primo, Vtrum bonum sit obie ctum timoris, uel malum.

¶ Secundo, Vtrum malum natu-ræ sit obiectum timoris.

¶ Tertio, Vtrum timor sit de ma lo culpæ.

¶ Quarto, Vtrum ipse timor ti-meri possit.

¶ Quinto, Vtrum repentina ma-gis timeantur.

¶ Sexto, Vtrum ea, contra, quæ non est remedium, magis ti-meantur.

SVPER Q. XLII. ART. I.

Medina art. 1.

IN 1. ar. q. 42. dubi tationem facidt il-læ duæ vniuersales af firmatiuę in litera po sitæ. s. Omnis motus appetitiuæ virtutis i-portans prosecutio-nem, habet bonũ pro obiecto & c. Oĩs motus appetitiuæ uirtutis i-portans fugam ha-bet malum pro obie-cto. habent enim in-stantias manifestas. Primæ quidem ob-stat audacia, quæ im portat prosecutionẽ, & tñ obiectũ eius est malum: secundæ uero obstat desperatio, q̃ impor-

importat fugã,& obiectum eius est bonũ.

¶ Ad hoc di.q. fe: mo phi intellig tur de oĩbus p se: lul'antiæ & allatæ sunt de omnibus p accidens. Prosecutio.n p se sibi vẽdicat bonũ, & econuerso. Et similiter fuga p se sibi uendicat malum,& econuerso: vñ nulla prosecutio est mali nisi p accidẽs.s. p coniunctũ bonum. Et hoc modo audacia est motus prosecutiuus mali, ut inf.q. 45. patet.& similiter nulla fuga est boni nisi p accidens.s.pp cõiũctum malũ: & hoc modo desperatio est fuga boni. Et hic tertius modus accidẽtalitatis inuẽtæ i passionibus alç respectu boni,& mali,de quo infra erit sermo.

¶ In toto residuo q. eiusdem ad uerte, q̃ quia obiectũ timoris includit tria.s. malum arduum, futurũ,ex his redditi rõ timendorũ,& non timendorũ. & magis, & minus timẽdorũ. Ex rõne namq; futuri excluduntur multum distantia secdm, tps,& pñtia, & ineuitabilia: q̃ n apprehenduntur aliquo horũ modorum, ut minus futura hñt: ut patet in 2.art. Ex rõne uero m ardui seu difficilis ad euadendũ uel resistẽdum,excluduntur mala,culpæ, timor ipse quodãmodo,& insolita ac repentina magis timẽtur: ut in tertio, quarto,& quinto articulis patet. Ex rõne uero mali non timetur p se,nisi malũ & magis timetur interminabile,ut in primo,& ultimo articulo patet. Et sic hẽs obiectum timoris, & ex ipso rõnes timẽdorũ nnitas,quod potes in aliis facere.

¶ In rãtione ad vltimum ultimi articuli eiusdẽ q.42. breuiter scito q. bonitas rei est duplex.s. spectans ad ipsam rei substantiã, & circumstãtias eã: sicut bonitas caloris est esse calorẽ, ut quatuor uel sex &c. uel esse in tali subiecto aut loco &c. Duratio nõ auget primam bonitatem, sed secdam nõ enim calor diuturnior duo, est secdm se perfectior calore unius horæ: sed hñ est pfectior secdm circunstantiam temporis, & hoc intẽd tã Aristoteles ibi, q̃ author hic: qui iõ in corpore articuli p̃misit, q̃ malũ augetur dupliciter.s. secundũ suã speciẽ,& secdm circunstãtias. phũ.n. p̃posito sat est, q̃ malum apprehendatur ut maius, siue ex hac, siue ex illa proueniat causa nihil refert.

225 Porrecta per totum.

Inf.art.3. & 4 co.& q.42.ar.2 3. & 5.co. & q. 43. ar. i.co.et 2.2. q.19. at. 11.cor. fi.et 3.di. 26.q.1.ar. 2.cor.

* q.33.in princ. to. 4.

† Libr. 2. Rhe.ca.5. tom.6.

*Lib. 2.ca. 12.in fin.

*Ca.2.to. 5.

concl.

* Lib. 83. quæst. q. 33.in pri. to.4.

*q.prçce. ar.7.

ARTICVLVS I.

Vtrum obiectum timoris sit bonum vel malum.

AD PRIMVM sic proceditʳ. Vr̃ q̃ bonũ sit obiectũ timoris. Dicit.n. Aug.in lib.83.q.* q̃ [b] nihil timemus, nisi ne id, qđ amamus, aut adeptũ amittamus, aut nõ adipiscamur speratũ: sed id, quod amamus, est bonum. ergo timor respicit bonum sicut proprium obiectum.

¶ 2 Præt. Philosophus dicit in 2. G Rhet. * quod ptãs,& [h] sup alium esse, est terribile: sed huiusmodi est quoddam bonum. ergo bonum est obiectum timoris.

¶ 3 Præt. In Deo nihil malũ esse põt: sed mandatʳ nobis ut Deum timeamus ſm illud ps.33. Timete Deum omnes sancti eius. ergo etiam timor est de bono.

SED CONTRA est, quod Dam. dicit in 2.lib.* quod timor est de malo futuro.

RESP. Dicẽdũ, q̃ timor ẽ qdã mot[9] appetitiuæ uirtutis: ad virtutẽ aut appetitiuã ptinet ꝓsecutio & fuga, vt dr̃ in 6.Ethic.* Est aũt ꝓsecutio boni, fuga aũt mali: vñ quicunq; motus appetitiuę uirtutis importat ꝓsecutionem, hẽt aliqđ bonũ ꝓ obiecto quicunq; ãt importat fugã, hẽt malũ ꝓ obiecto. vñ cũ timor fugã quandã importet, [m] primo,& p se respicit malũ sicut propriũ I obiectũ: [n] põt aũt respicere etiã bonũ ſm qđ hẽt habitudinẽ ad malũ, qđ quidẽ põt esse dupliciter. Vno quidẽ mõ, inquantũ p malũ priuatʳ bonũ. ex hoc aũt ipso est aliqd malũ, qđ est priuatiuum boni: vñ cũ fugiatʳ malum, qa malũ est, sequitʳ ut fugiatʳ, qa priuat bonũ, qđ qs amãdo ꝓsequitʳ: & ſm hoc dicit Aug. q̃ nulla est cã timendi, nisi ne amittatur bonũ amatũ. Alio mõ cõparatʳ bonũ ad malũ, ut cã ipsius, K inquantũ.s. aliqđ bonũ sua uirtute põt inducere aliqđ nocumẽtũ in bono amato. & iõ sicut spes, ut s̃. dictũ est,* ad duo respicit.s. ad bonũ in qđ tendit, & ad id p qđ sperat se bonũ concupitum adipisci: ita ẽt timor ad duo respicit.s. ad malũ qđ refugit, & ad illud bonũ qđ sua virtute potest infligere malum: & p hunc modum Deus timetur ab hoĩe, F inquantum põt infligere pęnã uel, spiritualẽ, uel corporalem. & p hunc etiã modũ timetur potestas alicuius hois, maxime qñ est læsiua, uel qñ est iniusta, qa sic in promptu habet nocumentum inferre: ita etiã timetur super aliũ esse, idest, inniti alij, ut s. in eius potestate sit constitutũ nobis nocumentũ inferre. sicut ille, qui est cõscius criminis, timetur nẽ crimen reuelet. Et p hoc patet responsio ad obiecta.

ARTICVLVS II.

Vtrum malum naturæ sit obiectum timoris.

Medina ar. 2.

AD SECVNDVM sic proceditʳ. Vr̃ q̃ timor non sit de malo naturæ. Dicit.n. Philosophus i 2. Rhet. * q̃ timor consiliatiuos facit: non autem consiliamur de his, quæ à natura eueniunt, ut dicitur in 3. Eth. † ergo timor non est de malo naturæ. Infr.ar.4 ad 2. et 2. 2. q. 144. ar. 2 cor. * Libr. 2. Rhe. c.5. post mediũ, to.6. † lib. 3.Ethi. ca. 1. non procul a principio, t. 5.

¶ 2 Præt. Defectus naturales semper homini imminent, ut mors, & alia huiusmodi. si igitur de huius- H modi malis esset timor, oporteret quòd homo semper esset in timore.

¶ 3 Præt. Natura non mouet ad contraria: sed malũ naturæ prouenit ex natura. ergo q̃ timendo aliqs refugiat huiusmodi malum, non est à natura. timor ergo naturalis non est de malo naturæ, ad quem tamen hoc malum pertinere uidetur.

SED CONTRA est, quod Philosophus dicit in 3.Eth. * quòd inter omnia terribilissimum est mors, quæ est malum naturæ. * Cap.6. paulo post mediũ to.5.

RESP. Dicendum, q̃ sicut Philosophus dicit in 2. Rhet. * † timor prouenit ex phantasia futuri mali corruptiui, uel contristatiui. Sicut autẽ contristatiuum malũ est, quod contrariatur uoluntati: ita corruptiuum malum est, quod contrariatur naturæ, & hoc est malũ naturæ, vnde de malo naturæ põt esse timor. Sed considerandũ est, quòd malũ naturæ quandoque est à causa naturali, & tunc dicitur malum naturæ, non solũ quia priuat naturæ bonũ, sed etiã quia est effectus naturæ, sicut mors naturalis, & alij huiusmodi defectus. Aliquando uero malũ naturæ ꝓuenit ex causa nõ naturali, sicut mors quæ uiolenter infertur à persecutore, & utroq; modo malũ naturæ quodammodo timetur, & quodãmodo non timetur. Cum enim timor proueniat ex phantasia futuri mali, ut dicit Philosophus, * illud quod remouet futuri mali phantasiã, excludit etiã timorẽ. Quòd aũt non appareat aliquod malũ ut futurũ, potest ex duobus contingere. Vno quidem modo ex hoc, quòd est remotũ, & distans. hoc.n. propter distantiã imaginamur ut non futurum: & ideo uel non timemus, uel parũ timemus. Vt enim Philosophus dicit in 2.Rhe.* Quæ ualde lõge sunt non timentur: sciunt.n. omnes, quòd morientur: sed quia nõ prope est, nihil curant. Alio modo æstimatur aliquod malũ quod est futurum, ut non futurũ, propter necessitatẽ, quæ facit ipsum ęstimate * Ca.5.in princi.to.6. * Libr. 2. Rhet.c.5. in princ. to.6. * Libr. 2. Rhe.ca.5 circa pri. to.6.

vt

Lib. 2. Rhet. c. 5. circa me. tom. 6. vt pſens. vñ Philoſophus dicit in 2. Rhet. Quòd illi A q̃ iã decapitãt, non timet, vidẽtes ſibi neceſſitatẽ mortis imminere. Sed ad hoc ꝙ aliqs timeat, oportet adeſſe aliq̃ ſpẽ ſalutis: ſic igit malũ naturę nõ timet, q̃a nõ apprehẽdit ut futurũ. m Si uero malũ

concl. m naturæ, qđ eſt corruptiuũ, apphẽdatur ut propinquũ, & tñ cũ aliqua ſpe euaſionis, tunc timebitur.*

AD PRIMVM ergo dicendum, ꝙ malum naturæ quandoq; non prouenit a natura, ut dictum eſt: ſecundum tamen quod a natura prouenit, etſi non ex toto uitari poſſit, poteſt tamẽ differri: & ſub hac ſpe poteſt eſſe conſilium de uitatione ipſius.

AD 2m dicendum, ꝙ malum naturæ etſi ſemper B immineat, non tamen ſemper imminet de propinquo, & ideo non ſemper timetur.

AD 3m dicendũ, ꝙ mors, & alij defectus naturæ proueniũt à natura vniuerſali, quibus tñ repugnat natura particularis q̃tũ põt: & ſic ex inclinatione particularis naturę ẽ dolor, & triſtitia de hmõi malis, cũ ſunt pſentia, & timor ſi immineat in futurũ.

ARTICVLVS III.

Vtrum timor ſit de malo culpæ. Med. ar. 3.

116 Porrecta per totum. AD TERTIVM ſic proceditur. Vr ꝙ timor poſſit eſſe de malo culpæ. Dicit. n. Aug. ſuper Ca

2. 2. q. 144 art. 1. cor. Tract. 9. circa medium c. 9. nonicã Io.* ꝙ timore caſto timet homo ſeparatio- C nẽ a Deo: ſed nihil ſeparat nos à Deo niſi culpa, ſm̃ illud Iſai. 59. Pctã ueſtra diuiſerunt inter uos, & Deũ ueſtrũ. ergo timor poteſt eſſe de malo culpæ.

Lib. 4. in fol. 1. a princ. lib. ¶ 2 Præt. Tullius dicit in 4. de Tuſculanis q̃ſt. ꝙ de his timemus cũ futura ſunt, de quorum pſentia triſtamur: ſed de malo culpæ põt aliquis dolere, uel triſtari. ergo ẽt malum culpæ aliquis poteſt timere.

¶ 3 Præt. Spes timori opponitur: ſed ſpes poteſt eſſe de bono uirtutis, ut patet per Philoſophum in

Ca. 4. parum ante med. um. tom. 1. 9. Eth. & Apoſtolus dicit ad Gal. 5. Confido de uobis in Domino, ꝙ nihil aliud ſapietis. ergo etiam timor poteſt eſſe de malo culpæ. D

4 Præt. Verecũdia eſt quædam ſpecies timoris, ut

q. 41. ar. 4. ſupra dictum eſt: ſed uerecundia eſt de turpi facto quod eſt malum culpæ. ergo & timor.

SED CONTRA eſt, quod philoſophus dicit in 2.

Ca. 5. in princ. tomo 6. Rhetor. quòd non omnia mala timentur, puta, ſi aliquis erit iniuſtus, aut tardus.

RESP. Dicẽdũ, ꝙ ſicut ſupra dictũ eſt,* ſicut obie

*q. 41. ar. 2. ctũ ſpei eſt bonũ futurũ arduũ, qđ qs põt adipiſci: ita timor eſt de malo futuro arduo, qđ nõ põt de facili uitari. Ex quo põt accipi, ꝙ id, qđ oĩno ſubiacet ptãti, & uoluntati nr̃ę, nõ habet rõnẽ terribilis: ſed illud ſolũ eſt terribile, qđ habet cãm extrinſecã. ma E lũ aũt culpæ propria cãm habet uoluntatẽ huma-

concl. m nam, & iõ n proprie non habet rõnem terribilis: n ſed q̃a uolũtas ab aliquo exteriori põt inclinari ad peccãdum, ſi illud inclinans habeat magnã uim ad inclinandũ, ſm̃ hoc poterit eſſe timor de malo culpæ, inquantũ eſt ab exteriori cã, puta, cũ aliquis timet cõmorari in ſocietate malorũ, ne ab eis ad peccandũ inducatur: ſed ꝓprie loquendo, in tali diſpoſitione magis timet hõ ſeductionẽ, quàm culpam ſecundum propriam rationem, ideſt, inquantum eſt uoluntaria: ſic enim, non habet ut timeatur.

AD PRIMVM ergo dicendum, ꝙ ſeparatio à Deo A eſt quædam pœna conſequens peccatum, & omnis pœna aliquo modo eſt ab exteriori cauſa.

AD 2m dicendum, ꝙ triſtitia, & timor in uno cõueniũt, q̃a vtrunq; eſt de malo: differũt aũt in duob. in vno qdẽ, q̃a triſtitia eſt de malo pſenti, timor de malo futuro. In alio uero, q̃a triſtitia cũ ſit in cõcupiſcibili, reſpicit malũ abſolute, vñ põt eſſe de quocũq; malo, ſiue paruo, ſiue magno: timor uero cũ ſit ĩ iraſcibili, reſpicit malũ cũ quadã arduitate, ſeu difficultate, q̃ tollit, inq̃tũ aliqđ ſubiacet uolũtati: & iõ nõ oĩa timemus, q̃ ſunt futura, de quibus triſtamur cũ ſunt pręſentia: ſed aliqua, quę. ſ. ſunt ardua.

AD 3m dicẽdũ, ꝙ ſpes eſt de bono, qđ qs põt adipiſci. Põt aũt aliqs adipiſci bonũ, uel p ſe, uel per aliũ: & iõ ſpes põt eſſe de actu uirtutis, q̃ eſt in ptãte noſtra conſtitutus: ſed timor eſt de malo, qđ non ſubiacet noſtrę ptãti: & iõ ſemper malũ, qđ timet, eſt à cã extrinſeca. bonum aũt quod ſperatur, põt eſſe, & à cauſa intrinſeca, & à cauſa extrinſeca.

AD 4m dicẽdũ, ꝙ ſicut ſupra dictũ ẽ,* uerecũdia nõ eſt timor de actu ipſo pcti, ſed de turpitudine, uel ignominia, q̃ ꝯſequit ipm̃, q̃ eſt a cã extrinſeca. *q. 41. ar. 4. ad 2. & 3.

ARTICVLVS IIII.

Vtrum timor ipſe timeri poſſit. Med. ar. 4.

AD QVARTVM ſic proceditur. Vr ꝙ timor timeri non poſſit. Omne enim quod timetur, timendo cuſtoditur, ne amittatur: ſicut ille qui timet amittere ſanitatem, timendo cuſtodit eam. ſi igitur timor timeatur, timendo ſe cuſtodiet homo ne h timeat: quod uidetur eſſe inconueniens. 117 Porrecta Per totum.

¶ 2 Præt. Timor eſt quædam fuga: ſed nihil fugit ſeipſum. h ergo timor non timet timorem.

¶ 3 Pręt. Timor eſt de futuro: ſed ille qui timet, iam habet h timorem. non ergo poteſt timere timorem.

SED CONTRA ẽ, qđ hõ põt amare amorẽ, & dolere de dolore. ergo ẽt pari rõne põt timere timorẽ.

RESP. Dicendum, ꝙ ſicut dictum eſt,* Illud ſolũ habet rõnem terribilis, quod ex cã extrinſeca prouenit, non aũt quod prouenit ex uoluntate noſtra. Timor aũt partim prouenit ex cauſa extrinſeca, & partim ſubiacet uoluntati, ꝓuenit qdẽ ex cã extrinſeca, inquantũ eſt paſsio q̃dam ſõs phantaſiam imminentis mali, & ſm̃ hoc põt aliquis timere timorem, n ne. ſ. immineat ei neceſsitas timendi ꝓp ingruentiam alicuius excellentis mali: ſubiacet aũt uoluntati, inquantum appetitus inferior obedit rationi, unde homo poteſt timorem repellere, & ſm̃ hoc timor non poteſt timeri, ut dicit Aug. in li. 83. q.† Sed quia rationibus, quas inducit, aliquis poſſet vti ad oſtendendum ꝙ timor nullo modo timeatur, ideo ad eas reſpondendum eſt. *Ar. præced. concl. m †q. 33. tomo. 4.

AD PRIMVM ergo dicẽdum, ꝙ non omnis timor eſt unus timor: ſed ſecundum diuerſa, quæ timentur, ſunt diuerſi timores. nihil ergo prohibet quin † uno timore aliquis præſeruet ſe ab alio timore, & ſic cuſtodiat ſe non timentem tunc illo timore. †

AD 2m dicendum, ꝙ cum ſit alius timor quo timetur malũ imminens, & alius timor, quo timetur ipſe timor mali imminentis, non ſequitur ꝙ idem fugiat ſeipſum, uel quòd ſit idem fuga ſuiipſius.

AD 3m dicendum, ꝙ propter diuerſitatem timorum

morum iam dictam, timore præsenti potest homo F timere futurum timorem.

ARTICVLVS V.

Vtrum repentina magis timeantur. Med. ar. 5.

228 Porrecta per totum. Inf. q. 48. ar. 3. ad 3. AD QVINTVM sic proceditur. Videtur quod insolita, & repentina non sint magis terribilia. Sicut enim spes est de bono, ita timor est de malo: sed experiẽtia facit ad augmentum spei in bonis. ergo etiam facit ad augmentum timoris in malis.

Ca. 5. ante med. tom. 6. ¶2 Præt. Philosoph dicit in 2. Rhet.* q magis timẽtur non, q acutæ sunt iræ, sed mites, & astuti: cõstat aũt q illi, qui acutæ irę sunt, magis habent subitos mot*. ergo ea, q̃ sunt subita, sunt minus terribilia. G

¶3 Pręt. Quæ sũt subita, min* cõsiderari possũt: sed tãto aliqua magis timent, q̃to magis cõsiderant. vñ

Ca. 8. in fi. t. 5. Philosoph. dicit in 3. Eth. q aliq uident fortes pp ignorantiã, qui si cognouerint q aliud sit, quàm suspicantur, fugiunt. ergo repentina minus timẽtur.

Cap. 6. a medio, tom. 1. SED CONTRA est, qd Aug. dicit in 2. Cõfes.* Timor insolita, & repentina exhorrescit, rebus, quæ amantur aduersantia, dum pręcauet.

Art. 3. RESP. Dicendũ, q sicut supra dictũ est, obiectũ timoris est malũ imminens, qd non de facili repelli põt: hoc aũt ex duobus contingit, s. ex magnitudine mali, & ex debilitate timentis: ad utrunq; aũt H horũ operatur, q aliquid sit insolitũ, & repẽtinũ.* Primo qdẽ facit ad hoc, q malũ imminens maius appareat. oĩa enim corporalia, & bona, & mala q̃to magis cõsiderant, minora apparẽt: & iõ sicut pp diuturnitatẽ dolor pręsentis mali mitigatur, ut pa-

Li. 1. aliquãtulũ a medio. tet per Tullũ in 3. de Tuscul. quæstionib. ita et ex prę-meditatione minuit timor futuri mali. Secũdo, aliquid esse insolitũ, & repentinũ facit ad debilitatẽ timẽtis, inquantũ subtrahit remedia, quæ hõ potest præparare ad repel'endũ futurũ malũ, quę esse non possunt, quando ex improuiso malũ occurrit.

AD PRIMVM ergo dicendũ, q obiectum spei est I bonũ, quod quis põt adipisci: & iõ ea, quæ augmẽtant potestatem hominis, nata sunt augere spem, & eadẽ ratione diminuere timorem: quia timor est de malo, cui nõ de facili põt resisti. Quia igitur experientia facit hoiem magis potentem ad operandum, ideo sicut auget spem, ita diminuit timorem.

AD 2m dicendum, q illi qui habent iram acutã, non occultant eam: & ideo nocumenta ab eis illata non ita sunt repentina, quin præuideantur. sed homines mites, & astuti occultant iram: & ideo nocumentum quod ab eis imminet, non potest pręuideri, sed ex improuiso aduenit. & propter hoc Phi K

Loco citato, arg. losophus dicit, quòd tales magis timentur.

AD 3m dicendũ, q p se loquẽdo, bona, vel mala corporalia i principio maiora apparẽt, cuius rõ ẽ: qa vnũquodq; magis apparet cõtrario iuxta se posito. vñ cũ aliqs statim a paupertate ad diuitias trãsit, pp paupertatẽ pexistẽtẽ diuitias magis ęstimat: & cõrio, diuites statim ad paupertatẽ deuenieẽtes, eã magis horrẽt: & pp hoc malũ repẽtinũ magis timetur, qa magis vr esse malũ. sed põt pp aliqd accidens cõtingere, q magnitudo alicuius mali lateat, puta, cũ hostes se insidiose occultant, & tunc uerũ est, q malũ ex diligẽti cõsideratione fit terribilius.

ARTICVLVS VI.

Vtrum ea, contra, quæ non est remedium, magis timeantur. Medina art. 6. 229 Porrecta per totum.

AD SEXTVM sic procedit. Vr q ea, q̃ nõ hẽnt remediũ, nõ sint magis timẽda. Ad timorẽ.n. requirit, q remaneat aliqua spes salutis, ut supra dictũ est:* sed in malis, q̃ nõ habent remediũ, nulla remanet spes salutis. ergo talia mala nullo mõ timent. *Art. 2.

¶2 Præt. Malo mortis nullũ remedium adhiberi potest, non enim secundum naturam potest esse reditus à morte ad uitam: non tñ mors maxime timetur; ut dicit Philosophus in 2. Rheto.* non ergo ea magis timentur, quæ remedium non habent. *Ca. 5. circa princ. tom. 6.

¶3 Præt. Philosophus dicit in 1. Eth.* q non est magis bonũ quod est diuturni*, eo, qd est unius diei: neque quod est perpetuum, eo, qd nõ est ppetuũ. ergo eadẽ ratione neque maius malũ: sed ea, quæ non habent remediũ, nõ uidentur differre ab alijs, nisi propter diuturnitatẽ, uel perpetuitatẽ. ergo propter hoc non sunt peiora, uel magis timenda. *Ca. 6. parum ante medium, tom. 5.

SED CONTRA est, quod Philosophus dicit in 2. Rhetor.* quòd oĩa timenda sunt terribiliora quæcunque, si peccauerint, corrigi non contingit, aut quorum auxilia non sunt, aut non facilia. *Ca. 5. circa med. tom. 6.

RESP. Dicendũ, q obiectũ timoris est malũ. unde illud q facit ad augmentũ mali, facit ad augmẽtũ timoris: malũ aũt auget non solũ sm speciẽ ipsius mali, sed et sm circunstantias, ut ex supra dictis apparet.* Inter cęteras aũt circũstantias diuturnitas, vel et ppetuitas magis vr facere ad augmentũ mali. Ea.n. q sunt in tpe, sm duratione tpis quodãmõ mẽsurant: unde, si pati aliqd in tpe tanto est malũ, pati idẽ in duplo tpe apprehendit ut duplatũ, & secũdũ hanc rõnẽ pati idẽ in infinito tpe, qd est ppetuo pati hẽt quodãmodo infinitũ augmẽtũ: mala aũt, q̃ postquàm aduenerint, nõ possunt habere remediũ, uel nõ de facili, accipiuntur ut perpetua, uel diuturna: & ideo maxime redduntur timenda. *q. 18. ar. 3.

AD PRIMVM ergo dicendũ, q remediũ mali est duplex. Vnũ, per quod ipeditur futurũ malũ, ne adueniat, & tali remedio sublato auferẽ spes, & p consequens timor: unde de tali remedio nunc nõ loquimur. Aliud remediũ mali est, quo malũ iã præsens remouetur: & de tali remedio nũc loquimur.

AD 2m dicendũ, quod licet mors sit irremediabile malum: tamen quia non imminet de prope, non timetur, ut supra dictum est.* *Art. 2.

AD 3m dicendũ, q Philosophus ibi loquitur de per se bono, quod est bonũ sm speciẽ suã: sic aũt non fit aliquid magis bonũ propter diuturnitatem, vel perpetuitatẽ, sed propter naturã ipsius boni.

QAESTIO XLIII.

De causa timoris, in duos articulos diuisa.

DEINDE considerandum est de causa timoris. & circa hoc quęruntur duo.

¶Primo, Vtrum causa timoris sit amor.

¶Secundo, Vtrum causa timoris sit defectus.

SVPER Q. XLIII. ART. I.

IN q. 43. tota nihil scribẽdũ occurrit nisi ex utroq; articulo attentum te reddere, ut discas cãs passionũ cognoscere, & discernere ex parte obiecti, & subiecti, & secun-

& fcdm fingulas con ditiones obiecti proprias caufas,& diuer fimode cõftituendo eas, fe te thdere ad quæfita de caufis paffionum.

ARTICVLVS PRIMVS. A

Vtrum caufa timoris fit amor.

Medina ar 1.

230 Porrecta per totum. Inf.art.2. co.Et 2.2. q.19.ar.9. ad 3. Et pf.18.

AD PRIMVM fic proceditur. Videtur ꝙ amor nõ fit cã timoris. Illud.n.quod h introducit aliquid, eft caufa eius: fed timor introducit amorem charitatis, ut Aug.dicit fuper Canonicã Ioã.* ergo timor eft caufa amoris, & non econuerfo.

* Tract.9. ante me. † li.2.Rheto,c.5.&6.

¶ 2 Præt. Philofophus dicit in Rhet. † ꝙ illi maxime h timent, a quib. expectam⁹ imminere nobis aliqua mala: fed pp hoc, ꝙ ab aliquo expectamus malum, magis prouocamur ad odium eius, q̃ ad amorem. B ergo timor magis caufat ab odio, quàm ab amore.

q.42.a.3. ¶ 3 Præt. Supra dictum eft, ꝙ ea, quæ funt à nobis ipfis, non habent rationem h terribilium: fed ea, quæ funt ex amore maxime proueniunt ex intimo cordis. ergo timor ex amore non caufatur.

q.33. in prin.to.4. SED CONTRA eft, qđ Aug.dicit in lib.83.q.* Nulli dubium eft, non aliam effe metuendi cãm, nifi ne id, quod amamus, aut adeptũ amittamus, aut non adipifcamur fperatũ. oĩs ergo timor cãtur ex hoc, ꝙ aliquid amamus. amor igitur eft caufa timoris.

RESP. Dicendũ, ꝙ obiecta paffionum aĩæ fe hñt ad eas, tanq̃ formę ad res naturales, uel artificiales: C q̃a paffiones aĩæ fpeciẽ recipiũt ab obiectis, ficut res pdictæ à fuis formis. Sicut igĩ quicquid eft cã formæ, eft cã rei conftitutæ p ipfam: ita ẽt qcqd, & quocunq; modo eft cã obiecti, eft cã paffionis. Cõtingit aũt aliquid effe cã obiecti, uel p modum cãæ efficiẽtis, uel p modũ difpõnis materialis: ficut obiectũ delectationis eft bonũ apparens ꝯueniens cõiunctũ, cuius cã efficiens eft illud, qđ facit coniunctionẽ, uel qđ facit conuenientiã, uel bonitatẽ, uel apparẽtiã hmõi boni: cã aũt p modũ difpõnis materialis eft habitus, uel q̃cunq; difpõ, fm quã fit alicui cõueniens, aut apparens illud bonũ, qđ eft ei D cõiunctũ. Sic igĩ in ꝓpofito, obiectũ timoris eft ęftimatũ malũ futurũ propinquũ, cui refifti de facili nõ põt: & iõ illud, qđ põt inferre tale malũ, eft cã effectiua obiecti timoris, & p ꝯñs ipfius timoris. Illud aũt p qđ aliqs ita difponiĩ, ut aliqd fit ei tale, ẽ cã timoris, & obiecti ei⁹ p modũ difpõnis materialis: & m hoc mõ amor ẽ cã timoris n. Ex hoc.n. ꝙ aliqs amat aliqđ bonũ, fequiĩ ꝙ priuatiuũ talis boni fit ei malũ, & p ꝯñs, ꝙ timeat ipfum tanquàm malũ.

concl. m

* q. præc. art. 1.

AD PRIMVM ergo dicendũ, ꝙ ficut fupra dictũ eft,* Timor p fe, & primò refpicit malũ qđ refugit, quod opponiĩ alicui bono amato: & fic p fe timor E nafciĩ ex amore. fecundario uero refpicit ad id, p quod prouenit tale malũ: & fic per accidens q̃ñq; timor inducit amorem, in quantũ.f. homo q̃ timet puniri a Deo, feruat mandata eius, & fic incipit fperare, & fpes introducit amorẽ, ut fupra dictũ eft*.

*q.40.a.7.

AD 2m dicẽdum, ꝙ ille à quo expectamus mala, primo quidẽ odio hr, fed poftquã ab ipfo iam incipiunt fperari bona, tũc incipit amari. bonũ aũt cui cõtrariatur malũ, qđ timetur, à principio amabaĩ.

AD 3m dicendum, ꝙ rõ illa procedit de eo, qđ eft cã mali terribilis p modũ efficientis: amor aũt eft cã eius per modũ materialis difpofitionis, ut dictũ ẽ.*

* In corp. art.

ARTICVLVS II. A

Vtrum caufa timoris fit defectus.

Medina art.2.

AD SECVNDVM fic proceditur. Videtur ꝙ defectus non fit caufa timoris. Illi.n. qui potentiã habent, maxime h timentur: fed defectus contrariaĩ potentiæ. ergo defectus non eft caufa timoris. 231 Porrecta per totum. Pfal. 26.

¶ 2 Præt. Illi, qui iam decapitantur, maxime funt in h defectu: fed tales non timẽnt, ut dicitur in 2. Rhet. * ergo defectus non eft caufa timoris.

*li.2. Rheto.c.5. circa med. tom 6. †li.2.Rheto.c.5.ante med. to.6.

¶ 3 Præt. Decertare, ex fortitudine ꝓuenit, nõ ex defectu: h fed decertantes timẽt eos, q cũ eifdẽ decer- B tãt, ut dr in 2. Rhet. † ergo defect⁹ nõ ẽ cã timoris.

SED CONTRA. Contrariorum contrariæ funt caufæ: fed diuitiæ, & robur, & multitudo amicorum, & poteftas excludunt timorẽ, ut dicitur in 2. Rhetor. * ergo ex defectu horum timor caufatur.

*Eod.li.& c.poft medi, to.6. *art.præc.

RESP. Dicẽdum, ꝙ ficut fupra dictũ eft, * Duplex cã timoris accipi põt. vna q̃dẽ p modũ materialis difpõnis ex parte eius, qui timet: alia p modũ cãæ efficiẽtis ex parte eius, q̃ timeĩ. m Quantum igitur ad primũ, defectus p fe loquendo, eft cã timoris n. Ex aliquo.n. defectu uirtutis cõtingit, ꝙ non poffit aliquis de facili repellere imminẽs malũ: fed tñ ad C cãndum timorẽ requiritur defectus cũ aliqua menfura. Minor.n. ex defectus, q̃ cãt timorẽ futuri mali, q̃ defectus ꝯñs malũ pfens, de quo eft triftitia: & adhuc effet maior defectus, fi totaliter fenfus mali auferreĩ, uel amor boni, cuius cõtrariũ timeĩ. Quãtũ uero ad fm, uirtus, & robur, p fe loquẽdo, eft cã timoris. ex hoc.n. ꝙ aliquid, qđ apprehẽdiĩ ut nociuũ, eft uirtuofum, ꝯtingit ꝙ eius effectus repelli nõ põt: p ꝯtingit tñ p accidens, ꝙ aliqs defectus ex ifta parte cãt timorẽ, q̃ inquantũ ex aliquo defectu contingit, ꝙ aliquis uelit nocumentũ inferre, puta, pp iniuftitiam, uel q̃a añ læfus fuit, uel quia timet lædi.

concl. m

concl. p

D AD PRIMVM ergo dicendum, ꝙ ratio illa procedit de caufa timoris ex parte caufę efficientis.

AD 2m dicendum, quòd, illi qui iam decapitãtur, funt in paffione præfentis mali: & ideo iftæ defect⁹ excedit menfuram timoris.

AD 3m dicendũ, ꝙ decertantes timẽt nõ pp potẽtiam, qua decretare pfit: fed pp defectũ potẽtię, ex qua cõtingit, quòd fe fuperaturos non confidunt.

QVAESTIO XLIIII.

De effectibus timoris, in quatuor articulos diuifa.

DEINDE confiderandum eft de effectibus timoris. ET circa hoc quæruntur quatuor.

¶ Primo, Vtrum timor faciat cõtractionem.

¶ Secundo, Vtrum faciat confiliatiuos.

¶ Tertio, Vtrum faciat tremorẽ

¶ Quarto, Vtrum impediat operationem. E

SVPER Q. XLIIII. ART. 1.

Medina ar.1.

IN 1.art.q.44. dubiũ occurrit, eo q̃ refponfione ad 3 cõtrariatur corporis. & uniuerfali doctrina de cõfueta mot⁹ corporal s. & mot⁹ a falfo paffionib. nã fcdm uniuerfalẽ doctrinã f corpore radiũ ficut timor cõfiftit i cõtractione animi, ita tranfmutatio illi unita in contractione caloris, & fpirituum: & tamẽ in refponfione ad

232 *Porrecta per totum.* Supra q. 25 art. 1. cor. & q. 45. a. 4. ad 2. & 1.

tertiū dr, q in uerecundia est contractio animi: sed nō naturę corpalis. hoc. n. non stat cum uniuersalitate illius doctrinæ. ¶ Ad hoc dr, q i hmōi passionib. inueniunt duo motus corporales, prim° ab extra ad intus, scdus ab intus ad inferiora, uel superiora: & primus qdē est ille mot°, q ut materia ē passionis: scdus uero effectus potius est, unde dolor, & timor in motu, q est materia passionis, cōueniunt. uterq;. n. est ab extra ad intra: sed in motu q consequit, differūt. Nā ad dolorē sequit motus ad superiora, uel prout opus est, ut in tristione ad scdm dīt In motu motus consequens q̄do q; est ad inferiora & hoc euenit quo ties timor ducit ad frigus ingrossans spiritus: & sic non euenit cum modicus est timor, qualis est etiā uerecūdia cōtractus, siquidē in ea spiritus ad intra, & obiecto timoris nō repugnāte naturæ, sed soli appetitui, non sequit frigus naturæ inimicū: & sic anima diffūdit in faciē ruborē. Semper ergo fit in timore cōtractio ad intus, sed quia non semper fit usq; ad frigus ingrossans: iō in litera negatur cōtractio naturæ corporeæ, non quia non fiat sed q nō fit consūmata usq; ad frig°. In reliquis trib. ar. eiusdē. 44. q. nihil occurrit scribendum.

†q. 41. ar. 4.
†Lib. 4. in fol. 4. a princip. libri.
*Arist. 4. Ethi. c vl. circ. prin. to. 3.
†Lib. 3. Ortho. fidei ca. 23.
*q. 28. ar. 5.
concl. m

ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrum timor faciat contractionem.

AD PRIMVM sic proceditur. Vr q timor nō faciat cōtractionē. Cōtractione. n. facta, calor, & spiritus b ad interiora reuocant: sed ex multitudine caloris, & spirituū in interiorib. magnificat cor ad audacter aliqd aggrediēdū, ut patet ī iratis, cuius cōtrariū i timore accidit. nō ergo timor facit contractionē. ¶ 2 Præ. Multiplicatis spiritib. & calore i interiorib. p cōtractionē sequi, q hō i uocē prorumpat, ut patet i dolentib. sed timētes non emittunt uocem, sed magis redduntur taciturni. ergo timor non facit contractionem. ¶ 3 Pręt. Verecūdia ē qdā species timoris, ut supra dictū ē:† sed uerecūdati rubescūt, ut dicit Tulli. 4. de Tusculanis q.† & Philos. in 4. Ethic.* rubor aūt faciei nō attestat̄ cōtractioni, sed cōrio. nō ergo cōtractio ē effect° timoris. H

SED CONTRA est, q Dā. dicit i 3. lib.† qd̄ timor est uirtus ſm systolem, idest, ſm contractionē.

RESP. Dicēdū, q sicut s. dictū est.* In passionib. aiæ ē sicut formale ipse mot° appetitiuę potētiæ, sicut aūt materiale, transmutatio corporalis quorū unū alteri pportionat: unde ſm similitudinē, & rōnē appetitiui motus sequit corporalis trāsmutatio m. Quantū aūt ad aīalem motū appetitus, timor cōtractionē quādā importat n, cuius ratio ē: qa timor prouenit ex phantasia alicuius mali imminentis, qd̄ difficile repelli pōt, ut supra dictū ē.* Qd̄ aūt aliquid difficile possit repelli, puenit ex debilitate uirtutis, ut supra dictū est.* Virtus aūt q̄to est debilior, tāto ad pauciora se pōt extēdere, & iō ex ipsa imaginatione, q̄ cāt timorē, sequit qdā cōtractio in appetitu: sicut ēt uidem° in moriētib. q natura retrahit ad interiora pp debilitatē uirtutis. Et uidemus ēt in ciuitatibus, q q̄n ciues timēt, retrahunt se ab exterioribus, & recurrūt, quantū possunt, ad interiora: & ſm similitudinē huius cōtractionis, q̄ pertinet ad appetitū aīalem, o sequit ēt in timore ex parte corporis cōtractio caloris, & spirituum ad interiora ¶.

I

*q. 41. a. 2.
*q. 43. a. 2.
concl. p

AD PRIMVM ergo dicendū, q sicut Philos. dicit in lib. de Problematibus.* licet in timētibus retrahat spiritus ab exteriorib. ad interiora, nō tn̄ ē idē motus spirituū in iratis, & timētibus: nā i iratis pp calorē, & subtilitatē spirituū, q̄ pueniūt ex appetitu uindictæ, interius fit spirituū mot° ab inferiorib. ad superiora, & iō cōgregant spirit°, & calor circa cor, ex quo, sequit q irati reddunt prompti, & audaces ad inuadēdū: sed in timētib. pp frigiditatē ingrossautē, spirit° mouent a superiorib. ad inferiora, q̄ qdē frigiditas cōtingit ex imaginatione defect° uirtutis, & iō nō multiplicant calor, & spiritus circa cor, sed magis a corde refugiūt: & pp hoc, timentes nō prompte inuadunt, sed magis refugiūt.

*In sectione, 27. problem. 3. & 9. to. 6.

E

AD 2m dicendum, q naturale est cuilibet dolēti siue hoi, siue animali, q utatur quocunq; auxilio pōt ad repellendū nociuū psens qd̄ infert dolorē. unde uidemus q animalia dolētia pcutiunt, uel faucibus, uel cornibus. Maximū aūt auxiliū ad oia in animalib. est calor, & spiritus: & iō in dolore natura cōseruat calorē, & spiritū interius, ut hoc utat ad repellēdū nociuū. & iō, ut Philos. dicit in lib. de Problematib.* q multiplicatis spiritib. introrsum, & calore, necesse est q emittantur per uocē: & pp hoc dolentes uix se possunt cōtinere, quin clamēt. Sed in timentib. fit motus interioris caloris, & spirituū à corde ad inferiora, ut dictū est:† & iō timor contrariatur formationi uocis, q̄ fit p emissionem spirituū ad superiora p os: & pp hoc timor tacentes facit: & inde est etiam q timor trementes facit, ut dicit Philosoph. in lib. de Problematibus.*

G

*In sectione. 27. problem. 9. tom. 6.
†Ad arg. præced.

AD 3m dicendū, q pericula mortis non solū cōtrariant appetitui animali, sed ēt cōtrariatur naturæ: & pp hoc in hmōi timore nō solū fit cōtractio ex parte appetitus, sed ēt ex parte naturæ corporalis. Sic. n. disponitur animal ex imaginatione mortis cōtrahens calorē ad interiora, sicut qū naturaliter mors imminet: & inde est q timentes mortē pallescunt, ut dr in 4. Ethic.* sed malū qd̄ timet uerecūdia, non opponitur naturę, sed solū appetitui animali: & iō fit qda contractio ſm appetitum animalem, non aūt ſm naturam corporalem: sed magis anima quasi in se cōtracta, uacat ad mationem spirituum, & caloris, unde fit eorum diffusio ad exteriora, & propter hoc uerecundati rubescunt.

*In sectione. 27 problem. 9. & t. to. 6.
*Cap. 9. parum a p. inc.

ARTICVLVS II.

Vtrum timor faciat consiliatiuos.

231 *Porrecta per totum.*

Medina ar. 2.

AD SECVNDVM sic proceditur. Vr q timor non faciat consiliatiuos. Non. n. est eiusdē b consiliatiuos facere, & cōsilium impedire: sed timor cōsilium impedit. omnis enim passio perturbat quietem, quæ requiritur ad bonum usum rationis. ergo timor non facit consiliatiuos. ¶ 2 Præt. Cōsilium est actus rationis de futuris cogitantis, & deliberantis: sed aliqs h timor est excutiēs cogitata, & mētē à suo loco remouet, ut Tull. dicit in 4. de Tusc. quæstionibus.* ergo timor non facit consiliatiuos, sed magis impedit consilium. ¶ 3 Præt. Sicut consilium adhibet ad uitanda mala, ita ēt adhibetur ad consequenda bona: sed sicut timor ē de malis uitādis, ita spes ē de bonis cōsequēdis. ergo timor n̄ facit h magis cōsiliatiuos, q̄ spes.

K

2. 2. q. 7. a. 9 ad 3. & q. 52. a. 2. ad 4. & q. 129 ar. 7. to. 1. Et psal. 12. fi.
*In fol. 4. a princip. lib.
*Cap. 5. post me. to. 6.

SED CONTRA est, quod Philosoph. dicit in 2. Rhethor.* quòd timor consiliatiuos facit.

RESPON. Dicendū, q aliquis pōt dici cōsiliatiu° dupliciter. Vno modo a uoluntate, seu solicitudine consiliandi:m & sic timor consiliatiuos facit,n qa

concl. m

ut Phi-

† Cap. 5. parū ante med. t. 5.

vt Philosophus in 3. Eth.* dicit. Cōsiliamur de magnis, in quib. quasi nobisipsis discredimus. Et aūt, q̃ timorē incutiūt, nō sunt simplr mala, sed hñt quandā magnitudinē, tū ex eo qđ apprehenduntur, vt quę difficiliter repelli pñtur, tum ēt qa apprehendunt ut de prope existētia, sicut iā dictū est*. vñ hoīes maxime in timorib. q̃runt cōsiliari. Alio mō dr̄ aliquis cōsiliatiuus à facultate bene consiliandi, & sic nec timor, nec aliqua passio consiliatiuos facit: qa hoī affecto s̄m aliquā passionē vr̄ aliquid, uel maius, vel minus, q̃ sit s̄m rei ueritatem: sicut amanti vñr ea q̃ amat, meliora, & timenti ea, quæ timet, terribiliora: & sic ex defectu rectitudinis iudicij quælibet passio, quantū est de se, impedit facultatem bene consiliandi. Et per hoc patet rñsio ad primum.

* q. 42. ar. 2.

Ad 2m dicendum, q̄ quāto aliqua passio est fortior, tanto magis hō s̄m ipsam affectus impedit. & ideo qñ timor fuerit fortis, vult quidē hō cōsiliari, sed adeo perturbat in suis cogitationibus, q̄ consiliū adinuenire non pōt. Si aūt sit paruus timor, qui solicitudinē consiliandi inducat, nec multū rōnem conturbet, potest etiam conferre ad facultatem bene consiliandi ratione solicitudinis consequentis.

Ad 3m dicendū, q̄ ēt spes facit consiliatiuos: qa, ut in 2. Rhet.* Philos. dicit. Nullus cōsiliat de his, de quib. desperat, sicut nec de impossibilibus, ut dr̄ in 3. Eth.† timor tñ facit magis cōsiliatiuos q̃ spes, qa spes ē de bono, ꝓut possumus ipsum cōseq: timor aūt de malo, ꝓut uix repelli pōt, & ita magis respicit rōnē difficilis timor, q̃ spes. i difficilib. aūt, maxime i qb. nobis ñ ɔfidim*, ɔsiliamur, sicut dictū est*.

* cap. 5. a med.
† cap. 3. tomo 5.
* In corp. art.

Articvlvs III.

Vtrum timor faciat tremorem.

Medina ar 3.

214 Porrecta per totum.

Ad tertium sic ꝓcedit. Vr̄ q̄ tremor nō sit effectus timoris. Tremor. n. ex frigore accidit: vidēmus. n. infrigidatos tremere. timor aūt nō vr̄ causare h frigus, sed magis calorē desiccantē, cuius signum est, q̄ timentes sitiunt, & præcipue in maximis timoribus, sicut patet in illis, qui ad mortem ducuntur. ergo timor non causat tremorem.

Sup. ar. 1. ad 2. & 1 q. 27. co. 7.

¶ 2 Præt. Emissio supfluitatū ex h calore accidit, vñ vt plurimū medicinæ laxatiuæ sūt calidæ: sed hmōi emissiōes supfluitatū ex timore frequēter ɔtingūt. ergo timor vr̄ cāre calorē, & sic nō cāt tremorem.

¶ 3 Præt. In timore calor ab exterioribus ad interiora h reuocat. Si igit̄ ꝓp huiusmodi reuocationem caloris in exterioribus hō tremit, uidetur similiter, q̄ in omnibus exterioribus membris deberet causari tremor ex timore: hoc autem non uidetur. non ergo tremor corporis est effectus timoris.

Sed contra est, quod Tullius dicit in 4. de Tusculanis quęstionib.* quòd timorem sequit̄ tremor, & pallor, & dentium strepitus.

* lib. 4. in fol. 4. a princ. libri.

Resp. Dicendum, q̄ sicut supra dictum est,* in timore fit quædā contractio ab exterioribus ad interiora: & iō exteriora frigida remanent, & m ꝓp hoc in eis accedit tremor*, qui cātur ex debilitate uirtutis continentis membra. Ad hmōi aūt debilitatē maxime facit defectus caloris, qui est instrumentū, quo anima mouet, ut dicitur in 2. de anima.*

* art. 2. huius quæst.
concl. m
* Text. 50. tom. 2.

Ad primum ergo dicēdū, q̄ calore ab exterioribus ad interiora reuocato, multiplicat̄ calor iteri*, & maxime uersus inferiora, idest, circa nutritiuā: & iō cōsūpto humido cōsequit̄ sitis, & ēt interdū solutio uētris, & urinæ emissio, & qñq; ēt seminis, vel hmōi emissio superfluitatū accidit ꝓp ɔ̄ctionē uentris, & testiculorū, ut Philosophus dicit in lib. de ꝓblematibus.* unde patet solutio ad secundum.

Ad 3m dicendum, q̄ quia in timore calor deserit cor, à superioribus ad inferiora tēdens: iō timentibus maxime tremit cor, & mēbra, q̃ hñt aliquā cōnexionē ad pectus, ubi est cor: vñ timētes maxime tremūt i uoce ꝓp vicinitatē uocalis arteriæ ad cor. tremit ēt labiū inferius, & tota inferior mādibula ꝓp cōtinuationē ad cor, vñ, & strepitus dētiū sequitur: & eadē rōne brachia, & manus tremūt. Vel ēt qa hmōi mēbra sunt magis mobilia, ꝓp qđ, & genua tremunt timentibus, s̄m illud Isaiæ. 35. Confortate manus dissolutas, & genua tremētia roborate.

* In sectione 27. problē. 11. to. 6.

Articvlvs IIII.

Vtrum timor impediat operationem.

Medina art 4.

215 Porrecta per totum.

Ad qvartvm sic proceditur. Videtur q̄ timor impediat operationem. Operatio. n. maxime impeditur ex h perturbatione rationis, quæ dirigit in opere: sed timor perturbat rationem, ut dictū est*. ergo timor impedit operationem.

* ar. 2. huius quæst.

¶ 2 Præt. Illi q faciūt aliqd cū h timore, facilius in opatione deficiūt: sicut si aliqs incedat sup trabem in alto positā, ꝓp timorē de facili cadit, non aūt caderet, si incederet sup eandē trabē in imò positā, ꝓp defectū timoris. ergo timor impedit opeˀōnē.

¶ 3 Præt. Pigritia, siue segnities est qdā species h timoris: sed pigritia impedit operationē. ergo & timor.

Sed contra est, qđ Apostol. dicit ad Philip. 2. Cū metu, & tremore uestrā salutē operamini, qđ non diceret, si timor bonam operationem impediret. timor ergo non impedit bonam operationem.

Resp. Dicendū, q̄ opatio hoīs exterior cātur quidē ab aīa sicut à primo mouente, sed a mēbris corporeis sicut ab instrumentis. Contingit aūt operationē impediri, & ꝓp defectū instrī, & ꝓp defectū principalis mouentis. Ex parte igit̄ instrorum corporaliū timor, quantū est de se, semp natus est impedire exteriorē operationem ꝓp defectū caloris, q ex timore accidit in exterioribus mēbris: m sed ex parte aīæ si sit timor moderatus, nō multū rōnē perturbans, confert ad bene operandū n: inquantū causat quandā solicitudinem, & facit hoīem attentius consiliari, & opari. Si uero timor tñ increscat, q̄ rōnem perturbet, & impedit operationem ēt ex parte animæ: sed de tali timore Apostolus non loquitur. Et per hæc patet responsio ad primum.

concl. m

Ad 2m dicendū, q̄ illi qui cadunt de trabe in alto posita, patiuntur perturbationes imaginationis propter timorem casus imaginati.

Ad 3m dicendū, q̄ omnis timens refugit id quod timet, & ideo cū pigritia sit timor de ipsa operatione inquantū est laboriosa, impedit operationem, quia retrahit uoluntatem ab ipsa: sed timor, qui est de alijs rebus, intantum adiuuat operationem, in-

quantũ inclinat uoluntatem ad operandum ea, per quæ homo effugit id quod timet.

QVAESTIO XLV.

De audacia, in quatuor articulos diuisa.

DEINDE considerandum est de audacia. G

ET circa hoc quæruntur quatuor.

¶Pirmo, Vtrum audacia sit contraria timori.

¶Secundo, Quomodo audacia se habet ad spem.

¶Tertio, De causa audaciæ.

¶Quarto, De effectus ipsius.

ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrum audacia sit contraria timori.

ADPRIMVM sic proceditr̃. Vr̃ q audacia nõ cõtrarietur timori. Dicit.n. Aug. in lib. 83. q. *quòd audacia uitium est. uitiũ autem uirtuti contrariatur, cũ ergo timor non sit uirtus, sed passio uidetur quòd timori non contrarietur audacia.

¶2 Præt. Vni unum est cõtrariũ: sed timori contrariatur spes. nõ ergo contrariatur ei audacia.

¶3 Præt. Vnaqq; passio excludit h passione oppositã: sed id quod excludit per timorem, est securitas. dicit.n. Augu. 2. Confes.* q timor securitati præcauet. ergo securitas contrariatur timori, non ergo audacia.

SED CONTRA est, qđ Philosophus dicit in 2. Rhetor.* quòd audacia est timori contraria.

RESP. Dicicendũ, q de rõne cõtrariorum est, q maxime a se distent, ut dr̃ in 10. Metaph.* Illud autem, quod maxime distat à timore, est audacia. Timor.n. refugit nocumentum futurum pp eius uictoriã super ipsum timẽtem: sed audacia aggredit̃ periculũ imminens pp uictoriã sui supra ipsum periculũ. unde[m] manifeste timori cõtrariat̃ audacia.[n] K

AD PRIMVM ergo dicendũ, q ira, & audacia, & oium passionũ noia dupliciter accipi põt. Vno mõ s̃m qđ important absolute motus appetit[a] sensitiui i aliqđ obiectũ bonũ, uel malum: & sic sũt nomina passionũ. Alio mõ, s̃m qđ simul cũ hmõi motu important recessum ab ordine rationis, & sic sunt nomina uitiorum, & hoc mõ loquit̃ August. de audacia: sed nos loquimur nunc de audacia secundum primum modum.

H AD 2m dicendum, q uni s̃m idẽ non sunt plura cõtraria: sed s̃m diuersa, nihil phibet uni plura cõtrariari: & sic dictũ ẽ supra* q passiones irascibilis habent duplicẽ contrarietatẽ, unam s̃m oppositionẽ boni, & mali, & sic timor contrariat̃ spei: alia s̃m oppositionẽ accessus & recessus, & sic timori contrariatur audacia, spei uero, desperatio.

I AD 3m dicendum, q securitas non significat aliquid cõtrariũ timori, sed solã timoris exclusionẽ. Ille.n. dicitur esse securus q non timet: unde securitas opponitur timori sicut priuatio, audacia aũt sicut cõtrarium: & sicut contrarium includit in se priuationem, ita audacia securitatẽ.

ARTICVLVS II.

Vtrum audacia consequatur spem.

AD SECVNDVM sic procedit̃. Vr̃ q audacia non consequatur spem. Audacia enim est

SVPER QVAEST. XLV. ARTIC. I.

Medina ar. 1.

IN tota quæst. 45. unum occurrit dubium, quomodo.s. malũ sit obiectũ audaciæ. aut.n. est obiectũ eius p se, aut p accidẽs, si per se, ergo motus appetitus, prosecutiuus est per se respectu mali, cuius oppositũ, dictũ est, & oẽs fatentur dicentes, malum esse qd oia fugiunt: sicut bonum*, quod omnia appetunt. si p accidens, ergo habet aliquid aliud per se obiectum, sicut patet in cæteris operationibus sensus, intellectus, & appetitus. Dicunt̃ n. aliqua per accidens uisa, audita intellecta, appetita: qa pp alia uisa, sensata, cognita, desiderata attinguntur. & tunc q̃ratur quod est obiectum per se audaciæ, an bonum, an malũ. Et augetur difficultas, qa author uarie loqui uidetur in arti. 2. ad tertium expresse dicens, audaciam respicere malũ & in articu. 4. ad 2. dicens. obiectum audaciæ esse compositum ex bono, & malo.

236 Porrecta per totum. Sup. q. 23. arti. 2. co. fin. Et inf. pñti q. arti. 3. co. Et 2. 2. q. 123. ar. 3. ad 3. & q. 129. art. 6. ad scdm.

AD 3ᵐ dicendum, ꝙ gradus illi iræ distinguuntur secundum effectum iræ, non autem secundum diuersam perfectionem ipsius motus iræ.

SVPER Q. XLVI. ART. VIII.

247 Porrella per totum. 2. 2 q. 158 ar. 5.

Medina ar. 8.

OMisso 7. artic. in quo diligẽter notabis, & memorię mãdabis distinctionem iræ ex imaginatione, & rõne, & aduertes, ꝙ cũ scientificus sermo de ira est, intelligitur de ira ex ratione nunciante.

¶ In 8. l rñsiõe ad primam aduerte, ꝙ autor non aperit intentionẽ suã, an putauerit hasce spẽs eẽ uera Et posset forte dici, ꝙ non sunt neręspẽs ex parte obiecti scd̃m cuius p se drĩas passionũ drĩę sumuntur quis ex parte subiecti specifice distinguantur. Obiectũ. n. ois iræ ono idẽ est. sed ex dispõne uaria fulta. s. celeritate, choleræ memoria, uel appetitu ipsa dinesificat pp ꝙ nõ uideo nisi accidẽtales dr̃ as licet fitoia liter accidẽtales, ut album, & nigrũ ad aĩal.

* Lib. 2. Orthodo. fidei cap. 16.

χολὴ
μῆνις
κότος
θύμωσις
θυμὸς

* Lib. 4. in fol. 5. a princ. lib.

† Lib. 2. c. 16.

* Ca. 5. circa princ.

ARTICVLVS VIII.

Vtrum conuenienter assignentur species iræ. D

AD OCTAVVM sic pcedit. Vr̃ ꝙ Dama.* in cõuenienter assignet tres species iræ. s. fel, maniã & furorẽ. Nullius. n. gñis species diuersificant s̃m aliqđ ʰ accidẽs: sed ista tria diuersificant s̃m aliqđ accidens. principiũ. n. motus iræ, fel vocatur: ira aũt permanens dr̃ mania: furor autẽ est ita obseruans tp̃s in vindictam. ergo non sunt diuersæ spẽs irę. E

¶ 2 Præt. Tullius in 4. de Tusculanis qõnibus, dicit ꝙ excãdescẽtia Gręce dr̃, thymosis, & est ira mõ nascẽs, & mõ desistens. thymosis ãt s̃m Dam. † est idẽ qđ furor. ʰ non ergo furor tp̃s quærit ad uindictam, sed tpe deficit.

¶ 3 Præt. ʰ Greg 22. Moraliũ* ponit tres ʰ gradus iræ. s. iram sine uoce, & ira cum uoce, & irã cũ uerbo expresso, s̃m illa tria, quę Dñs ponit Matth. 5. Qui irascit

QVAESTIO XLVII.

De causa effectiua iræ, & de remedijs eius, in quatuor articulos diuisa. D

DEINDE considerandum est de causa effectiua iræ & de remedijs eius.

ET circa hoc quæruntur quatuor.

¶ Primo, Vtrum semper motiuũ iræ sit aliquid factum contra eum, qui irascitur.

¶ Scd̃o, Vtrum sola paruipẽsio, uel despectio sit motiuũ iræ.

¶ Tertio, De causa iræ ex parte irascentis.

¶ Quarto, De causa iræ ex parte eius, contra quem aliquis irascitur.

ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrum semper motiuum iræ sit aliquid factum contra eum, qui irascitur.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur, ꝙ non semp aliquis irascatur pp aliquid cõtra se factũ. Hõ. n. peccando, nihil contra Deum facere põt. Dr̃. n. Iob. 35. Si multiplicatę fuerint

SVPER Q. XLVI. XLVII. XLVIII. ART. I.

Medina art. 1.

CIrca qõ 46. 47. & 48. simul nota diffinitionẽ irę positam ab Aris. l 2. Rhe Ira ẽ appetitus cũ tristitia, ac spe punitionis apparentis, pp apparentẽ paruipensionẽ eorum, q̃ in ipsum, aut in ipsius aliqua non conuenientẽ. Ex qua diffinitione uidere potes in primis iram passionem cõpositã ex tristitia, & spe, & causis, & consequenter ex malo, & bono ac p hoc ex parte tristitiæ malo desectus & uniuersaliter con tristãtia disponũt ad irã, & in quibus tristitia accepta pmanet, aut renouatur, ita quoque facile surgit. Ex parte uero spei audacia, delectatioq; cõsequitur tam in cogitando, q̃ in sperata præsentia vindictæ.

248 Porrella per totum.

Ex parte

iniquitates tuæ, quid faciesʒ 1 lū dicitur tñ Deus irasci contra hoĩes pp peccata, secūdū illud psal. 105. Iratus est furore dñs in populum suū. ergo non semper aliquis irascitur propter aliquid contra se factum.

¶2 Pręt. Ira appetitus uindictę: sed aliquis appetit uindictā facere, ēt de his, q̄ h contra alios fiunt. ergo non semper motiuū iræ est aliquid contra nos factū.

¶3 Præt. Sicut Philosoph. dicit in 2. Rhet.[*] hoĩes irascunt p̄cipue contra eos, q despiciunt ea circa q̄ ipsi maxime studēt: sicut q studēt in philosophia, irascunt ʒ eos, q philosophiā despiciūt, & simile est in alijs: sed despicere philosophiā nō est nocere ipsi studēti. nō ergo sp irascimur propter id, quod contra nos fit.

¶4 Præt. Ille, q tacet ʒ contumeliantē, magis ipsum ad irā ꝓuocat: ut dicit Chryso. sed in hoc cōtra ipsū nihil agit, q tacet. ergo nō sp ira alicuius ꝓuocatur pp aliquid, qđ contra ipsum fit.

SED CONTRA est qđ Philosophus dicit in 2. Rhe.[*] q ira fit sp ex his, quæ ad seipsum: inimicitia aūt & sine his, q̄ ad ipsum. si .n. putemus talem esse, odimus.

RESPON. Dicendū, q sicut supra dictū est,[a] Ira est appetitus nocēdi alteri sub rōne iusti vindicatiui. Vindicta aut locū non G hēt, nisi ubi p̄cessit iniuria, nec iniuria ois ad uindictā ꝓuocat sed illa sola, quæ ad eū pertinet q appetit uindictam. Sicut. n. unūquodq; naturaliter appetit proprium bonū, ita ēt naturaliter repellit proprium malū: iniuria aūt ab aliquo facta non ptinet ad aliquē, nisi aliqd fecerit qđ aliquo mō fit cōtra ipsū. vñ sequit qđ[*] motiuū iræ alicuius sp sit aliqd cōtra ipsum factū.

H AD PRIMUM ergo dicendū, q ira non dr̄ in Deo scd̄m passionem animi, scd scd̄m iudiciū iustitiæ prout vult uindictā facere de peccato. Peccator. n. peccādo, Deo nihil nocere effectiue pōt, tñ ex parte sua dupliciter ʒ Deū agit, Primo quidem inquātū eū in suis mandatis contēnit.

Ex parte aūt successus speratæ uindictæ ad tristitiā, delectatio F tanto est maior, quanto & medicinæ contra posiq hēt rōnē. De inde hēt nb estum nti nnq; s rem, & personā, res est punit o ap parens persona est ts, qui paruipendit. Ea parte punitionis appetitæ & speratæ uide, q nō est ira ad excellentes psonas, quas nō speramus posse punire nisi pro q̄to (eū alieno adiutorio. puta, diuino) speramus punire: scilicet esset excellens psona respectu irati absolute, nō tñ respectu eius eum adiutorio. q̄. n. p amicos possumus, p nos aliquo mō possum[*]: ut dr̄ 3. Eth. Et q ira nō est nisi ad quos est iustitia punit. o. n. ad iustitiā spectat: & q est finita, & mēsurata punitio cū punibili cōmēsurat & hic multis factis placatur[*].

[*] Cap. 2. post me. to, 6.

Ea parte uero apparētis uide. q ira nō est ad mortuos. scd̄m se, nec ad insensibilia, q bus nō pōt apparere punitio, & q irat[*] appetat punitionē sic vt sentiat punit[*] qd à quo & ꝓ quo patit, ut ī 2. Rhe. dr̄ ex psona vero hēs, q ira non est nisi ad singulares psonas qm̄ singulariū est paruipendere. hēs deinceps cām iræ apparentē paruipensionem: vñ uides ex parte irati cām iræ aliquā excellentiā, quā lædit paruipensio. & ex parte eius cui irascimur, defectum quē dedecet paruipēdere excellentē. deniq; hēs irā non ex qualibet, sed ex cōtra se, uel sua apparente paruipensione cōsurgere. viu dicta n. pro se, uel suis al quo mō fit extraneas. n. oīno iniurias non curamus. Et demū inconuenientē, seu iniustam oportere apparere paruipēsionē uides, si ira exe tati dēt: q̄. n. iuste patiemur, non quærimus uendicare, ut experientia cōmunia testatur in iudicijs. Ex quibus nulla m hi vr clarior dña, qua possit odiū ab ira discerni, q̄ q ira est appetitus mali, ita q sentiat se punitum pro tali: retin odio aūt appetitus est solius mali. Et si uelerūt ea primere affectus suos, saltē in hoc discernetur, si appetierūt malum pro uindicta, seu punitione, aut simpliciter, ut hēat malū: illud. n. ad iram, hoc ad odiū spectat. Et hæc de passionibus dicta sufficiant: nihil. n. aliud pro nunc scribendū occurrit in particulari. Restant in calce totius tractatus, de actibus appetitus tā intellectiui, q̄ sensitiui, aliqua dubia simpliciter, & ad hominem diuum sanctum Thomam.

• Primum est. an præter decē. & septem actus appetitus iā tractatos, sex proprios cōnalibus, & undecim cōes, sint alij actus appetitus distincti specie in esse naturæ ab istis, an sint soli supradicti. Quòd. n. nō sint plures, ex hoc suadet quia diminutus author fuisset omittendo illos, q uero sint plures, ex duobus probatur. primo quare præter omnes dictos est actus uolitionis, seu nolle in uoluntate, de quo non est tractatum.

¶ Secundo, quare p̄ter oēs dictos est in uoluntate actus neuter, quo uoluntas vult bonum absolute, non pp se, nec pp aliud: & quod sit ponendus in uoluntate hic actus neuter, probatur inquit Scotus in 1. sent. dist. 1. q. 3. ar. 1. Voluntas potest ostendi aliquod obiectum bonum absolute apprehēsum, non sub rōne per se, nec propter aliud boni, & uoluntas pōt habere circa tale obiectum aliquem actum, & non necessario inordinatum. ergo potest habere aliquem actum uolendi neutrum. i. nec propter se, nec pp aliud: de hoc autē actu nō est tractatum, ergo assumptum patet, cum quandoq; primo offeratur bonum: & deinde d scrutatur an sit bonum propter se, an propter aliud.

¶ Tertiū dubium est, an oēs undecim actus appetitus, quos passiones dicimus, ut sunt in uoluntate, sint actus uoluntatis specifice distincti in esse naturæ, an nolli sint aliqui sic, & aliqui nō: & an coincidāt cū illis sex in esse naturæ, an sint alij specifice ab illis. Quòd. n. distinguant spē. ex distinctione obiectorū, apparet q uero non distinguant, ex eleuatione inferiorū in superiorem naturā, vf. dispersa. n. inferioribus uniuntur in superiori, q coincidant cū illis sex, inductiue manifestari, pōt amare. n. desiderare, sperare, audere, irasci, uelle, quoddā est, q non coincidāt, apparet ex eo, q seor sum tractatæ sunt. Vt. n. patet in q. 28. ar. 6. & p totū immediate hūc tractatū de passionibus, examinatæ sunt nō solū ut in appetitu sēsitiuo, sed ēt in intellectiuo sunt.

[*] Ca. 4. declinando ad fin. to. 6.

[*] q. 46. ar. 6.

¶ ad primū dubiū dr̄, quod p̄ter dictos decem & septem actus, nullus est alius actus: qm̄ nolle nō est alius a p̄dictis, & actus neuter non dat, ut patebit, nec alius aliq̃s apparet. De nolle in primis dupliciter dicit p̄t primo q nolle coincidit cū uelle: qm̄ oīno nihil aliud signat nolle[*] q̄ uelle nō. Et ad hoc est authoritas S. Tho. supius in q. 6. ar. 3. ad scdm & in 1. sen. d. 6. in expositione lrę. & distin. 46. ad scdm. In oībus. n. his locis vult quòd nolle significat actū uolēdi cū negatione obiecti: sed qm̄ bonū, & malū sūt obiecta appetitus, q̄ui a malō scd̄a lo, & bonum est q oīa appetūt, malū uero quod oīa fugiunt: rationabile est, ut in primo appetitu quorum est rationabilis, fit actus consonus utriq; obiecto: prosecutio. s. respectu boni, & fuga respectu mali: ac p hoc sicut uelle inest pro prosecutione, ita nolle p I fuga. illius n obiectum propriū est bonū, huius aūt malū: & hoc est tenendum, & scd̄m rem, & scd̄m mentem authoris: ut patet superius in q 8. ar. 1. ad primum, ubi ex proposito hoc tractat tanquā in proprio loco: nec oppositum sensit in locis prætinductis, sed tantummodo exposuit p uelle tanquā notius significatum per nolle. Dic ergo q nolle, significat actum positiuū refutatiuum obiecti: & quia fuga in appetitu est sicut negatio in intellectu, ut dr̄ in 6. Ethi. ideo hic actus declaratus est per uelle nō non fuit tñ tacitus ab authore in hoc tractatu actus istius nolitionis, sed inquantum est proprius uoluntati tractatus est cū suo contrario. s. uelle. Oppositorum. n. Eadē est disciplina. Et assignatum est ei obiectum. s. malū, & dictum quid est. s. fuga, ut patet in loco allegato. Inquantum uero rationem habet cōem cū passionibus tractatū est in tractu de odio, & opposito desiderij, desperatione ac timore: sunt n. in uoluntate hæc, nolitiones: & ut dictum est, uniuersaliter passiones tractatæ sunt tam pro pas- K sionibus, q̄ pro actibus uolūtatis similibus passionibus. De actu aūt neutro, q non detur facile, manifestum fit ex hoc, Cum appetitur bonum absolute, concurrunt duæ conditiones in obiecto. s. bonitas terminans actum appetitus, negatio ordinis ad aliud, propter quod appetatur. fertur. n. uoluntas in bonū absolute representatū, sic q appetit ipsum, & non appetit ipsum pp aliud. Ex hoc aūt ulterius procedendo adiuncto, quod bonum pp se non exponitur positiue, sed negatiue: quia sicut nihil est à se positiue sed negatiue, idest non ab alio: ita nihil est propter se positiue sed negatiue, idest non propter aliud, uidebis q cum bonum absolute appetitur, uerus assensus uoluntatis est ad bonum ut finem, & pp se, & non est actus neuter. Et per hoc patet solutio rationis: tam n. patet q est implicatio in adiecto dicere q bonum representatur absolute, & non propter se, nec ꝓpter aliud. Bonum. n. absolute est propter se negatiue: & hoc modo intelligitur pp se, ut distinguit cōtra pp aliud: sicut intelligitur

cum

eũ diſtinguitur ens à ſe contra ens ab alio. Sed aduerte Nouitie, ꝙ ſp ſubintelligit̃ bonũ ſubſtãtũ alioquin pp ſe diceretur de chimæra.qd.n.eſt bonũ non pp eliud, eſt bonũ pp ſe.Quòd ſi cõcédet.quis,ꝙ ſumit pp ſe poſit ue manifeſte diſtinguit bonum pp aliud cõtra nullũ bonũ nõ datur .n. bonum pp ſe poſitiue,niſi ſingatur aliquid quod ſit poſitiue finis ſuiipſius.

¶ Ad ſcdm dubiũ dico,ꝙ nõ uideom re, aut in authore diſtinctiuné ſpecificã in eſſe naturæ actuũ, qui paſſiones dñr in uolũtate poſitorũ, ſed oẽs pter triſtitiam,ad ſupte noſatos ſeptem actus.ſ.uelle, nolle, frui,intendere, eligere,cõſentire,& uti,reduci puto. Author ſi quidẽ ſupius in q.1. ar.2. eũ primũ particulares cõditiones di-

249 *Porrecta per totum.* ſtinguere paſſiones partis ſenſitiuæ,affirmens, oppoſitiq; in parte intellectiuæ inſinuans,amoré.& deſiderũ in parte ſenſitiua, nõ intellectiua diſtingui ſcdm ſpẽm innuit: & ſi de delectatione in uolũtate, & aliis paſſionib. idẽ ſẽſiſſet, nõ poſuiſſet fruitionẽ ſolã ſpẽ diſtinctã ab aliis actibus uolũtatis:ſed tractaſſet de ea in tractatu de delectatione, cum ſit eius ſpẽs. Ad naturã aũt terũ aſpiciendo, neſcio itã in uolontate,niſi uelle oĩa dictã: & amoré,oĩſ uelle bonũ ſibi,uel alteri &c.Triſtitiã ãt õ excep: quia cõtraria eiuſdẽ gñis ſunt, & eadẽ eſt eorũ diſciplina : ac p hoc cũ delectatio in uolũtate diſtinctus ſit ſpẽ actus à uelle,& aliis actibus conſequens eſt ut triſtitia, q ei eſt cõtraria ſit etiã ſpẽ diſtinctus actus a nolle,& cæteris,nec pp e diminutus eſt authori ſim,& ponẽdo fruitionem ſpẽm p ſe in uolũtate, iſinuauit triſtitiã. oppoſitorũ.n.eadem eſt diſciplinæ: & tractando de delectatione,& triſtitia,expreſſe tradidit triſtitiem cõtrariã delectationi in uolũtate,ut patet, ſuperius in q. 35. &

Lo.f. ar.3. & 4. cor.

*Li.2.Ortho. fidei c.16.

*Ca.8.cir. med.to.6

*Ca.2.to. 6.

*Ca.2.in prin.to.6

concl. m

*Cap. c. paulopoſt prin. to.6

ſic ſi decẽ, & ſeptẽ ſupradictis eddant, hi duo actus.ſ.nolle, & triſtari, erunt in uniuerſo actus decem,& nouẽ appetitus diſtincti ſpẽ in eſſe naturæ cõprehendendo ſub fruitione oẽm delectationem uolũtatis.

Secundo inquantũ nocumentũ aliqđ infert alicui,uel ſibi uel alteri,quod ad Deũ ptinet, ꝓut ille cui nocumẽtũ infert,ſub Dei ꝓuidentia,& tutela continet̃.

Ad 2m dicendũ, ꝙ iraſcimur ꝫ illos,qui alijs nocent, & uindictam apperimus, inquantũ illi, quibus nocet̃, aliquo modo ad nos ptinẽt uel p aliquam affinitatem, uel p amicitiam, uel ſaltem per communionem naturę.

Ad 3m dicendũ, ꝙ id,in quo maxime ſtudemus, reputamus eſſe bonũ nr̃m:& iõ cũ illud deſpicit̃, reputamus nos quoq; deſpici, & arbitramur nos læſos.

Ad 4m dicendũ,ꝙ tunc aliqs tacẽs ad irã ꝓuocat iniuriantẽ, qñ vr̃ ex contẽptu tacere,quaſi paruipẽdat alterius irã: ipſa aũt paruipenſio quidam actus eſt.

Articvlvs II.

Vtrum ſola paruipenſio, vel deſpectio ſit motiuum iræ.

AD secvndvm ſic ꝓceditur. Vr̃ ꝙ non ſola paruipẽſio, uel deſpectio ſit motiuũ iræ. Dicit.n.Dama.* ꝙ iniuriã paſſi,uel æſtimantes pati, iraſcimur: ſed nõ põt iniuriã pati ẽt abſq; deſpectu,uel paruipẽſione.ergo ſi ſola paruipẽſio eſt iræ motiuũ.

¶ 2 Præt. Eiuſdẽ eſt appetere hõ norẽ, & cõtriſtari de paruipenſione: ſed bruta aĩalia nõ appetunt honorẽ.ergo nõ contriſtãtur de paruipẽſione,& tñ in eis ꝓuocat̃ ira pp hoc,ꝙ vulnerantur, ut dicit Philoſophus in 3. Ethi.* ergo nõ ſola paruipenſio uidetur eſſe motiuum iræ.

¶ 3 Præt. Philoſophus in 2. Rhe. *ponit̃ multas alias cãs, iræ,puta oblinionẽ, & exultationẽ in infortunijs,denũtiationẽ malorum,impedimentũ conſequẽdæ ꝓpriæ uoluntatis.non ergo ſola paruipenſio eſt ꝓuocatiuũ iræ.

Sed contra eſt,qđ Philoſ.dicit in 2.Rhe.* ꝙ ira eſt appetitus cũ triſtitia punitionis propter apparentem paruipenſionẽ nõ conuenienter factam.

Resp. Dicendũ,ꝙ *oẽs cauſæ iræ reducunt̃ ad paruipẽſionẽ.* Sũt.n.tres ſpẽs paruipẽſionis vt dr̃ ĩ 2. Rhe.* ſ.deſpectus,epireaſmus.i.impedimẽtũ uolũtatis implendæ,& cõtumeliatio: & ad hæc tria oĩa motiua iræ reducũtur. cuius rõ põt accipi duplex. Prima eſt qa ira appetit nocumentũ alterius,inquantũ hẽt rõnẽ iuſti vindicatiui:& iõ intm̃ q̃rit vindictã, iquãtũ vr̃ eſſe iuſta. Iuſta aũt uindicta nõ fit niſi de eo,qđ eſt iniuſte factũ: & iõ ꝓuocatiuũ ad irã ſp eſt aliqd ſub rõne iniuſti. vñ dicit Philoſophus in 2. Rhet.* ꝙ ſi hoĩes putauerint ab eis qui læſerunt, eſſe iuſte paſſos,non iraſcuntur:non.n.fit ira ad iuſtum. Contingit aũt tripliciter nocumentum alicui inferri.ſ.ex ignorãtia,ex paſſione,& ex electione. Tũc.n.aliqs maxime iniuſtũ facit,qñ ex electione,uel induſtria uel ex certa malitia nocumentũ infert, ut dr̃ in 5. Ethic.* & iõ maxime iraſcimur ꝫ illos quos,putamus ex induſtria nobis nocuiſſe. Si.n.putemus aliquos uel p ignorãtiã,uel ex paſſione nobis intuliſſe iniuriã,uel nõ iraſcimur contra eos, uel multominus. Agere.n.aliqd ex ignorãtia,uel ex paſſione diminuit rõnẽ iniuriæ,& eſt quodammõ ꝓuocatiuũ miſericordię,& ueniæ:illi aũt q ex induſtria nocumentũ inferunt,ex cõtemptu peccare uident̃,& iõ cõtra eos maxime iraſcimur. Vñ Philoſophus dicit in 2.Ret.* ꝙ his,qui pp irã aliquid fecerunt aut nõ iraſcimur,aut minus iraſcimur:non enim pp paruipenſionem uident̃ egiſſe. Secunda rõ eſt,quia paruipenſio excellentiæ hoĩs opponit̃: quæ enim homines nullo modo putãt digna eſſe, paruipendũt, ut dr̃ in 2.Rhe.* Ex omnibus aũt bonis noſtris aliquam excellentiã quærimus: & ideo quodcunq; nocumentum nobis inferat̃, inquantum excellentiæ derogat uidetur ad paruipenſionem pertinere.

*Ca. 1 nõ procul a ſi.to.6.

*Ca. 5.& 8.to.5.

*Ce.3.cir. med.to.6

*Ca.2.nõ procul a prin.to.6

Ad primvm ergo dicendum, ꝙ ex quacunque alia cã aliquis iniuriã patiat̃,q̃ ex contemptu, illa cã minuit rõnem iniuriæ:ſed ſolus contẽptus, uel paruipẽſio rõnẽ iræ auget, & iõ eſt p ſe cã iraſcẽdi.

Ad 2m dicẽdũ,ꝙ licet aĩal brutũ nõ appetat honorẽ ſub rõne honoris, appetit tñ naturalr̃ quãdã excellẽtiã,& iraſcit̃ ꝫ ea, q̃ illi excellẽtię derogãt.

Ad 3m dicendum, ꝙ omnes illæ cauſę ad quandã paruipenſionem reducunt̃. Obliuio.n.paruipenſionis eſt euidens ſignũ: ea.n.q̃ magna ęſtimamus, magis memorię infigimus. Similiter ex quadã paruipenſione eſt, quòd aliquis non uereat̃ contriſtare aliquem,denuntiãdo ſibi aliqua triſtitia. Qui ẽt in infortunijs alicuius hilaritatis ſigna oſdit, vr̃ parũ curare de bono,uel malo eius. Similiter ẽt,q impedit aliquẽ à ſui ꝓpoſiti aſſecutiõe,nõ pp aliquã vtilitatẽ ſibi inde ꝓuenientem, nõ vr̃ multum curare de amicitia eius: & ideo omnia talia inquantũ ſunt ſigna contemptus,ſunt prouocatiua irę.

Articvlvs III.

Vtrum excellentia iraſcentis ſit cauſa iræ.

AD tertivm ſic ꝓceditur. Vr̃ ꝙ excellentia alicuius non ſit cã,ꝙ facilius iraſcat̃. Dicit.n.Philoſoph.in 2.Rhe.* ꝙ maxime aliqui iraſcuntur, cũ triſtant̃,ut infirmi,& egentes,& q non hñt id, qđ cõcupiſcunt:ſed oĩa iſta ad defectum ptinere vñr. ergo magis facit ꝓnũ ad irã defectus,q̃ excellẽtia. — 250 *Porrecta per totum.*

¶ 2 Pręt. Philoſophus dicit ibidẽ, * ꝙ tũc aliqui maxime

*Ce.2.cir med. to. 6.

*Cap.2.a med.to.6

xime irascuntur, qñ in eis despicitur id, de quo pôt esse suspicio, q̃ uel non insit eis, uel quòd sit in eis debiliter: sed cum putant se multum excellere in illis, in quibus despiciuntur, non curant, sed pdicta suspicio ex defectu prouenit. ergo defectus est magis causa quòd aliquis irascatur, quàm excellentia.

¶3 Præt. Ea, q̃ ad excellẽtiã ptinent, maxime faciũt hoies iucũdos, & bonæ spei eẽ: sed Philosophus dicit in 2. Rhet.* q̃ in ludo, in risu, in festo, in prosperitate, in consummatione operum, in delectatione non turpi, & in spe optima, homines non irascuntur. ergo excellentia non est causa iræ.

*Ca. 3. circa med. to. 6.

Sed contra est, qđ Philoso. in eodem libro dicit,* q̃ hoies propter excellentiam indignantur.

*Ca. 9. to. 6.

Respon. Dicendũ, q̃ cã iræ in eo, qui irascit, dupliciter accipi pôt. Vno mõ fm habitudinẽ ad motiuũ iræ, & sic excellentia est cã ut aliqs de facili irascat.* est. n. motiuũ iræ iniusta paruipensio, ut dictũ est.* cõstat aũt, q̃ quanto aliqs est excellentior, iniustius paruipendit in hoc, in quo excellit. & iõ illi qui sunt in aliqua excellentia, maxime irascunt si paruipendant: puta, si diues paruipendit in pecunia, & rhetor in loquendo, & sic de alijs. Alio mõ pôt considerari cã iræ in eo qui irascit, ex parte dispositionis, q̃ in eo relinquit ex tali motiuo. Manifestũ est aũt, q̃ nihil mouet ad irã, nisi nocumentũ qđ contristat: ea aũt q̃ ad defectũ ptinent, maxime sunt contristantia, qa hoies defectibus subiacẽtes facilius lædunt. Et ista est cã quare hoies, q̃ sunt infirmi, uel in alijs defectibus, facilius irascunt, qa facilius cõtristant. Et p hoc patet rñsio ad primum.

*concl. *Art. pce.

Ad 2m dicẽdũ, q̃ ille, qui despicitur in eo, in quo manifeste multum excellit, non reputat se aliquam iacturã pati, & iõ non contristatur, & ex hac parte minus irascitur: sed ex alia parte inquãtũ indignius despicitur, hẽt maiorem rõnem irascendi, nisi forte reputet se non inuideri, uel subsannari pp despectum, sed pp ignorãtiam, uel propter aliud hmõi.

Ad 3m dicendum, q̃ oĩa illa impediunt irã, inquãtũ impediunt tristitiã: sed ex alia pte natã sunt prouocare irã, fm qđ faciũt hoiem icõuenientius despici.

Articvlvs IIII.

Vtrum defectus alicuius sit causa, vt contra eum facilius irascamur.

151 Porrecta per totum.

Ad quartvm sic proceditur. Vr q̃ defectus alicuius non sit cã, ut cõtra ipsum facilius irascamur. Dicit. n. Philo. in 2. Rhe.* q̃ his, qui confitentur, & pœnitent, & humilianť, nõ irascimur, sed magis ad eos mitescimus, vñ & canes nõ mordẽt eos, q̃ residẽt: sed hoc ptinet ad paruitatẽ, & defectũ. ergo paruitas alicuius est cã ut minus irascamur.

*Ca. 3. parũ a prin cip. to. 6.

¶2 Præt. Nullus est maior defectus q̃ mortis: sed ad mortuos desinit ira. ergo defectus alicuius non est causa prouocatiua iræ contra ipsum.

¶3 Præt. Nullus æstimat aliquẽ paruũ ex hoc, q̃ est sibi amicus: sed ad amicos si nos offenderint, uel si nõ iuuerint, magis offendimur. vñ dr in ps. 54. Si inimic9 me9 maledixisset mihi, sustinuissẽ utiq;. ergo defect9 alicui9 nõ est cã ut ꝯ ipsũ facil9 irascamur.

Sed contra est, q̃ Philosophus dicit in 2. Rhe.* quòd diues irascitur contra pauperem, si cum despiciat, & principans contra subditum.

*Cap. 2. a med. to. 6.

Resp. Dicendũ, q̃ sicut iam ẽ dictũ est,* Indigna despectio est maxime prouocatiua iræ.* Defectus igit uel paruitas eius ꝯ quẽ irascimur, facit ad augmentum iræ inquantũ auget indignã despectiõne. Sicut. n. quãto aliquis est maior, tãto indignius despicit: ita quãto aliqs est minor, tanto indignius despicit. & iõ nobiles irascunť si despiciant a rusticis, uel sapiẽtes ab insipiẽtibus, uel dñi a seruis. Si uero paruitas, uel defectus diminuat despectiõnẽ indignã, talis paruitas non auget, sed diminuit irã: & hoc mõ illi, qui pœnitẽt de iniurijs factis, & cõfitentur se male fecisse, & humilianť, & ueniã petũt mitigant irã, fcđm illud Prouerb. 15. Responsio mollis frangit irã inquantũ. s. tales uidentur non despicere, sed magis magnipendere eos, quibus se humiliant. Et per hoc patet responsio ad primum.

*Art. 2. & 3. concl.

Ad 2m dicẽdum, q̃ duplex est cã, quare ad mortuos cessat ira. Vna, qa non psũt dolere, & sentire, qđ maxime qrunt irati in his, qbus irascuntur. Alio modo, qa iã uidentur ad ultimũ malorum peruenisse: vñ ẽt ad quoscunq; grauiter læsos cessat ira, inquãtũ eorũ malũ excedit mẽsurã iustę retributiõis.

Ad 3m dicendum, q̃ etiam despectio, quæ est ab amicis, vr esse magis indigna: & ideo ex simili causa magis irascimur contra eos si despiciant uel nocendo, uel non iuuando, sicut, & contra minores.

QVAESTIO XLVIII.

De effectibus iræ, in quatuor articulos diuisa.

Deinde considerãdum est de effectibus iræ. Et circa hoc quæruntur quatuor.

¶ Primo, Vtrum ira causet delectationem.

¶ Secũdo, Vtrum maxime causet feruorẽ in corde

¶ Tertio, Vtrum maxime impediat rationis usum.

¶ Quarto, Vtrum causet taciturnitatem.

Articvlvs I.

Vtrum ira causet delectationem.

Medina ar. 1.

152 Porrecta per totum.

Ad primvm sic proceditur. Videtur q̃ ira non causet delectationem. Tristitia. n. delectationem excludit: sed ira est semper cum tristitia, qa ut dicitur in 7. Eth.* Ois, q̃ facit aliqd propter iram, facit tristatus. ergo ira non causat delectationem.

*Ca. 6. parũ a med. *Ca. 5. in me. to. 5.

¶2 Præt. Phil. dicit in 3.* Eth. q̃ punitio q̃etat impetũ irę delectationem p tristitia faciens: ex quo pôt accipi, q̃ delectatio irato puenit ex punitione, punitio ãt excludit irã. ergo adueniente delectatione ira tollit. non est ergo effectus iræ coniunctus.

¶3 Præt. Nullus effectus impedit causam suã, cũ sit suæ cãæ cõformis: sed delectationes impediũt irã ut dr in 2. Rhe.* ergo delectatio nõ est effectus irę.

*Ca. 3. to. 6. circa med.

Sed contra est, quòd Philosophus in eodem* libro inducit prouerbium, Quòd ira multo dulcior melle distillante in pectoribus uirorum crescit.

*Ca 2. parũ a prin. to 6.

Resp. Dicẽdũ, q̃ sicut Philosophus dicit i 7. Eth.* Delectationes maxime sẽsibiles, & corporales, sũt medicinæ qđã ꝯ tristitiã: & iõ quãto p delectatiõnẽ ꝯ maiorẽ tristitiã, uel anxietatẽ remediũ pstať, tanto delectatio magis pcipit: sicut patet, q̃ qñ aliqs sitis, delectabilior fit ei pot9. Manifestũ est ãt ex pdictis, q̃ mot9 iræ isurgit ex aliqua illata iiuria pstantem,

*Cap. 12. to. 5. *q. 47. ar. 1.

stãte,cui qdē tristitiç remediū adhibet̃ p uindictã: A & iõ** ad pñentiam uindictæ delectatio seqtur,& tã to maior,q̃to maior fuit tristitia. n Si igit̃ uindicta fuerit pñs realiter,fit pfecta delectatio,q̃ totaliter excludit tristitiã,& p hoc qetat motũ iræ: sed anteq̃ uindicta fit pñens realiter, fit irasceti pñens dupl'r.Vno mõ p ipẽ,qa nullus irascit̃ nisi sperans vindictã,ut s̃.dictũ est.* Alio mõ,fm cõtinuã cogitationẽ:vnicuiq;.n.cõcupiscẽti est delectabile imorari in cogitatiõe eorũ,q̃ cõcupiscit:pp qd ẽt imaginatiões sõniorũ sunt delectabiles.& iõ cũ iratus multũ iaio suo cogitet de uindicta,ex hoc delectat̃ tũ d'lectatio ñ ẽ pfecta,q̃ tollat tristitiã,& p ꝯñs itã B

*q.46.ar. ue.1.

AD PRIMVM ergo dicendum,q̃ non de eodẽ iratus tristatur,& gaudet:sed tristat̃ de illata iniuria, delectatur aũt de uindicta cogitata, & sperata.vñ tristitia se habet ad iram sicut principium,sed delectatio sicut effectus,uel terminus.

AD 2m ergo dicendum,q̃ obiectio illa procedit de delectatione, quæ causatur ex reali præsentia vindictæ,quæ totaliter tollit iram.

AD 3m dicendũ, q̃ delectationes p̃cedentes impediunt ne sequat̃ tristitia,& per cõsequens impediũt irã:sed delectatio de uindicta, cõsequit̃ ipsam.

ARTICVLVS II.

Vtrum ira maxime causet feruorem in corde.

251 AD SECVNDVM sic p̃cedit̃.Vr̃ q̃ feruor nõ sit maxime effectus irç.n Feruor.n.sicut s̃.dictũ ẽ ptinet ad amorẽ:sed amor,sicut supra dictũ est princi piũ est, & cã oĩum passionũ.cũ ergo cã sit potior effectu, videtur q̃ ira non faciat maxime feruorẽ.

Porrecta per totum. Veri.q. 26.art.3. c.6. *q.28.ar. 4.

¶2 Præt.Illa,quæ de se excitant feruorem,p tempo ris assiduitatẽ magis augent̃, sicut amor diuturnitate conualescit; sed ira p tractũ tẽporis debilitat̃. dicit.n.Philosoph. in 3.Rheto.* q̃ tempus quietat iram.ergo ira non proprie causat feruorem.

*C.3.post me.c.6.

¶3 Præt.Feruor additus feruori augmẽtat feruorẽ: D sed maior ira supueniens facit irã mitescere,ut Philosoph.dicit in 2. Rhet.* ergo ira non cãt feruorẽ.

*Cap.3.a med.c.6.

SED CONTRA ẽ,qd *Dam.dicit,q̃ ira ẽ feruor ei* q circa cor ẽ, sanguinis ex euaporatione fellis fiẽs.

*Dam.li. 2. fidei Ortho.c. 16.1 pri.

RESP.Dicẽdũ,q̃ sicut *dictũ est,corporalis trãsmutatio,q̃ est in passionibus aĩæ, p̃portionat̃ motui appetitus. Manifestũ est aũt,q̃ quilibet appetitus ẽt naturalis, fortius tendit in id,qd est sibi ꝯriũ si fuerit pñens:unde uidemus,q̃ aq̃a calefacta magis congelat̃, quasi frigido uehementius in ea sidũ a gente. Motus aũt appetitiuus irç causat̃ ex aliqua iniuria illata,sicut ex quodã contrario iniacẽte: & E iõ appetitus potissime tendit ad repellendũ iniuriã p appetitũ uindictæ,& ex hoc sequit̃ magna uehemẽtia & impetuositas in motu iræ. Et q̃a mot* iræ nõ est p modũ retractionis,cui p̃portionat̃ frigus, sed magis p modũ insecutionis, cui p̃portionat̃ calor,cõsequenter,** fit motus irç causatiuus cuiusdã feruoris sanguinis,& spirituũ circa cor,* qd est instrumentũ passionũ animæ.& exinde est,q̃ pp magnã pturbationẽ cordis,q̃ ẽ i ira,maxime apparẽt in iratis indicia q̃dã in exteriorib.mẽbris.vñ Greg. *dicit in 5.Moral.Irç suç stimulis accẽsũ cor palpitat,corpus tremit,lingua se ꝑpedit,facies ignescit,

*q. 44 ar.1.

C.31.circa med.

exasperant̃ oculi,& nequaq̃ recognoscũt̃ noti,ore quidẽ clamorẽ format,sed sẽsus,qd loquat̃,ignorat.

AD PRIMVM ergo dicẽdũ,q̃ amor ipse nõ ita sentit̃,nisi cũ eũ ꝑdit indigẽtia,vt Aug.dicit in 10.*de Trin.Et iõ qñ hõ patit̃ detrimentũ amatæ excellẽtiæ pp iniuria illatã,magis sentit̃ amor:& iõ feruẽtius cor mutat̃ ad remouendũ impedimẽtũ rei amatæ,ut sic feruor ipse amoris p irã crescat, & magis sentiat̃.Et tñ feruor, q̃ consequit̃ calorẽ. alia rõne ptinet ad amorẽ,& ad irã. Nã feruor amoris est cũ quadã dulcedine, & lenitate.est.n. in bonũ amatũ: & iõ assimilat̃ calori aeris,& sanguinis, pp qd sanguinei sunt magis amatiui:& dr̃, q̃ cogit amare iecur,in quo fit quædã generatio sanguinis. Feruor aũt irç est cũ amaritudine ad cõsumendũ, qa tẽdit ad punitionẽ contrarii,unde assimilat̃ calori ignis, & cholerç:& pp hoc Damasce.*dicit,quòd procedit ex euaporatione fellis,& fellea nominatur.

*Circa fi. lib. 1.3.

*Li.2. Ortho. fidei c.16.

AD 2m dicẽdũ,q̃ oẽ illud,cuius cã p tps diminuitur, necesse ẽ q̃ tpe debilitet̃. Manifestũ est aũt q̃ memoria tpe diminuit̃:q̃.n.antiqua sũt,à memoria d' facili excidũt.Ira aũt cat̃ ex memoria iiuriç illatç & iõ cã irç p tps diminuit̃ paulatim,quousq; totaliter tollatur.Maior ẽt vr̃ iniuria qñ primo sentit̃, & C paulatim diminuit̃ eius æstimatio,fm qd magis recedit à pñti sensu iniuriæ.Et sic̃r ẽt est de amore, si amoris cã remaneat in sola memoria. vñ Philos. dicit in 8.Eth.*q̃ si diuturna fiat amici absentia, vr̃ amicitiç obliuionẽ facere:sed in pñtia amici sẽp p tempus multiplicatur cã amicitiç, & iõ amicitia crescit. Et sic̃r esset de ira,si cõtinue multiplicaret cã ipsius:tñ hoc ipsum,q̃ ira cito consumitur,attestatur uehementi furori ipsius.Sicut enim ignis magnus cito extinguitur consumpta materia, ita etiã ira ꝓpter suam uehementiam cito deficit.

*Ca.5.nõ procul a princ.

AD 3m dicendũ,q̃ ois uirtus diuisa in plures partes,diminuit̃:& iõ qñ aliqs iratus alicui,irascit̃ post modũ alteri, ex hoc ipso diminuit̃ ira ad primum, & pcipue si ad fm fuerit maior ira. nam iniuria q̃ excitauit irã ad primũ uidebit̃ comparatione scdç iniuriç,quæ æstimatur maior,esse parua,uel nulla.

ARTICVLVS III.

Vtrum ira maxime impediat rationis usum.

AD TERTIVM sic p̃cedit̃. Vr̃ q̃ ira non impediat rationem.Illud.n.quod est cum rõne,nõ vr̃ esse rationis impedimentũ;sed ira est cum rõne, vt dr̃ in 7.Eth.*ergo ira non impedit rationem. 254

Porrecta per totum. Inf. ar.4. cor.Et 2. 2.q.41.a. 2 ad 3.& q.157.ar. 4.cor. Et mal q.12 ar 1. *L.br.7. Eth.ca.6.

¶2 Præt.Quanto magis impedit̃ rõ,tanto diminuit̃ manifestatio:sed Philosophus dicit in 7.Eth.† q̃ iracundus non est insidiator, sed manifestus.ergo ira non vr̃ impedire usum rationis, sicut concupiscentia,quæ est insidiosa, ut ibidem * dicitur.

† Circa pri. *L.7.Eth. c.6.ci.me

¶3 Præt.Iudiciũ rõnis euidentius fit ex adiunctione contrarii.q̃a contraria iuxta se posita magis elucescunt:sed ex hoc ẽt crescit ira.dicit.n Philosoph.in 2.Rhet.† q̃ magis hoies irascunt̃, si contraria pexistunt,sicut honorati si dehonorentur,& sic de aliis. ergo ex eodẽ ira crescit,& iudicium rõnis adiuuatur.non ergo ira impedit iudicium rationis.

*Loco nunc dicto.

†Li.2.Rhe to.cap.2. post me. tom.5. *L.1.mo ral.c.11. circa pri.

SED CONTRA est, quod Greg.dicit in 5.Moral. quòd ira intelligentiæ lucem subtrahit cum men-

tem

tem permouendo confundit.

RESP. Dicendũ, q mens uel rõ, quãmuis nõ utatur organo corporali in suo ꝓprio actu, tñ q a indiget ad sui actũ quibusdã uiribus sensitiuis, quorũ actus impediũt corpor. pturbato, necesse est q ptubatiões corporales ét iudiciũ rõnis impediãt, sicut patet in ebrietate, & sõno.* Dictũ ẽ aũt, q ira maxime facit pturbationẽ corporalẽ circa cor, ita ut ét usq; ad exteriora mẽbra deriuet: vñ ira inter cæteras passiones manifestius impedit iudicium rõnis, ẽm illud psal. 30. Conturbatus est in ira oculus meus.

*Ar. pce.

concl.

AD PRIMVM ergo dicendũ, q a rõne est principiũ iræ qnantũ ad motũ appetitiuũ, qui est formalis in iras: sed perfectũ iudiciũ rõnis passio iræ pöccupat, quasi non pfecte rõnem audiens pp commotionẽ caloris ueলociter impellentis, quæ est materialis in ira: & quantum ad hoc impedit iudicium rationis.

AD 2m dicẽdũ, q iracundus dr̃ esse manifestus, nõ q a manifestũ sit sibi qd facere dẽat, sed q a manifeste operat non qrens aliq occultationẽ, qd partim cõtingit pp impedimentũ rõnis, q nõ põt discernere qd sit occultandũ, & qd manifestãdũ, nec ét excogitare occultandi uias; partim uero est ex ampliatione cordis, q ptinet ad magnanimitatẽ, q facit ira. vñ, & de magnanimo Philosop. dicit in 4. Eth.* q est manifestus oditor, & amator: & manifeste dicit, & opat. Cõcupiscẽtia aũt dr̃ esse latẽs, & insidiosa: q a ut plurimũ delectabilia, q ɔcupiscunt, hñt turpitudinẽ qdã, & mollitiẽ, in qbus hõ vult latere: in his aũt, q sunt uirilitatis, & excellẽtię, cuiusmodi sunt uindictæ, quærit hõ manifestus esse.

*Cap. 3. a me.

AD 3m dicẽdũ, q sicut dictũ ẽ,* Motus irę a rõne incipit; & iõ ẽm ide appositio ɔrij ad ɔriũ addiuuat iudiciũ rõnis, & auget irã. Cũ.n. aliqs hẽt honorẽ, vel diuitias, & postea incurrit alicuius detrimẽtũ, il lud detrimẽtũ apparet maius, tũ pp uicinitatẽ ɔrij: tũ q a erat inopatũ, & iõ causat maiorem tristitiã. Sicut ét magna bona ex inopinato uenientia causant maiorem delectationem: & secundum augmẽtum tristitiæ pcedentis, consequenter augeẽ, & ira.

*q 46. ar. 4.

ARTICVLVS IIII.

Vtrum ira maxime causet taciturnitatem.

AD QVARTVM sic proceditur. Vr̃ q ira non causet taciturnitatem. Taciturnitas enim locutioni opponitur: sed per crementum iræ usq; ad locutionem puenitur, ut patet p gradus iræ, quos Dñs assignat Matth. 5. dicens: Qui irascitur fratri suo: & qui dixerit fratri suo, Racha: & qui dixerit fratri suo, fatue. ergo ira non causat taciturnitatẽ.

255 Porrecta per totum.

¶ 2 Præt. Ex hoc, q custodia rõnis deficit, cõtingit, q homo ꝓrumpat ad uerba inordinata. unde dr̃ Prouerb. 25. Sicut vrbs patens, & absque murorũ ambitu: ita uir, qui non põt cohibere in loquendo spiritum suum: sed ira maxime impedit iudiciũ rõnis, ut dictum est.* ergo facit maxime profluere in verba inordinata. non ergo causat taciturnitatem.

*Art 3.

3 ¶ Præt. Matth. 12. dr̃, Ex abũdãtia cordis os loquitur: sed p irã cor maxime pturbaẽ, ut dictũ est. ergo maxime causat locutionẽ. non ergo cãt taciturnitatẽ.

SED CONTRA, est qd Greg. dicit in 5. Mora.* q ira p silentiũ clausa, intra mentẽ uehementius ęstuat.

*Ca. 31. non peul a si.

F RES. Dicẽdũ, q ira, sicut iã dictũ ẽ,* & cũ rõne est, & ipedit rõne, et ex utraq; parte põt taciturnitatẽ cãre. Ex parte qdẽ rõnis, qñ iudiciũ rõnis tñ uiget, q etsi nõ cohibeat affectũ ab inordinato appetitu uindictę, cohibet tñ linguã ab inordinata locutiõe. vñ Greg. in 5. Moral. dicit: Aliqñ ita ptur bato aio, quasi ex iudicio silentiũ inducit. Ex parte uero impedimẽti rõnis, quia sicut dictũ est,* pturbatio irę usq; ad exteriora mẽ bra pducit, & maxime ad illa mẽbra, in qb. expressius relucet uestigiũ cordis, sicut in oculis, & i facie, & in lĩgua: vñ, sicut dictũ ẽ,* lingua se ppedit, facies ignescit, exasperaẽ

concl. *Art. pce.

*Cap. 31. a med.

*Art. 2.

*Art. 2.

G oculi. Põt ergo esse tãta pturbatio iræ, q oino ipe diaẽ lingua ab usu loquẽdi, & tũc seqẽ taciturnitas.

AD PRIMVM ergo dicendum, q augmentum irę qñq; est usq; ad impediendũ rõnem a cohibitione linguæ: qñq; autem ultra procedit usq; ad impediẽ dum motum linguæ, & aliorum membrorum exteriorum. Et per hoc etiam patet solutio ad 2m.

AD 3m dicendum, q pturbatio cordis qñq; põt superabundare usq; ad hoc, q per inordinatum mo tum cordis impediatur motus exteriorum mẽbro rum, & tunc causatur taciturnitas, & immobilitas exteriorum membrorũ, & qñq; ét mors. Si aũt non

H fuerit tanta perturbatio, tunc ex superabundantia perturbationis cordis sequitur oris locutio.

QVAESTIO XLIX.

De habitibus in generali, quo ad eorum substantiam, in quatuor articulos diuisa.

POST actus, & passiões considerandum est de principiis humanorũ actuum.

Et primo de principiis intrin-

I secis. Secundo, de principiis extrinsecis. Principium autem intrinsecum est potentia, & habitus: sed quia de potentiis in prima parte dictum est,* nunc restat de habitibus considerandũ.

Et primo qdẽ in gñali. Secũdo uero de uirtutibus, & uitiis, & hmõi aliis habitibus, q sunt humanorum actuum principia.

*Circa ipsos aũt habitus i gña li, quatuor consideranda sunt.

K ¶ Primo quidem, De ipsa substãtia habituum.

¶ Secundo, De subiecto eorum.

¶ Tertio, De cã generatiõis aug mẽti, & corruptionis ipsorũ.

¶ Quarto, De distictiõe ipsorũ.

Circa primũ quærunẽ quatuor.

¶ Primo, Vtrum habitus sit qualitas.

¶ Secundo, Vtrum sit determinata species qualitatis.

¶ Tertio, Vtrum habitus importet ordinem ad actum.

¶ Quarto, De necessitate habi-

SVP. Q. XLIX. ART. I.

Med. art. 1.

IN corp. ar. 1. q. 49. discutienda esset natura habitus prædicamẽti, & postprædicamenti: q quia alterius negocij, ideo uel ad particularem quæstionem, uel ad secundum Metaph. spectabit. propnũto enim præsenti sat est habitũ discutere, de quo est sermo, cuius diffinitio ex 5. Metaph. affertur in litera. scilicet q est dispositio, qua bene, uel ma le disponitur disposi tum secũdum se, uel ad alterum: quã diffinitionem mandabit memoriæ, & figet in ea aciem intelligẽtiæ, quoniam ex ea videbis tota habitus conditiones, quot na tura illius illucescet, vt patebit.

*p. p. q. 77

¶ In responsione ad 3. in eodem, incipe ex iam dicta diffinitione colligere. ex eo namque, quòd habitus est dispositio, & dispositio est ordo habentis partes &c. consequens est, quòd habitus sit ordo habentis partes, cum au tem audis ... non intelligas respectũ ordinis, sed eius tradicem:

256 Porrecta per totum.

radicē. est.n. qualitas habent talē ordinem dispositiõis qppe nomen à positione ordinata partiũ decinanũ vr̃, & ppea a partibus quantitatiuis, quibus primo conuenit positio, nõ solũ ad partes spũales, sed ad habẽtem partes transumptũ est: unde non vr̃, q̃ est ordo partiũ, sed habentis partes. Et q̃nir non sit opus oẽs dispositionis modos saluare ĩ habitu, sicut nec oẽs aĩalis spẽs in hõie: ut adductus th in lrã Simplicius dicit, oẽs saluantur in habitu pro quanto oẽs habitus, uel ẽ habẽnt partes corporales, sicut pulchritudo sanitas, macies, & huiusmodi: uel partes.i. partialia requisita, aut in potentia, ut cõtingit in habentib sciẽtiam, uel uirtutẽ imperfectã: aut in actu, vt cõtingit in habẽntibus pfecte. illi.n. ĩ potentia habent ea, quę requiruntur ad sciẽtiã aut prudentiã, isti vero iam possident.

1.d.1.q.5 ad 5. Et 2.d.24 ar.1. & 2.q.1. cor. Et ua ri. q. 20. ar.2. cor. *lib.83.q. q.71. circa prin.

*In ṕdic. qualitat. *Tex. 24. tom.5.

†In ṕdic. qualitatis t.1.

ARTICVLVS I.

Vtrum habitus sit qualitas.

Medina art.1.

AD PRIMVM sic proceditur. Vr̃, q̃ habitus nõ sit qualitas. Dicit.n. Aug. in lib. 83. q.* q̃ hoc nomẽ habit*, dictũ ẽ ab hoc verbo, h habere: sed habere non solũ ptinet ad qualitatẽ, sed ad alia genera, dicimur.n. habere q̃titatẽ, & pecuniã, & alia hmõi. ergo habitus non est qualitas.

¶2 Præt. h Habitus ponitur unũ prędicamentũ, ut patet in libro Prædicamentorũ: sed unum prędicamentũ non continetur sub alio. ergo habit* nõ est qualitas.

¶3 Præt. Oĩs habitus est dispositio, vt* dr̃ in Prædicamentis: sed dispositio est ordo habentis partes, ut dicitur in 5.* Metaph. hoc aũt ptinet ad ṕdicamentũ situs. ergo habitus non est qualitas.

SED CONTRA est, qđ Philoso. dicit in † Prędicamẽtis, q̃ habit* est qualitas de difficili mobilis.

RESP. Dicendũ, q̃ hoc nomẽ habitus, ab habẽdo est sumptũ, à quo quidẽ nomen habitus dupliciter deriuat̃. Vno qdẽ mõ, scđm q̃ hõ, vel q̃cũq; alia res dr̃ aliqd habere: alio mõ, scđm qđ aliqua res aliquo mõ habet se in seipsa, uel ad aliqd aliud.

Circa primũ considerandũ est, q̃ habere, ẽm qđ dicit̃ respectu cuiuscunq; qđ hr̃, cõe est ad diuersa genera. vnde Philosophus inter post prædicamẽta, habere ponit, q̃.s. diuersa genera cõsequunt̃: sicut. sunt Opposita, & Prius, & Posterius, & alia hmõi. Sed inter ea, q̃ habentur, talis vr̃ esse distinctio, q̃ q̃dã sunt, in quibus nihil est mediũ inter habens, & id, qđ hr̃: sicut inter subiectũ, & qualitatẽ, uel quantitatẽ, nihil est mediũ. q̃dã.n. sunt, in quib. nõ est aliquod mediũ inter utrunq; sed sola relatio, sicut dr̃ aliqs habere sociũ, uel amicũ: q̃dã uero sunt, inter quæ est aliqd mediũ, non qdẽ actio, uel passio, sed aliqd p modũ actionis, uel passionis, prout.s. unũ est ornãs, uel regens, & aliud ornatũ, aut tectũ. unñ Philosoph. dicit in 5.* Metaph. q̃ habitus dicit̃ tanquàm actio q̃dã habentis, & habiti, sicut est in illis, q̃ circa nos habemus: & iõ in his cõstituit̃ unũ spãle genus rerũ, qđ dicitur ṕdicamẽtũ habit*, de quo dicit Philosophus in 5.* Metaph. q̃ inter habentẽ indumẽtũ, & indumẽtũ qđ habet̃, est habit* medi*. Si aũt sumat̃ habere, prout res aliqua dicitur quodã mõ se habere ĩ seipsa, uel ad aliqd aliud, cũ iste modus se habendi sit ẽm aliq̃ qualitatẽ, hoc mõ habitus q̃dã qualitas est, de qua Philosophus in 5.* Metap. dicit, q̃ habitus dicitur dispositio, ẽm q̃ bene, uel male disponit̃ dispositũ, † aut secũdũ se, aut ad aliud, ut sanitas habit* q̃dã est: & sic loquimur nũc de habitu. vñ dicẽdũ est, q̃ "habitus est qualitas".

*Tex. 25. tom.3.

*Loco nunc dicto.

*Tex. 25. tom.3.

concl.

AD PRIMVM ergo dicendũ, q̃ obiectio illa procedit de habere communiter sumpto: sic enim est commune ad multa genera, ut * dictum est. *In corp. art.

AD 2m dicendum, q̃ ratio illa procedit de habitu, secundum quod intelligitur aliquid medium inter habens, & id, quod habetur: sic enim est quoddam prædicamentum, ut * dictum est. *In corp. art.

AD 3m dicendũ, q̃ dispositio quidẽ semp importat ordinẽ alicuius habentis partes: sed hoc cõtingit tripliciter, ut statim ibidẽ Philosophus* subdit, s. aut ẽm locũ, aut ẽm potẽtiã, aut ẽm spẽm, in quo ut Simplicius dicit in* cõmento Prædicamentorũ, cõpræhendit oẽs dispositiones, corporales qdẽ in eo, qđ dicit scđm locũ, & hoc pertinet ad ṕdicamẽtũ situs, qui est ordo partium in loco: quod aũt dicit secundũ potentiã, includit illas dispositiones, quæ sunt in pparatione, & idoneitate nondũ perfecte, sicut scientia, & uirtus inchoata: qđ autẽ dicit secũdũ spẽm, includit perfectas dispositiones, quæ dicuntur habitus, sicut scientia, & virtus complete.

*Tex. 24. tom.3. *In ṕdic. qualit.

ARTICVLVS II.

Vtrum habitus sit determinata species qualitatis.

AD SECVNDVM sic proceditur. Videt̃, q̃ habitus nõ sit determinata species qualitatis: qa ut* dictũ est, habitus scđm qđ est qualitas, dicit̃ dispositio secundũ quam bene, aut male disponitur dispositũ: sed hoc contingit h secundũ quamlibet qualitatẽ. nã, et secundũ figurã cõtingit aliquid bene, uel male esse dispositũ: et similiter scđm calorẽ, et frigus, et scđm oĩa huiusmodi. ergo habitus non est determinata species qualitatis.

¶2 Præt. Philosophus in* Prædicamentis, caliditatẽ, et frigiditatẽ dicit esse dispositiões, uel habitus, sicut ægritudinẽ, et sanitatẽ: sed calor, et h frigus sunt in tertia spẽ qualitatis. ergo habitus, uel dispositio nõ distinguũtur ab alijs speciebus qualitatis.

¶3 Præt. Difficile mobile non est differẽtia pertinẽs ad gen* qualitatis, sed magis ptinet ad motũ, uel passionẽ: nullũ aũt genus determinatur ad spẽm per differẽtiã h alteri* generis, sed oportet drĩas p se aduenire generi, vt Philosoph. dicit in 7.* Metap. ergo cũ habitus dicat̃ esse qualitas difficile mobilis, uidet̃ q̃ nõ sit determinata spẽs qualitatis.

SED CONTRA est, quod Philosophus dicit in* Prędicamentis, quòd una species qualitatis est habitus, et dispositio.

RESPON. Dicendum, quòd Philosophus in* Prædicamentis

SVP. Q. XLIX. ART. II.

257 Porrecta per totum.

Med. art. 2.

IN arti. 2. eiusdem quæstionis aduerte, quòd illa uerba in corpore; Modus autem siue determinatio subiecti secundum esse accidentale potest accipi uel in ordine ad naturam &c. si sumantur uniuersaliter absolute, insolubilis apparet quæstio, quomodo sit sufficiens hæc distinctio, cum quantitas ipsa determinet subiectum secũdum esse accidentale, nec minus habet rationẽ modificantis, & determinantis, quàm secunda species qualitatis. Si uero non sumantur uniuersaliter quidem, sed limitate sub antedictis verbis. s. quòd qualitas importat quendã modum substantiæ, & quandam determinationẽ secundum aliquam mensuram, cessant obiecta: quoniam sermo non est nisi de quadã determinatione accidentali, quæ commune nomen accidentalis differentiæ, qualitatem scilicet, sibi vsurpauit.

¶ In responsione ad primum in eodem articulo habẽs quantum operetur ly, bene, vel male, in diffinitione habitus positum.

*Art pce. *In ṕdic. qualitat. tom.1. *Tex. 42. & 41. t.3. *In ṕdic. qualitat. tom.1. *In ṕdic. quali. t.1.

ponit inter quatuor spēs qualitatis, primā dispositionē, & habitū, quarū qdē spērū dr̄ias sic assignat Simplicius in cōmento* Prædicamētorū dicens, ꝙ qualitatū qdā sunt naturales, q̄ ſm naturā insunt, & semper, quędā aūt sunt aduentitię, q̄ ab extrinseco efficiuntur, & possunt amitti: & hæ qdē, quæ sunt aduentitiæ, sunt habitus, & dispositiones ſm facile, & difficile amissibile differentes: naturalium aūt qualitatū quędā sunt ſm id, qđ aliquid est in potentia, & sic est secūda spēs qualitatis: qdā uero ſm quod aliquid ē in actu, & hoc vel in profundū, vel ſm superficiem, si in profundum quidē, sic est tertia spēs qualitatis: ſm uero superficiē est quarta spēs qualitatis, sicut figura, & forma, quæ est figura animati. Sed ista distinctio specierū qualitatis in conueniens vr̄. sunt enim multæ figuræ, & qualitates passibiles non naturales, sed aduentitiæ: & multæ dispositiones non aduentitię, sed naturales, sicut sanitas, & pulchritudo, & hmōi, & pp hoc nō cōuenit ordini spērum: semp. n. qđ naturalius ē, ptius est. Et iō aliter accipienda est distinctio dispositionū, & habituū ab alijs qualitatibus. proprie. n. qualitas importat quendā modū substātię: modus aūt ē, ve dicit* Aug. sup Gen. ad lr̄am, quē mēsura pfigit vñ. importat quādā determinationē ſm aliq̄ mēsurā. & iō sicut id, ſm qđ determinatꝰ potentia materiæ ſm esse substātiale, dr̄ qualitas, q̄ est dr̄ia substātialis: ita id, ſm qđ determinatꝰ potentia subiecti ſm esse accidentale, dr̄ qualitas accidentalis, q̄ est & q̄ dā dr̄ia, ut patet p Philosophum in 5.* Meta. Modus aūt siue determinatio subiecti ſm esse accidentale, pōt accipi uel in ordine ad ipsam naturā subiecti, vel ſm actionē, & passionē, q̄ consequuntur principia naturæ, q̄ sunt materia, & forma, uel ſm quantitatē. si aūt accipiatꝰ modus, uel determinatio subiecti, ſcđm q̄titatē, sic est quarta spēs qualitatis. Et qa q̄titas ſcđm sui rōnē est sine motu, & sine rōne boni, & mali: iō ad quarta spēm qualitatis non ptinet, ꝙ aliqđ sit bene, uel male, cito, uel tarde transiens. Modus aūt siue determinatio subiecti ſcđm actionē, & passionē attenditꝰ in secunda, uel tertia spē qualitatis: & iō in utraq; cōsideratꝰ, ꝙ aliqđ facile uel difficile fiat, uel ꝙ sit cito transiens, aut diuturnum: non aūt consideratꝰ in his aliqđ ptinens ad rōnē boni, uel mali: quia motus, & passiones nō habent rōnē finis. Bonum aūt & malū dr̄ p respectum ad finē: sed modus, & determinatio subiecti in ordine ad naturam rei pertinet ad primā spēm qualitatis, q̄ est habitus, & dispositio. Dicit. n. Philosop. in 7.* Phys. loquens de habitibus aīæ, & corporis, ꝙ sunt dispositiones quędā perfecti ad optimū: dico aūt pfecti, quod est dispositū ſcđm naturā. Et quia ipsa forma, & natura rei est finis, & cuius cā fit aliquid, ut dr̄ in 2.* Phys. iō in prima spē consideratꝰ, & bonū, & malū: et ēt facile, & difficile mobile ſcđm qđ aliqua natura est finis generationis, & motus. vñ in 5.* Metap. Philosophus diffinit habitum, ꝙ ē dispositio, ſcđm q̄ aliq̄s disponitꝰ bene, uel male, & in 2.* Eth. dicit, ꝙ habitus sunt, ſcđm quos ad passiones nos habemus bene, uel male. Qñ. n. est modus conueniens naturæ rei, tunc habet rōnē boni: qñ autem non conuenit, tunc habet rationem mali. & quia natura est id, quod primum consideratur in re: ideo* habitus ponitur prima species qualitatis*.

*In prędic. qualitatis

*Lib. 4. c. 3. in medio tom. 3.

*Tex. 19. tom. 3.

*Tex. 17. & 18. t. 2.

*Tex. 23. tom. 2.

*Tex. 25. tom. 3.

*Ca. 5. tomo 5.

concl.

Ad primum ergo dicēdum, ꝙ dispositio ordinē quendā importat, ut* dictū est. unde non dr̄ aliquis disponi per qualitatē, nisi in ordine ad aliquid: & si addatur bene, uel male, qđ pertinet ad rōnē habitus, oportet ꝙ attendatur ordo ad naturā, quæ est finis. unde ſcđm figurā, uel ſcđm calorē, uel frigus non dr̄ aliquis disponi bene, uel male, nisi secundū ordinē ad naturam rei, ſcđm qđ est conueniens, uel non cōueniens: vñ, & ipsæ figuræ, & passibiles qualitates, ſcđm qđ considerantur ut cōuenientes, uel non conuenientes naturæ rei, ptinent ad habitus, vel dispositiones. Nā figura prout cōuenit naturæ rei, & color, ptinent ad pulchritudinē: calor aūt, & frigus ſcđm qđ cōueniunt naturæ rei, ptinēt ad sanitatē: & hoc mō caliditas, & frigiditas ponuntꝰ ā Philosopho in prima spē qualitatis. Vñ patet solutio ad ſcđm, licet à qbusdā aliter soluatur, ut Simplicius dicit in commento* Prædicamentorum.

*Art. 1 ad 3. arg.

*In eo prędic. qualit. to. 2.

RESP. Dicēdū, q̄ qdā posuerūt in angelis nō esse habit': sed q̄cunq; dicunt de eis essentialr dr̄. vn̄* Maxim' post pdicta uerba q̄ induximus, dicit. Habitudines earū atq; uirtutes, q̄ in eis H sunt, essentiales sunt pp immaterialitatē. & hoc ēt Simplicius dicit in* cōmento Prædicamētorū. Sapientia, q̄ est in aia, habit' est, q̄ aūt in intellectu, substātia. oia.n. q̄ sunt diuina, & p se, sufficiētia sunt, & in seipsis existētia. q̄ qdē positio partim hēt ueritatē, & partim continet falsitatē. Manifestū est.n. ex* pmissis, q̄ subiectū habitus nō est nisi ens in potētia. Cōsiderātes igit̄ pdi- I cti cōmētatores, q̄ angeli sunt immateriales, & q̄ non est in illis potentia materię, s'm hoc ab eis habitū excluserūt, & oē accidēs. Sed q̄a licet in angelis nō sit potētia materię, est tn̄ in eis aliqua potētia (esse.n. actū purū est propriū Dei): ó** inq̄tū inueniť in eis de potētia, intm in eis pnt habit' inueniri. Sed q̄a potētia materię, & potētia intellectualis substātię, nō est uni' rō- K nis: iō p h̄ pōns, nec habitus d uni' rōnis est utrobiq;. vn̄* Simplici' dicit in cōmento Prædicamētorū, q̄ h habitus intellectualis substantię nō sunt similes his, q̄ sunt hic, habitib. sed magis sunt similes simplicibus, & immaterialibus spēbus, quas continet in seipsa. Circa hmōi tn̄ habitū aliter se hēt intellectus angelicus, & aliter intellectus humanus. Intellectus.n. humanus, cū sit infimus in ordine intellectuū, est in potētia respectu oium intelligibiliū, sicut materia prima respectu oium formarū sensibiliū, & iō ad oia intelligenda idiget aliquo habitu: sed intellectus angelicus nō se hēt sicut pura potētia in genere intelligibiliū, sed sicut actus q̄dā, nō aūt sicut actus purus. hoc.n. solius Dei est, sed cū pmistione alicuius potētię: & tāto min' hēt de potētialitate, q̄to est superior. & iō vt in 1.* dictū est, inq̄tū est in potētia, indiget pfici habitualiter p aliquas spēs intelligibiles ad operationē ppriā. sed inquātū est actu, p essentiā suā pōt aliqua intelligere, ad minus seipsū, & alia s'm modū suæ substātiæ, ut dr̄ in lib.* de causis: & tanto pfectius, quanto est pfectior. Sed q̄a nullus angelus ptingit ad pfectionē Dei, sed in infinitū distat, pp hoc ad attingendū ad ipsū Deū p intellectū, & uoluntatē, indiget aliq̄bus d habitibus tāquā in potētia existēs respectu illius puri actus. vn̄* Dion. dicit, habitus eorū esse deiformes, q̄bus. s. Deo conformātur. Habitus autē, q̄ sunt dispositiones ad esse naturale, nō sunt in angelis, cū sint immateriales.

*p. p. q. 55 art. 1.

*In ppos. 8. & 13. hi hic liber inter opera Arist. D. 167.

*C. 7. cæl. Hiera. parū ante me.

AD PRIMVM ergo dicēdū, q̄ verbū Maximi intelligendū est de habitibus, & accidētibus materialib.

AD 2m dicendū, q̄ quantum ad hoc, quod conuenit angelis per suam essentiam, non indigent habitu: sed q̄a non ita sunt per seipsos entes, q̄n participent sapientiā, & bonitatem diuinam, ideo inquantum indigent participare aliquid ab exteriori intantum necesse est in eis ponere habitus.

AD 3m dicendū, q̄ in angelis non sunt partes essentiæ, sed sunt partes secundū potentiā, inquantum intellectus eorum per plures species perficitur, & uoluntas eorum se habet ad plura.

QAESTIO LI.

De causa habituum quantum ad generationem ipsorum.

DEINDE considerandum est de causa habituum. Et primo, quantum ad generationem ipsorum. Secundo, quantum ad augmentū. Tertio, quantum ad diminutionem, & corruptionem.

Circa primum quæruntur quatuor.

¶ Primo, Vtrum aliquis habitus sit à natura.

¶ Secundo, Vtrum aliquis habitus ex actibus causetur.

¶ Tertio, Vtrum per unū actum possit generari habitus.

¶ Quarto, Vtrū aliqui habitus sint in hominib. infusi à Deo.

ARTICVLVS I.

Vtrum aliquis habitus sit à natura.

AD PRIMVM sic proceditur. Vr̄ q̄ nullus habitus sit à natura. Eorum.n. quæ sunt à b natura, vsus non subiacet uolū-

SVPER QVÆST. LI. ART. I.

Ægid. 2. s. d. 8. q. 1. ar. 1. D. Bon. d. 8. ar. 1. q. 1. Alber. ma. de motu. Medina art. 1.

IN corpore art. 1. q. 51. duplex occurrit dubiū. Primū est circa dīam inter inchoationē habitus ex parte aīæ in parte apprehensiua, & appetitiua, quia in intellectu ponit inchoatio quantum ad ipsā substanti. habitus, in uoluntate nō. aut. n. p inchoationē talem intēdit aliquid actuale super ipsum intellectum, aut non. si intendit aliqd actuale, sequitur q' intellectus possibilis non est à principio, sicut tabula rasa, & puta potentia, q̄a habet hmōi actū superadditum. si non, sequitur q̄ par sit rō de intellectu, & appetitu in utroque n. modo sunt semina uirtutum, & ad principia naturalia, & aptitudo pp q̄ uidetur naturaliter inclinatio sit secundū cognitionem, & appetitum.

¶ Secun-

266 Porrecta per totum.

Inf. q. 63. ar. 1. Et 2. 2. q. 47. a. 15. Et 3. d. 33 q. 1. a. 2. q. 1. Et ver. q. 1 ar 8. Et 1 Eth.

tati: sed habitus est, quo qs utit cum uoluerit, ut dicit Cõment. in 3. de anima.* ergo habitus nõ est à natura.

¶ 2 Præ. Natura non facit p duo, quod p unum põt facere: sed potẽtiæ aiæ sũt a natura. si igit habitus potẽtiarũ a natura essẽt, habitus, & potẽtia essent vnũ.

¶ 3 Præ. Natura non deficit in necessarijs: sed habitus sunt necessarij ad bene operandũ, ut s. dictũ est.* si igit habitus aliqui essent à natura, vr q natura non deficeret, qn oẽs habitus necessarios cãret: patet aũt hoc eẽ falsum. ergo habitus nõ ẽ à natura.

SED CONTRA est, q in 6. Ethi. inter alios habitus ponit intellectus principiorũ, qui est à natura. unde, & principia prima dicuntur naturaliter cognita.

RESPON. Dicendũ, q aliquid põt esse naturale alicui dupliciter. Vno mõ, s'm naturã speciei, sicut naturale est homini esse risibile, & igni ferri sursum. Alio modo s'm naturã indiuidui, sicut naturale est Sorti, uel Platoni, esse ægrotatiuũ, uel sanatiuũ s'm ꝓpriam complexionẽ. Rursus secundum utranque naturã potest dici aliquid naturale dupliciter. Vno modo, quia totum est à natura. Alio mõ, q a scd'm aliquid est a natura, & scd'm aliquid est ab exteriori principio: sicut cũ aliqs sanat p seipsũ, tota sanitas est a natura. cũ aũt aliquis sanat auxilio medicinę, sanitas partim est a natura partim ab exteriori principio.* Si igit loquamur de habitu, scd'm qd est dispositio subiecti in ordine ad formã, uel naturã qnolibet p dictorũ modorũ contingit habitũ esse naturalẽ * est. n. aliqua dispositio naturalis, quę debet humanæ speciei, extra quã nullus homo inuenit, & hęc est naturalis scd'm naturã speciei: sed quia talis dispositio quandã latitudinẽ habet cõtingit diuersos gradus hm̃oi dispositionis cõuenire diuersis hoĩbus scd'm naturã indiuidui: & hm̃oi dispositio põt B esse uel totaliter à natura, uel partim à natura, & partim ab exteriori principio, sicut * dictum est de his, qui sanant p artem. Sed habitus, q est dispositio ad operationẽ, cuius subiectum est potentia aiæ, ut dictum est, potest qdẽ esse naturalis, & scd'm naturam speciei, & secundum naturã indiuidui. scd'm qdẽ naturã speciei, secundũ quod se tenet ex parte ipsius aiæ, quæ cũ sit forma corporis est principiũ C specificũ, secundũ aũt naturã indiuidui ex parte corporis, quod est materiale principiũ: sed tñ neutro mõ contingit in hoĩbus esse habitus naturales, ita q sint totaliter à natura. In angelis siquidẽ cõtingit, eo q hñt spẽs intelligibiles naturaliter inditas, qd nõ cõpetit humanæ naturæ ut in 1 dictũ est.* Sunt ergo in D hoĩbus aliqui habitus naturales tanq partim à natura existẽtes & partim ab exteriori pricipio: aliter quidẽ in apprehensiuis potentijs, & aliter in appetitiuis. In apprehẽsiuis. n. potẽtijs põt esse habitus naturalis scd'm inchoationẽ, scd'm naturã spẽi, & scd'm naturã indiuidui. secundũ quidem naturam speciei ex parte ipsius aię, sicut intellectus principiorũ dr esse habitus naturalis. Ex ipsa. n. natura animę in E tellectualis conuenit hoi q statim cognito quid est totũ, & qd est pars, cognoscat quòd omne totũ est maius sua parte: & sic e

*lib. 3. c6. 18. — *q. 49. ar. 4. — Cap. 6. — concl. — * In isto art. — conclu. p — *q. 50. ar. 2. — *q. 55. ar. 2. — conclu. a

¶ Secundum est de rõ habitus assignata in lra. Vt. n. implicare & in se, & cum supradictis: in se quidẽ, quia ponit inclinationem ad propria obiecta spectare ad habitum, & nõ spectare ad ipsum, sed ad potentiã, cum p. s. dictũ sit, quia in articulo quinto q̃onis pcedentis dictũ est, habitum in uoluntate pon pp inclinationẽ ad propria obiecta, quod hic negatur.

¶ Ad primam dubitationẽ dr qd presupposito q intellectus agẽs nõ sit habitus principiorũ, qui ponitur unus ex quinq; habitibus intellectualibus in sexto Ethi. qd nõ est difficile persuadere: duo errores cauendi sunt hic, alter: ne putemus pueriliter unam partẽ habitus, qui dr intellectus, fieri ab intra, & alterã ab extra, & ppea inchoationẽ eius poni à natura p fectionẽ, q nuncupat ab extra. Alter, ne putemus totã illã quidem qualitatẽ, quæ est habitus congenitã nostro intellectui, sed impeditã pp absentiam notitiæ terminorũ. Primum. n. repugnat indiuisibilitati intelligibilis qualitatis: scd'm uero puræ potentiæ, quia intellectus in principio est sicut tabula rasa: putandum aũt magis est, q sicut nutrire, augereq; naturales sunt actus eius non qualitercunq; sed aduenienti alimẽto decocto: sic notitia principiorum habitualis naturaliter fluit aduenientibus ab extra terminis, ita q ad intelligibilẽ pñtiam eorum inditũ est, ut ab aia intellectiua possibili sub lumine agẽtis fluat qualitas illa, q est habitus principiorum, sicut motus grauium & leuiũ a natura grauiũ, & leuiũ. & ut lumẽ effluxit, p perseuerat, quamuis non exeat in actum, impedita phantasia.

Dña igitur inter intellectum & uoluntatem in hoc est, q in intellectu fluit naturaliter habitus quidam pręsentibus ab extra terminis principiorum: in uoluntate aũt nõ, sed sola promptitudo ipsius ad principia, scilicet, bonum prosequendum, & malum fugiendum, & huiusmodi inuenitur à natura.

¶ Ad secundam dubitationem dr dupliciter, secundum quod dupliciter exponi possunt uerba litteræ. Primo, intelligendo per ly propria obiecta, specialia obiecta contenta sub cõ. obiecto illius potentiæ, quod in quæstione præcedenti uocauit aliquod determinatum. uerbi grat a. In uoluntate commune obiectũ est bonum, specialia sunt bonum in passionibus timoris, & audaciæ; bonum in delectationibus, & tristitijs: bonum in cõmutationibus, & huiõi. & sic tñ litteræ alludit dictis in responsione

A ad tertium in art. 3. præcedentis quæstionis. s. q quia in intellectu habitus est necessarius simpliciter, quia est determinatiuus potentiæ ad obiecta: in uoluntate aũt est necessarius ad bñ esse, quare non determinat ad obiectũ, sed facit promptiorẽ &c. ideo ibi est habitus naturalis, hic nõ. Sed hæc tñ sn non ualet: quia intellectus non solũ ad specialia, sed ad communissimũ obiectũ attingendũ determinatur ab habitu ac p hoc extra ppositum est loqui de specialibus obiectis. Dicendũ est ergo, q sermo literæ est formalis, & p propria obiecta intendit ipse uera, propria, & adæquata obiecta potentiarũ appetitiuarũ, de quibus loquitur, & q ideo cõstituit hoc q q a nullo naturalis habitus ad operationẽ in cõ. loquendo, est determinatiue potẽtiã ad obiectũ attingẽdũ, & in intellectu. opus est ista determinatione: quia nisi aliqua spẽ determinet, nihil intelligere põt: in uoluntate aũt, & vniuersaliter appetitu. nõ est opus ista determinatione, quia ꝓuenit ab ipsa appetitiua potentia: qm eius officiũ ex natura, ẽ inclinatio in obiectũ ꝓpriũ. Nihil. n. aliud est appetitus, q inclinatio: ideo in potẽtijs appetitiuis nõ est inchoatio naturalis habitus, ac p hoc nullus est in eis naturalis habitus: in apprehẽsiuis aũt sic. Et sic oĩa cõsonant: quia affirmatio, & negatio nõ cadunt sup idem. affirmat. n. de habitu naturali absolute, qd eius est inclinare ad ꝓpria obiecta: & negat q hoc cõuenire possit habitui in appetitu: quia hoc cõuenit ipsi appetitui. & sic a negatione officij ipsius habitus naturalis procedit ad negationẽ ipsius habitus naturalis in appetitu. necnõ tradens supradicta: qñ hic cõparat potẽtias appetitiuas ad ꝓpria obiecta negat habitus, qd ẽ tunc dixit. ibi uero comparans potentias ad specialia, seu determinata obiecta sub obiecto communi, posuit habitus inclinantes ad illa prompte, faciliter &c. quæ duo in nullo dissonant.

¶ In responsione ad secundum, aduerte rationem quæstionis motæ in prima parte quæstionis &c. nota duo. Primo, differentẽ perfectionem: secundo rationem. Tantum in primus distat, assentiam angeli p seipsam esse similitudinem olum, & per adiunctas species, ut primum ponat perfectionem altissimam, secundum diminutam. & ratio est quia primum ponit essentiam illã vnite habere species rerum: secundum uaro diuisim. Constat. n. quòd unite habere, quæ diuisa sunt, in alijs alterioris perfectionis esse.

nis esse: pſertim quia ptimū ponit ſe uniſe hēre, qd in una ſubſtātia habeatur ſcdm qd in ſubſtātia, & in accidente. Rō aūt in littera poſita pro affirmatione, quare. ſ. per participationē diuinæ ſapientiæ pōt intellectus angelicus eſſe actu ea, q̄ intelligit. nō ſic interpretanda eſt, quaſi intellectus angelicus iſtā actualitatē a diuina ſapiētia, aut ſuſcipiat ſpēs intelligibiles: ſed qa ipſa angelus ſicut eſt ens, ita intelligens. i. ſicut eſt pfectus in eſſe ſubſtātiali, ita eſt pfectus in ſcdo intellectū in actu. Cōſtat aūt qd ens eſt p participationē diuinæ eſſentiæ, ac p hoc cū diuiſione eſſētiæ ab eſſe, eſt ut unitum ſuperius diuidatur inferius. ergo eſt i intelligendo in actu pfectus participādo diuinā ſapientiā, & cōſequēter cū diuiſione ſuſcipit pfectū intellectū in actu eadē rōne. Vñ i ultimo ar. præcedētis q̄ōnis ad ſcdm dr de angelis, quia nō ita ſunt per ſeipſos entes, q̄n participent ſapientiā, & bonitatē diuinā: ideo inquantū participare, indigent ab exteriori, ideo neceſſe eſt in eis ponere habitus. Quia ergo eſsēt ç angelicæ participatiōes qdā ſunt diuinæ eſsētiæ, & in eſſe naturali, & in eſſe intelligibili, et entia per participationē diuinā ſuſcipiunt. quod in ſuperiori participato unitū eſt, ſequitur quod quēadmodū ad hoc ut eſſentia cōplementū eſſendi hēat, indiget eſſe diſt nctō a ſe, ita ad hoc quod cōplementū in eſſe formæ intelligibilis obtineat, ut ſpēs hēat adiunctas rerū aliarū: et ſicut eſſe ab extrinſeco hēt, non th ſic quaſi eſſent a pfuerit abſq; eſſe, & accipiat eſſe ab alio: ſed qa p hoc eſt, q abalio eſt: ita ſpēs additas ab extrinſeco hēt nō ſic: quaſi pfuerit et ſuſcipiat à Deo ſpēs, ſed qa p hoc illas hēt, qa a Deo cōgnatas naturali ſequela ad ppriā eſſentiā poſſidet. et eſt ſermo pñs de naturali ſcientia angelorum, qua ſciunt alia.

*lib. 2. post. text. ult. circa medium to. 2.

est in cæteris. Sed quid ſit totū, F & qd ſit pars, cognoſcere nō pt niſi p ſpēs intelligibiles à phantaſmatibus acceptas. & pp hoc Philoſophus in fine.* Poſteriorū oñdit, q cognitio principiorū pueniт nobis ex ſenſu. ſm vero natura indiuidui eſt aliqs habitus cognoſcitiuus ſm inchoationē naturalē, inquantū vnus hō ex diſpoſitiōe organorū eſt magis aptus ad bñ intelligendū, q̄ alius inquantū ad operationē G intellectus indigemus virtutib⁹ ſenſitiuis. In appetitiuis āt potētijs nō eſt aliqs habitus naturalis ſm inchoationē ex parte ipſius aīæ, quātū ad ipsā ſubſtātiā habitus, ſed ſolū quantū ad principia qdā ipſius. ſicut principia iuris cōis dñr eſſe ſeminalia uirtutū: & hoc iō, qa inclinatio ad obiecta ppria q̄ vř eſſe inclinatio habitus, nō ptinet ad habitū ſed magis ptinet ad ipsā rōnem H potētiarū: ſed ex parte corporis ſm naturā indiuidi ſunt aliq habitus appetitiui ſm inchoationes naturales. ſunt. n. qdā diſpoſiti ex ppria corporis cōplexione ad caſtitatē, uel manſuetudinem, uel ad aliquid huiuſmodi.

Ad primvm ergo dicēdū, q obiectio illa procedit de natura ſm qđ diuidiť ɔ̄ rōnem, & uolūtatem, cum tñ ipſa rō, & uoluntas ad naturā hois pertineant. I

Ad 2m dicendū, q aliqd ēt naturaliter pōt ſuperaddi potētiæ qđ tñ ad ipsā potentiā ptinere nō pōt: ſicut in angelis non pōt ptinere ad ipsā potētiā intellectiuā, q ſit per ſe cognoſcitiua oium, qa oporteret q eſſet act⁹ oium qđ ſolius Dei eſt. Id. n. quo aliquid cognoſcit, oportet eſſe actualē ſiītudinem eius qđ cognoſcit. vñ ſequereť, ſi potentia angeli p ſeipſam cognoſceret K oia, q eſſet ſimilitudo, & actus, oium, vñ oportet q ſuperaddantur potentiæ intellectiuæ ipſius aliquæ ſpecies intelligibiles, q̄ ſūt ſimilitudines rerū intellectarum, quia p participationē diuinæ ſapientiæ, & non p eſſentiā ppriā, pñt intellectus eorū eſſe actu ea, q̄ intelligūt. Et ſic patet q non omne id, quod ptinet ad habitum naturalem, poteſt ad potentiam pertinere.

Ad 3m dicendū, q natura nō ęqualiter ſe habet ad cauſandas oēs diuerſitates habituū: qa quidam pñt cauſari à natura, quidā non, ut ſ. dictū eſt: *& iō non ſequitur ſi aliqui ſint habitus naturales, qđ omnes ſint naturales.

*ad 1. argu.

Articvlvs II.

Vtrum aliquis habitus cauſetur ex actibus.

Ad secvndvm ſic pceditur. Vř q nullus habitus poſſit ex actu cauſari. Habitus. n. eſt qualitas quædam, ut ſupra dictū eſt.* Omnis enim qualitas cauſatur in aliquo ſubiecto, inquantū eſt alicuius receptiuū. cū igitur agens h ex hoc q agit, non recipiat aliquid ſed magis ex ſe emittat, uidetur quòd non poſſit aliquis habitus in agēte ex proprijs actibus generari.

*q. 49. ar. 1.

¶2 Præt. Illud, in quo cauſatur aliqua qualitas, mouetur ad qualitatē illam, ſicut patet in re calefacta uel infrigidata, quod autē pducit actum cauſantē qualitatem mouet, ut patet de calefaciente, uel infrigidante. ſi igiť in aliquo cauſareť habitus p actū ſuiipſius, ſequereť q h idem eſſet mouens, & motū agēs & patiēs: qđ eſt impoſſibile, ut dř in 3.*. Phyſ. *tex. 8.

¶3 Præt. Effectus nō pōt eſſe nobilior ſua cā: ſed habitus eſt nobilior q̄ h actus præcedens habitū, qđ patet ex hoc, q nobiliores actus reddit. ergo habitus non poteſt cauſari ab actu præcedente habitū.

Sed contra eſt, qđ Philoſo. in 2. Ethico. docet habitus uirtutum, & uitiorum ex actibus cauſari. *ca. 1. et 2. to. 5.

Respon. Dicendū, q in agente qñq; eſt ſolū actiuum principiū ſui actus, ſicut, in igne eſt ſolū principiū actiuū calefaciendi, & in tali agente non pōt aliquis habitus cāri ex pprio actu: & inde eſt, q res naturales nō pñt aliquid conſueſcere, uel diſſueſcere, ut dř in 2. Ethi. Inueniť aūt aliqđ agens, in quo eſt principiū actiuū, & paſſiuū ſui actus, ſicut patet in actibus humanis. nā actus appetitiuæ uirtutis pcedunt à vi appetitiua, ſm qđ moueť a ui apprehēſiua repręſentāte obiectū: & ulterius, uis intellectiua, ſcđm qđ rōcinať de concluſionibus, hēt ſicut principiū actiuū ppoſitionē p ſe notā. m Vñ ex talibus actibus pñt in agentibus aliqui habitus cāri, non qdē quātū ad primū actiuū principiū, ſed quātum ad principiū actus, qđ mouet motū.* nā omne quod patiť, & moueť ab alio, diſponiť per actum agentis: unde ex multiplicatis actibus gñatur quędam qualitas in potentia paſſiua, & mota, q̄ noīatur habitus. ſicut habitus uirtutū moraliū cauſanť in appetiuis potentijs, ſcđm quod mouenť à rōne: & habitus ſcientiarum cauſantur in intellectu, ſecundum quod mouetur a primis propoſitionibus.

*prin lib. to. 5.

concl. m.

Ad primvm ergo dicēdū, q agens inquantū eſt agēs, nō recipit aliquid, ſed inquatū agit motū ab alio, ſic recipit aliqd a mouēte, & ſic catur habit⁹.

Ad 2m dicendum, quòd idem ſecundum idem, non poteſt eſſe mouens, & motum. Nihil aūt prohibet

SVPER Q. LI ART. II.

Egid. 2. ſ. d. 3. q. 1. ar. 2. D Bon. d. 3. ar. 1. q. 2. Ric. d. 3. q. 2. Medina art. 2.

In art. 2. eiuſdē. q. 51 notato diligenter, q nobilitas operationis actiuæ penſatur ex forma, quæ eſt actionis principium: et ppterea, ut expreſſa patet licet, actus præcedens habitum ſit ſecundum ſe imperfectus, eſt tamen perfectio ſecundum ſuum principium. et hoc ſufficit: quod bene notabis.

367 *Porrecta per totum.* Inf. q. 63. art. 2. Et mal. q. 2. ar. 11. ad 4. et 6. Et ueri. q. 1. ar. 9. cor. et ad 10. et art. 11. ad 13.

hibet idem à seipso moueri secundum diuersa, ut A in 8. Physi. probatur. *text. 28. to. 2.

Ad 3m dicendũ, q actus pcedẽs habitũ inquãtũ pcedit a principio actiuo, pcedit a nobiliori principio, q̃ sit habitus gñtus: sicut ipsa rõ est nobilius pricipiũ, q̃ sit habit⁹ uirtutis moralis i vi appetitiua p actuũ ɔsuetudines gñatus: & itellectus pricipiorũ est nobilius principiũ, q̃ scien'ja conclusionũ.

ARTICVLVS III.

Vtrum per unum actum possit generari habitus.

Egid. 2. s. d. 8. q. 2. ar. 1. *D. Bon d 8 ar. 3. q. 1.*
Dur. d. 8. q. 2. *Medina ar. 3.*

268 *Porrecta per totum.* Inf. q. 71. ar. 4. cor. Et 1. d. 17. q. 2. ar. 3. Et ne. q. 1. arti. 9. ad 11. & 13.

AD TERTIVM sic pceditur. Videt quòd p unũ actũ possit habitus generari. Demonstratio. n. actus rationis[b] est: sed per unã demonstrationẽ causatur scientia, quæ est habitus conclusionis unius. ergo habitus potest causari ex uno actu.

¶ 2 Præt. Sicut contingit actus crescere per multiplicationẽ, ita contingit actũ crescere p intensionem: sed multiplicatis actibus generatur habitus. ergo etiam si multum intendatur unus actus, poterit esse causa generatiua[h] habitus.

¶ 3 Pręt. Sanitas, & ægritudo sunt[b] habitus quidã sed ex uno actu contingit hoĩem, uel sanari, uel infirmari. ergo unus actus potest habitum causare. C

SED CONTRA est, qđ Philos. dicit in 1.* Ethic. q una hirundo uer nõ facit, nec una dies: ita utiq; nec beatũ nec felicẽ una dies, nec paucũ tẽpus: sed beatitudo est operatio secundũ habitũ pfectæ uirtutis ut dr̃ in 1.* Ethi. ergo habitus uirtutis, & eadem ratione alius habitus, non causatur per unum actũ. *c. 7. post medium. to 3. *c. 7. et 8. et 10. et c. 11. to. 5. *ar. pręcede.

RESPON. Dicendũ, q sicut iã dictũ est.* Habitus p actũ gñaĩ, inquantũ potentia passiua moueĩ ab aliquo principio actiuo. Ad hoc aũt q aliqua: qualitas causeĩ in passiuo oportet q actiuũ totaliter uincat passiuũ. vñ videmus, q qa ignis nõ pt totaliter uincere suũ cõbustibile, nõ statim iflãmat ipsũ, sed D paulatim abijcit ɔ̃rias dispositiões, ut sic totaliter uincẽs ipsũ, siñtudinẽ suã ipsi imprimat. Manifestũ. est aũt, q principiũ actiuũ, qđ est rõ, non totaliter põt supuincere appetitiuã potẽtiã i uno actu, eo q appetitiua potẽtia se hẽt diuersimode, & ad multa. Iudicaĩ aũt p rõnẽ in actu uno aliqd appetẽdũ ŝm determinatas rõnes, & circunstãtias: vñ ex hoc nõ totaliter uinciĩ appetitiua, potẽtia, ut feraĩ in idẽ, ut in pluribus p modũ naturæ, qđ ptinet ad habitũ uirtutis. & iõn habitus uirtutis nõ pt causari p unũ actũ, sed p multos.[n] In apprehẽsiuis aũt potentijs cõsiderãdũ est, q duplex est passiuũ, unũ qdẽ ipse E intellectus passibilis: aliud aũt intellectus, quẽ uocat* Arist. passiuũ, q est rõ particularis. i. uis cogitatiua cũ memoratiua, & imaginatiua. Respectu igiĩ primi passiui põt esse aliqđ actiuũ, qđ uno actu totaliter uincit potẽtiã sui passiui: sicut una ppositio p se nota cõuincit intellectũ ad assentiẽdũ firmiter cõclusioni, qđ qdẽ nõ facit ppositio pbabilis: vñ [p]ex multis actibus rõnis oportet cãri habitũ opinatiuũ, ẽt ex parte itellectus possibilis. Habitũ ãt sciẽtiæ possibile est cãri ex uno rõnis actu, quantũ ad intellectũ possibilẽ: sed quãtũ ad iferiores uires apprehẽsiuas, necessariũ est eosdẽ actus pluries reiterari, ut aliqd firmiter memoriæ imprimaĩ.[q] Vñ Philos. in lib.* de memoria, & reminiscẽtia dicit, q meditatio cõfirmat memoriã: habitus ãt corpales possibile est causari ex vno actu, si actiuum fuerit magnæ uirtutis, sicut quandoque medicina fortis statim inducit sanitatem. *conclu. m *lib. 3. de aĩa text. 20. to. 2. *conclu. p *Ca. 1. nõ procul. a fine, to. 2.

¶ Et per hoc patet responsio ad obiecta.

ARTICVLVS IIII.

Vtrum aliqui habitus sint hominibus infusi a Deo.

AD QVARTVM sic pcedit. Vĩ q nullus habitus hoĩbus infundaĩ à Deo Deus. n.[h] ęqualiter B se habet ad omnes. Si igiĩ qbusdã infundit habitus aliquos, omnibus eos infunderet: quod patet esse falsum.

¶ 2 Pręt. Deus operaĩ in oĩbus ŝm modũ, q conuenit naturæ ipsorum: qa diuinæ puidẽtiæ est, naturã saluare, ut dicit Dio. 4. cap. * de diuin. no. sed habitus in hoĩe naturaliter causanĩ ex actibus, † dictum est. non[h] ergo causat C Deus in hominibus aliquos habitus absque actibus.

¶ 3 Præt. Si aliquis habitus à Deo infundiĩ, p illũ habitũ hõ potest multos actus pducere: sed ex illis actibus causaĩ similis[h] habit⁹, ut in 2.* Eth. dr̃. sequiĩ ergo duos habitus eiusdẽ spẽi esse in eodẽ, vnũ acquisitũ, & alterũ infusum quod vr̃ eẽ impossibile nõ. n. duę formæ eiusdem speciei pñt esse in eodẽ subiecto. nõ ergo habitus aliqs infunditur hoĩ à Deo. D *c. 4. par. 4 nõ multum a fi. † ar. præced. *c. 1. et 2. to. 5.

SED CONTRA est, quod dr̃ Eccles. 15. Impleuit eum Dñs spiritu sapientiæ, & intellecrus: sed sapientia, & intellectus quidam habitus sunt. ergo aliqui habitus homini à Deo infunduntur.

RESP. Dicendum, quòd dupli ci ratione[m] aliqui habitus homini à Deo infundũtur.[n] Prima ratio est, quia aliqui habitus sunt, quibus hõ bene disponitur ad fi E nem excedentẽ facultatẽ humanæ naturæ, quæ est ultima, & pfecta hominis beatitudo, ut* supra dictũ est. Et quia habitus oportet esse proportionatos ei, ad quod homo disponitur ŝm ipsos, ideo necesse est quòd etiam habitus ad huiusmodi finem disponentes, excedant facultatem humanę naturæ: unde tales habitus nunquàm possunt homini inesse, nisi ex infusione diuina, sicut est de omnĩbs gratuitis uirtutibus. Alia ratio est, quia Deus potest producere effectus causarum secundarum absque ipsis causis secundis, ut in primo.* dictum est. Sicut igitur quãdoque ad ostensionem suę uirtutis producit sanitatẽ *q. 5. art. 5. *p. p. quæ. 105. ar. 6.

SVPER QVÆS. LI. ART. IIII.

Medina ar. 4.

269 *Porrecta per totum.* 1. d. 17. q. 1. ar. 3. co. et 3. d. 23. q. 3. ar 2. ad 3. Et ve ri. q. 12. a. 1. ad 7.

IN responsione ad 3. 4. ar. omisso ter tio aduerte. q cum duorũ ordinum sint infusi habitus, quidã. s. p accidẽs, & quidã p se infusi. illi nanq; habitus qui pñt ex nostris actibus, aut natura acquiri, sunt per accidens infusi: accidit. n. eis infundi: & isti sunt eiusdẽ rõnis specialissimæ, qñ infunduntur cũ acquisitis. Geometria. n. infusa, & acquisita eiusdem sunt speciei, sicut. oculi dati cæco nato, & oculi aliorũ & de illis in corpore dr̃, q infunduntur quia Deus producit, quãq; effectus cãsarum secundarum absq; ipsis. illi uero habitus q solã infusione fieri pñt sunt p se infusi, eo q nõ accidit actioni eorum præfusio, immo ipsam p se sibi uendicant: & isti sunt habitus essentialiter supnaturales, ut ĩ principio corporis ar. dr̃. & de utrisque uerificatur hic rñio ad tertium, q actus pcedẽtes ex habitu infuso nõ causant aliquem habitum, sed confirmant præexistentẽ. Et in prompto cã est, du p se infusis quidẽ qa improducibiles sunt nisi p infusionẽ, at p hoc exactib⁹ ooftitu. De p accidẽs uero infusis quia duo accidẽtia eiusdem speciei sunt incompossibilia in eodem. *concl. m

absque

abſq; naturali cā, q tñ ꝑ naturā poſſet cauſari, ita F ēt qñq; ad oſtendendā ſuā uirtutē infundit hoī illos ēt habitus, qui naturali uirtute pñt cauſari: ſicut Apoſtolis dedit ſcientiā ſcripturarū, & omniū linguarū, quā homines per ſtudium, uel conſuetudinem acquirere poſſunt, licet non ita perfecte.

AD PRIMVM ergo dicendū, quòd Deus quantū ad ſuā naturā æqualiter ſe habet ad omnes: ſed ſecundum ordinem ſuæ ſapientiæ certa ratione quędam tribuit aliquibus, quæ non tribuit alijs.

AD 2m dicendū, quòd hoc quod Deus in omnibus operatur ſecundū modū eorum, non excludit quin Deus quædā operetur, quæ natura operari non poteſt: ſed ex hoc ſequitur, quòd nihil operatur contra id, quod naturæ conuenit. G

D.59.676 9108. AD 3m dicendū, q actus, d qui ꝓducunt ex habitu infuſo, non cauſant aliquē habitū, ſed confirmant habitū ꝓexiſtentē: ſicut medicinalia remedia adhibita homini ſano ꝑ naturā, non cauſant aliquā ſanitatem, ſed ſanitatē prius habitā corroborant.

QVAESTIO LII.

De augmento habituum, in tres articulos diuiſa.

DEINDE conſiderandum eſt de augmento habituū. H

ET Circa hoc quæruntur tria.

¶Primo, Vtrum habitus augeantur.

¶Secundo, Vtrum augeātur per additionem.

¶Tertio, Vtrum quilibet actus augeat habitum.

ARTICVLVS I.

Vtrum habitus augeantur.

AD PRIMVM ſic ꝓceditur. Videtur quòd habitus augeri non poſſunt. I b Augmentū. n. eſt circa quantitatē, ut dicitur in 5. * Phyſic. ſed habitus non ſunt in genere quantitatis, ſed in genere qualitatis. ergo circa eos augmentum eſſe non poteſt.

¶2 Præt. Habitus eſt n pfectio quædā, ut dr in 7. † Phyſ. ſed pfectio, cū importet finē, & terminum, non uī poſſe recipere magis, & minus. ergo habitus augeri non poteſt. K

¶3 Præt. In his, quæ recipiunt magis, & minus, h contingit eſſe alterationē. alterari. n. dr, quod de minus calido fit magis calidum: ſed in habitibus nō eſt alteratio ut ꝓbatur in 7. * Phyſic. ergo habitus augeri non poſſunt.

SED CONTRA eſt, quod fides eſt quidā habitus, & tñ augeť. vnde diſcipuli Dño dicunt. Dñe, adauge nobis fidē, ut hr Luc. 17. ergo habitus augentur.

RESPON. Dicendū, q augmentū, ſicut, & alia ad quantitatē ꝑtinentia, à quantitatibus corporalibus ad res ſpūales, & intellectuales tranſferunt, ꝑ connaturalitatē intellectus noſtri ad res corporales, quæ ſub imaginatione cadūt. Dr aūt in quātitatibus corporeis aliquid magnum, ſm quod ad debitā pfectionē quātitatis ꝑducit. Vnde aliqua quantitas reputať magna in hoīe, q̄ non reputatur magna in elephate: vnde & in formis dicimus aliqd magnū ex hoc, q eſt pfectū. Et quia bonū habet rōnē pfecti ꝑ hoc in his, quæ nō mole magna ſunt, idē eſt eſſe maius, qd melius ut Aug. dicit in 6. de Tri. Perfectio aūt formæ dupliciter poteſt conſiderari. Vno modo, ſecundū ipſam formā: Alio modo, ſecundū quod ſubiectū participat formā. Inquantū igiť attenditur pfectio formæ ſm ipſā formā, ſic dr ipſa eſſe parua vel magna, puta, magna, uel parua ſanitas, uel ſcientia. Inquantum uero attenditur pfectio formę ſm participationē ſubiecti, dr magis, & minus, puta, magis, vel minus albū, & ſanū. Non aūt iſta diſtinctio ꝓcedit ſm hoc, quòd forma habeat eſſe ꝑter materiā, aut ſubiectū: ſed quia alia eſt cōſideratio eius ſm rōnē ſpeciei, ſuę & alia ſm quod participatur in ſubiecto. Secundū hoc igitur circa intenſionē, & remiſſionē habituū, & formarū, fuerūt quatuor opiniones apud Philoſophos, ut Simplicius narrat in cōmento Prędicamentorū. Plotinus. n. & alij Platonici ponebāt ipſas qualitates, & habitus ſuſcipere magis, & minus ꝑ hoc, q materiales erant, & ex hoc habebant indeterminationē quandā ꝑ materię infinitatē. Alij uero in ↄ̄triū ponebant, q ipſę qualitates, & habitus ſm ſe non recipiebāt magis, & minus: ſed qualia dñr magis, & minus: ſcdm diuerſā participationē, puta, q iuſtitia nō dicať magis, & minus, ſed iuſtū: & hāc opinionē tāgit* Ariſt. in Prędicamētis. Tertia fuit opinio Stoicorū media īter has. poſuerūt. n. q aliq habitus ſcdm ſe recipiūt magis & minus, ſicuti artes: quidā aūt nō, ſicut uirtutes. Quarta opinio fuit quorundā dicentiū, q qualitates, & formę imma-

SVPER Q. LII. ART. I.

S. bona. 1. ſ. d. 17. q. 1. Scot. 1. ſ. d. 17. q. 3. Ricca. 1. ſ. d. 17. q. 1. Duran. 1. ſ. d. 17. q. 5. Mairo. 1. ſ. d. 18. q. 2. Bacco. 1. ſ. d. 15. q. 1. Cap. 1. d. 17. q. 2. con. 6. Medina ar. 1.

IN ar. 1. q. 52. multa ſunt dubia dilucidanda cū Dei gratia. Eſt in primis dubiū circa ſenſum diſtinctionis factæ in corporc ari. q. pfectio, & augmentū formę dr dupliciter, ſcdm ipſā formā, & ſcdm participationē formæ in ſubiecto. Aut. n. intēdit de forma in abſtracto, uel cōcreto. & hoc eſt extra ꝓpoſitū, qa ſpectat diſtinctio hæc ad modos ſignificandi: qō aūt eſt de te: aut de forma ſpecifice. & numeraliter & hoc non quia hæc ſcientia eſt parua, vel magna ſcdm ſeipſā: aut de eſſentia formę & participatione eius in ſubiecto ut litera ſonare uī, & implicat cōtradictionē, ut author dicit in 2. 2. q. 24. art. 4. ad 3, qm ſi participatio formę i ſubiecto intendiť, ipſa quoque ſubſtantia formæ intenditur, ut ibi dicitur.

270 Porrecta per totum. Inf. q. 66. ar. 1. & 2. cor. Et ueri. q. 1. ar. 11. et q. 5. ar. 3. et 10 Ethi. lec. 3.

* Libr. 5. phyſ. tex. 18. to. 2.

† text. 17. et 18. to. 2

* Tex. 15. et 17. to. 2.

¶ Ad hoc dr, q obſcuritatē i hac re facit ly ſcdm quod: dupliciter. n. ſumi pōt. Primo ut denotat rem denominatam tñ, ut cum dr, Sortes eſt albus ſcdm dentes, & ſic non ſumiť in ꝓpoſito. ſic. n. implicat cōtradictionē, formam augeri ſcdm eſſe in ſubiecto, & non ſcdm ſeipſam, utrunq; . n. eſt auctū alio mō ſumiť ut denotat cām ſeu radicē, ut cum dr, q homo ſcdm quod rōnalis, eſt artifex: & hoc mō ſumitur in ꝓpoſito, & eſt ſenſus, q pfectio, & augmentū formæ, aut oritur ex ipſa natura ſpecifica formæ, aut ex participatione eius in ſubiecto, ita q utraq; pfectio, & utrūq; augmētum ubi inuenit, cōe eſt formæ, et ſubiecto ut hēt formā. Dña āt eſt in cā originis, ut clare hēt inferius in q. 53. ar. 2. ad 2. de diminutione, de qua idem eſt quod de augmento iudicium.

¶ Circa illā propoſitionem. Illud ſcdm qd ſortitur aliqd ſpēm oportet eſſe indiuiſibile, in eodē corpora articuli ſubiunctam, dubium occurrit, de qua īdiuiſibilitate eſt ſermo. Aut. n. eſt ſermo de indiuiſibilitate oīmoda. et hoc nō quia cōſtat qñq; eſſe diuiſibile uirtualiter, et materialiter: aut de īdiuiſibilitate formali, et hoc licet ſit uerum, non tñ eſt ad propoſitū, qm loquimur de augmēto, qd ſtat cū indiuiſibilitate formali: aut de indiuiſibilitate materiali, uocando oēm diuiſionem ſiue quantitatiuā, ſiue gradualem ſiue quālibet abſq; varietate ſpecifica materialem, et hoc eſſet ad propoſitū; ſed eſt falſum quia cū multæ ſpecies ſuſcipientes magis, et minus, ſint ſimplices, ut calor, et albedo, nō pōt intelligi ut calor diuidatur ſcdm magis et minus, et A. eius differentia non intendatur, et remittatur, ſicut ipſe calor.

* Ca. 8. circa mediū to. 3 * Et lib. 8 c. 1. to. 3

* In ſpdie qualitatis.

¶ Ad hoc dr, q ꝓprie loquendo ſermo eſt de indiuiſibilitate latitudinis oppoſita diuiſibilitati, quia aliquid

* In prædic. qualitatis a medio il lius to. 1.

teriales nō recipiūt magis, & minus materiales aūt recipiūt. Vt igit̄ hui⁹ rei ueritas manifestet̄, ꝯsiderandū est ꝙ illud, ſm quod sortitur aliquid speciē, oportet esse fixū, & stans, & quasi indiuisibile. quæcunq; eñ ad illud attingunt, sub specie continenẗ: quæcunq; aūt recedunt ab illo, vel in plus, uel in minus, ptinēt ad aliā speciē: uel perfectiorē, uel imperfectiorem. vnde Philos. dicit in 8. Meta.* ꝙ species rerū sunt sicut numeri, in quib. additio, vel diminutio uariat speciē. Si igitur aliqua forma, uel quæcunq; res ſm seipsam, uel ſm aliquid sui sortiatur rōnē speciei, necesse est, ꝙ secundū se considerata habeat determinatam rationē, quæ neq; in plus excedere, neq; in minus deficere possit: & hmôi sunt calor, & albedo, & aliæ hmôi qualitates, quæ non dn̄r in ordine ad aliud, & multo magis substātia, q̄ est per se ens. Illa uero quæ recipiunt speciē ex aliquo ad quod ordinantur, possunt ſm [a] seipsa diuersificari in plus, uel in minus, & nihilominus sunt eadem specie pp vnitatē eius, ad quod ordinant̄, ex quo recipiunt speciem: sicut motus scd̄m se est intensior & remissior, & tñ remanet eadem species pp unitatem termini, ex quo specificatur. & idē pōt considerari in sanitate: nam corpus pertingit ad rōnem sanitatis, secundū qd̄ habet dispositionem cōuenientē naturę animalis, cui pñt dispōnes diuersæ conuenientes esse, unde pōt uariari dispō in plus uel minus, & tñ semper remanet sanitatis ratio. vnde Philosophus dicit in 10.* Eth. ꝙ sanitas ipsa recipit magis, & minus. Nō.n. eadē ē cōmēsuratio i oibus, neq; in uno, & eodē semper: sed remissa pmanet sanitas vsq; ad aliquid. Huiusmodi aūt diuersæ dispositiones uel commensurationes sanitatis se hñt scd̄m excedens, & excessum vñ si nomen sanitatis esset impositum soli perfectissimæ commensurationi, tunc ipsa sanitas non diceretur maior uel minor. Sic igit̄ patet qualiter aliqua qualitas, uel forma possit ſm seipsā [a] augeri, vel minui, & qualiter nō.

B

¶Si uero ꝯsideret̄ qualitatē, uel formā scd̄m participationē subiecti, sic ēt inueniuntur quędā qualitates, & formę recipere magis, & minus, & quædā non. Huiusmodi aūt diuersitatis cām • Simplicius assignat ex hoc, ꝙ substantia scd̄m seipsam nō pōt recipere magis & minus, quia est ens per se. & ideo ois forma, quę substantialiter participatur in subiecto, caret intensione & remissione; unde in genere substantiæ nihil dr̄ scd̄m magis, & minus. Et quia quantitas propinqua est substantiæ, forma & figura etiam consequuntur quantitatem, inde est ꝙ neque ēt in istis dr̄ aliquid secundum magis

C

D

* text. 10. com. 5.

D.151.

*ca.5.paulo post prin.10.5.

D.315.

*In prædicam. qualit.

aliquid habitudinem habet, siue habeat latitudinem vt calor, siue ut ala, siue quouis alio simili mō: sed attribuitur in litera hmôi indiuisibilitas specificanti ut sic, ita ꝙ sensus est, ꝙ specificans inquantū specificans, stat in indiuisibili, idest, caret latitudine, i. non hēt in se aliqua plura. Et tō est, quia specificāt ut sic, cōstituit speciē vt ultimū, & terminus: ultimo aūt, & termino ut sic, repugnat latitudo: si.n. diuisionē aliquā hēt, scd̄m alterū eorū nō determinabit: & rursus secundū aliqd cōstituet, & secundū aliquid non: & rursus nō cōstituet speciē in certo loco, sed scd̄m aliquid in uno, & scd̄m aliquid in altero: & sic species rerū nō haberēt fixa loca, sicut numeri: nec cōstitutiua earū essent sicut constitutiua numerorum inuariabiliter: cū tñ constat ꝙ res specificātes habeant latitudinē, ut obiiciēdo de calore probat̄. Sermo enī noster formalis est, & nihil aliud intendimus, nisi ꝙ res specificās ut sic, stat in indiuisibili, licet ipsamet res nō ut specificans, sed quōd, bet aliter hēat latitudinem. Quomodo autē hoc sit ad propositum negotium pertinent, in sequenti patebit dubio.

¶Circa distinctionē, & dfiam formarū in litera subiunctam, ꝙ quædā scd̄m se, uel aliquid sui sortiunt̄ speciē, & qdā ex alio, ad qd ordinantur: & illę secundum se habent determinatam rōnē neq; in plus, neq; in minus declinabilem: istæ uero possunt secundum se diuersificari in plus, & minus salua unitate specifica pp unitatem eius, ad quod ordinantur, dubiū est & de sensu verborum, & de efficacia ad propositū. De sensu quidem, quia cum dfia sit intrinsecum constitutiuum omnis formæ, nulla est forma, quæ sic sortiatur speciem ab extraneo: quia omnis forma scd̄m se, uel aliquid sui, puta, dfiam, propriam sortitur speciem, ac per hoc omnis forma clauditur sub primo membro, & nulla restat sub secundo. De efficacia uero, qm̄ reuera omnis forma habet propriam dfiam, secundum quam nec in plus, nec in minus specifice declinare potest: sed sub illa dfia in plus, & minus aliqua forma declinat, ut patet de calore, & albedine, nec aliter est in motu, puta, calefactione quàm in calore. Sicut.n. calefactio salua sua specifica unitate undecunq; illam habeat, intenditur, & remittitur, ita & calor: unde specificatio secundum se, uel ex alio in formis, nihil uidetur facere ad propositum &c.

¶Ad hoc dicitur, ꝙ non est sensus, quòd formarum quædam includunt in sa dfiam constitutiuam, & quædam non: qm̄ differentia est, quæ conducit ad esse, & eius, quod est esse, rei pars est, ut in prædicabilibus dicitur: & stultum est hoc uertere in dubium. sed sensus est, ꝙ quædam formæ habent suam differentiam sine ordine ad aliquod extraneum, ut calor, albedo, & hmôi: quædā uero habent suas dfias cum ordine ad aliquod extraneum, ita ꝙ non sunt absolubiles ab illo extraneo, ut motus, potentiæ, ha-

A bitus, & si quid est hmôi, de quibus in 1. lib. diffuse sermo est habitus. Et hic sensus nullam patitur calumniam, aut falsitatem, ut ibi ostensum est. Efficacia autem sunt hæc ad intentum, qm̄ formæ ex sua natura specifica tantum nihil habent, nisi quòd sortiuntur ex suo specificatiuo, ꝙ in indiuisibili consistere dictū est. Illæ igitur formę, quæ suū specificant indiuisibile sic intus obtinent, ꝙ ad nihil extra ordinant̄, nihil habent ex hoc nisi indiuisibile, ac per hoc scd̄m se non habent augmentū. Illæ aūt, q̄ scd̄m suā propriam dfiam aliquod extraneū licet indiuisibile respiciūt, ex ipsa sua natura accessum ad illud, ac p hoc augmētum in hmôi accessu sortiuntur. Ad quorū maiorem euidentiam scito, ꝙ cū augmentū circa quantitatem uariabilem in plus, aut minus fit, sicut forma sa habet ad quantitatē hmôi, ita se habet ad augmentū: formæ aūt, q̄ extraneū aliqd specificatiuum non respiciūt, nullā scd̄m suā specificam naturam q̄titatē mutabilē sortiunt̄: sed quantitatē tm̄ perfectionis specificæ, ut sic in indiuisibili cōsistētē: formæ aūt, quæ aliquod extraneū specificū respiciunt præter illam specificā perfectionē, sortiuntur aliā quantitatē mutabilē, s. secundū accessum maiorem, uel minorem ad illud specificans: & ideo illæ scd̄m se non augētur, aut minuuntur, istæ sic. Et cōsistit tota uis in hoc, ꝙ licet utrobiq; specificans ut sic, cōsistat in indiuisibili, nec habeat latitudinem, & propterea commune est utrisque quòd specifice nihil potest addi, aut subtrahi, quin uarietur species: habentibus tamen differentiam mendicantem ab extraneo specificante, ex hoc ipso respectu conuenienti formæ secundum suam naturam specificam pure sumptam annexus est motus accessus ad illud maior, & minor, secundum E quem hmôi formæ secundum se dicuntur augeri, uel minui. Tales aūt accessus non possunt poni in aliis formis, qm̄ nihil extra respiciunt specificans, cui diuisibilis hic accessus annecti possit. verbi gratia. Scientia, quia secundum suam naturam respicit scibile, ex hoc ipso quòd non abstrahit à scibili specificante, consequitur ꝙ plus, & minus ad ipsum scibile accedere possit, plura uel pauciora de ipso attingendo. Calor autem nihil præter specificam naturam intrinsecam dicens, nihil habet ut sic, uariabile. Et hæc est intentio authoris de augmento, & diminutione formarum secundum se.

¶Circa augmentum, & diminutionem formarum secundū participationem in subiecto, secundo loco in corpore ar. positam aduerte, quòd quia suscipere magis, & minus latitudinem quandam importat: ideo author ex indiuisibilitate excludente huiusmodi latitudinem, dfiam manifestat inter formas sic augmētabiles, & non augmentabiles: & dupliciter hoc contingit. Primo si forma indiuisibiliter se habeat ad subiectum; tūc enim con-

stat

ſtat q participētio eius latitudinē non hēt.& hoc inuenit inter oēm formā ſubſtantialē,& eius ſubiectū:& rō in litera ponitur, qa .ſ. ſpecificat ſubiectū. ſpecificare.n. actus eſt in indiuiſibili cōſiſtens,ut dictū eſt: & eſt ſermo de ſpecificatione ſubiecti nō in tali,aut tali ſpecie,ſed ſimpliciter,qd ſolū inuenit in forma ſubſtantiali: ceteræ.n.ſpecificant ſcdm quid. Secundo cōtingit, ſi de rōne formæ ſit indiuiſibilitas nō in parte quātitatiuas, ſicut numerus & circulus partes hñt:ſed in plura, quorū aliquo adiuncto, uel adēpto, pfectior, aut minus pfecta ſit: qd eſt carere latitudine. & eſt ſermo de forma, nō de ſpecificante ipſam. Iam.n. dictū eſt. q oē ſpecificans ut ſic, cōſiſtit in diuiſibili: nunc aūt dicimus, q nō ōis forma cōſiſtit in diuiſibili:ſed qdā ſicut ſpecies figurarū. & numerorū,& quædā non, ut multæ qualitates primæ, & tertiæ ſpeciei. calor.n. adēpto aliquo gradu ſuæ latitudinis remiſſior eſt, & appoſito intēſior eſt. Circulus aūt quocunque uariato, aut non remanet circulus,aut æque: & ſic habes, & quare qdā formæ ſecundū ſuas ſpecificas naturas augent, & qdā nō.& hoc pp antiquos:& quare qdā formę ſuſcipiūt magis,& minus, ut reſpiciunt ſubiectū,& qdā non.

F propinquitatē ad ſubſtantiam à Simplicio,ut patet in litera. Et pptea author cū dictū Simplicij non refutauerit,ſed explanauerit,& ampliauerit,in illa cōnumeratione eas dimiſit,qua ille poſuit: & cū hoc,conatus eſt ex ſua explicatione de eadē ſubuſa rōne reddere rōnē. Secundo, q ſubiectū pñtis diſcuſſionis eſt forma nō eſſentialiter quanta quātitate molis, ut in principio corporis art. innuit: qm magnitudo formarū de qua eſt qſtio, circa quā eſt augmentū, & diminutio, q uocant intenſio & remiſſio, diſtinguit in litera cōtra magnitudinē quātitatis molis. & ſic quātitas molis tanquā habens alterius generis magnitudinē, & augmentū, & diminutionē, extra præſentē diſputationem à principio artic. remanſit. Erit ergo ſenſus hoc rō literæ de formis non eſſentialiter quantis quātitate molis, quare qdam ſuſcipiunt magis,& minus, & quædā non: & merito,qa de iſtis eſt dubium: illas.n. conſtat non ſuſcipere magis & minus: nec obſtat q author ēt ad quantitatis continuæ ſpecies aliquas ſermonē extēderit: qm hoc ad pfectionē ſpectat doctrinę &c.

* text.15. tom. e.

aut minus. Vnde Philoſ. dicit in 7. Phyſ.* q cū aliquid accipit formā,& figurā,nō dr alterari, ſed magis fieri. Aliæ uero qualitates, q ſunt magis diſtātes á ſubſtantia, cōiungunt paſſionibus, & actionibus, recipiūt magis,& minus ſm participationē ſubiecti. Pōt h aūt, & magis explicari hmōi diuerſitatis rō. ut.n. * dictū eſt, id a quo aliqd hēt ſpēm, oportet manere fixū, & ſtans in indiuiſibili. Duobus igit modis pōt cōtingere, q forma nō participat ſm magis, & min. Vno mō, qa participans hēt ſpeciē ſm ipſā,& inde ē q nulla forma ſubſtantialis participat ſm magis, & minus; & pp hoc philoſ. dicit in 8.* Met. q ſicut numerus nō hēt magis neq; minus,ſic neque ſubſtātia, q eſt ſm ſpeciem, ideſt, quantū, ad participationē formę ſpecificę,ſed ſiquidē quę cū materia,ideſt, ſm materiales diſpōnes inuenit magis & min in ſubſtātia. Alio mō pōt ɔtingere ex hoc, q ipſa indiuiſibilitas eſt de rōne formæ: vñ oportet q ſi aliqd participet formā illā, q participet illā ſm rōnē indiuiſibilitatis,& inde eſt, q ſpecies numeri nō dñr ſm magis, & minus: qa unaquæq; ſpecies in eis cōſtituit p indiuiſibilē unitatē. & eadē rō eſt de ſpeciebus quātitatis continuæ, q ſm numeros accipiunt,ut bicubitū & tricubitū:& de relationib, ut duplū,& triplū:& de figuris, ut trigonū, & tetragonū. & hác rōnē ponit Ariſt. in* Prædic. ubi aſſignās rōnē quare figurę nō recipiūt magis,& minus,dicit. Quæ qdē recipiūt trigoni rōnē & circuli,& ſiſr trigona,uel circuli ſunt, qa indiuiſibilitas ē de ipſa eorū rōne. vñ qcunq; participant rōnē eorū, oportet q indiuiſibiliter participēt. Sic igit patet, q cū habitus, & diſpōnes dicant ſcdm ordinē ad aliqd,ut dr i 7.* Phyſ. dupl'r pōt intēſio, & remiſſio in habitib,& diſpōnib. ɔſiderari. Vno mō, ſcdm ſe, put dr maior, uel minor ſanitas. vl maior, uel minor ſcia, quę ad plura uel pauciora ſe extēdit. Alio mō, im participationem ſubiecti, put. ſ. æqualis ſcia, uel ſanitas magis recipit in uno q in alio, ſm diuerſā aptitudinē, uel ex natura, uel ex ɔſuetudine. nō.n. habitus, & diſpō dat ſpeciē ſubiecto, neq; iterū in ſui rōne includit indiuiſibilitatē. Qūo aūt circa uirtutem ſe habeat,* infra dicetur.

* q.66.

AD PRIMVM ergo dicendū, q ſicut nomē magnitudinis deriuatur à quantitatib. corporalib. ad intelligibiles pfectiones formarū, ita ēt, & nomē augmenti, cuius terminus eſt magnum.

AD 2m dicendū, qd habitus q dē pfectio eſt, ſi tñ talis pfectio, q ſit terminus ſui ſubiecti, puta, dās ei eſſe ſpecificum: neq; ēt in ſui rōne terminū includit, ſicut ſpēs numerorū: vñ nihil prohibet qn recipiat magis, & min.

AD 3m dicendū, q alteratio primo quidem eſt in qualitatib. tertiæ ſpeciei: in qualitatib. uero primę ſpeciei pōt eſſe alteratio p poſteri. Facta.n. alteratione ſcdm calidū, & frigidū, ſequitur aial alterari ſcdm ſanū, & ægrū. Et ſimiliter facta alteratione ſm paſſiones appetitus ſenſitiui, uel ſm uires ſenſitiuas appræhenſiuas, ſequit alteratio ſm ſciētiā, & uirtutes, ut dr in 7.* Phyſic.

* text.10. tom.3.

ARTICVLVS II.

Vtrum habitus augeantur per additionem.

AD SECVNDVM ſic procedit. Videtur q augmentum habituū fiat per additionem. Nomen enim augmenti, ut * dictū eſt, à quantitatibus corporalib. tranfertur ad formas: ſed in quātitatibus corporalibus non fit augmentū ſine additione. vnde in 1. de † Generatione dicitur, q augmentum eſt præexiſtenti magnitudini additamentum. ergo & in habitibus non fit augmentum, niſi per additionem.

* In isto art.

* text.10. tom.3.

¶ Circa rōnem aſſignatā in eodē 1. art. quæſ. 52. quare qdā formę, ut participabiles in ſubiecto, ſuſcipiūt magis & minus, & quædā nō, dubiū duplex reſtat. primo de ſpeciebus quantitatis cōtinuæ infra latitudinē cōtinui, ſ. linea, ſuperficie, & corpore. hę.n. in litera nō tractātur, n. ſi ut induunt diſcreti rōnē, puta, bicubitū, tricubitū &c. Et ſic hæ neq; ſpecificāt, neq; indiuiſibilitatē de ſua rōne ſortiunt, & cōſequenter ſuſcipere deberent magis, & minus, ſi rō literæ eſſet ſufficiens: cōſtat aūt q non ſuſcipiunt magis, & minus. Scdo de naturalibus potentijs, q ponuntur in ſecunda ſpecie qualitatis, ut intellectus, uoluntas, cōcupiſcibilis &c. Quæ ēt ſunt abſq; magis, & minus, & tñ nec ſpecificant, nec indiuiſibilitatem hñt.

* In prædic. qual. post medium illius to. 1.

* text.17. tom.2. concl. m

¶ Ad primū ce duplici capite dici pōt. Primo, q hmōi quantitates cōputātę ſunt cū formis ſpecificantib. quo ad hoc, pp earum

¶ Ad ſcdm dr. q naturales potentiæ, q conſequuntur immutabiliter ſubſtantias; cū formis ſpecificantib. connumerantur: unde hoc nihil obſtat. Dico aūt immutabiliter, qa ſi aliquæ conſequerentur mutabiliter, ut durū, & molle, nihil prohibet eas ſuſcipere magis & minus. Alteratione.n. facta fiet magis molle, aut minus: & ſic uniuerſalis regula vi ſtare in formis abſolutis. reſpectiue.n. abſolutarū naturas conſequunt, & ſecundū eas ſuſcipiunt, uel nō ſuſcipiūt magis & minus. duplū.n. non ſuſcipit magis minus: ſi mileaūt ſuſcipit magis, & minus, qa qualitas ſuſcipit magis, & minus &c.

SVPER Q. LII. ART. II.

S. bona. 1. ſ. d. 17. q. 1. Scot. 1. ſ. d. 17. q. 3. Ricca. 1 ſ. d. 17. q. 2. Duran. 1 ſ. d. 17. q. 5. Maira. 1. ſ. d. 17. q. 2. Bacco. 1. ſ. d. 17. q. 1. Cap. 1. d. 17 q. 2. con. 3. 2. d. 18. q. 1. con. 4. Medina ar. 2.

271 Porrecta per totum. Inf. q. 66. art. 1 & 2. Et uerit. q. 1. ar. 11. & q. 5. art. 3. & 10. Eth. lib. 3.

* art. 1. † lib. 1. de generat. tex. 31. to. 2.

IN art. 2. eiuſdē q. dubia duo ſunt. Primū eſt circa diſt. factam in litera. 1. q ſi intēſio in formis intelligitur p additionē, hoc non

¶ 2 Præt. Habitus nô augetᷓ nisi aliquo agente: sed oẽ agens h aliquid facit in subiecto patiẽte, sicut calefaciẽs facit calorẽ i ipso calefacto. ergo ñ pôt eẽ augmẽtum, nisi aliqua fiat additio.

IN artic. 4. dubium primo occurrit ex Scoto in prologo primi sententiarum, in assignatiōe primi subiecti habitus, ubi conatur soluere hāc rationem tactam hic in litera Quod sicut potētia una ad multa se extendit propter unitatem obiecti, ita habitus: inquit .n. Scotus, quōd proportiones obiecti ad potentiam, & obiecti ad habitum, sunt diuersæ. nam illa est actiui ad passiuum: ista est causæ ad effectum modo ita est, quōd in quodcunq; passum potest aliquod agens potest omne eiusdem rōnis agens. Prima igitur extrema pportionis actiui ad passiuum, sunt communia ad omnia per se extrema (*q. 51. a. 1.) (*lib. 2. de inuētiōe in fol. 4. ante hnē lib.)

illius proportionis. nam inter illa cōmunissima est adæquatio: quia in quocunq; est ratio vnius, respicit quodcunque in quo est ratio alterius: sed prima extrema causæ, & effectus non sunt communissima, quia inter illa non est adæquatio: non enim sequitur; si communa potest causare habitum, q speciale possit.

qualitas qdā, est forma simplex: sed nullū simplex ɔstituit ex pluribus. ergo unus habitus nō constituitur ex pluribus habitibus.

RESP. Dicendū, q habitus ad operationē ordinatus, de quo nunc principaliter intendimus, est perfectio quædam potentię: G omnis aūt perfectio proportionatur suo perfectibili. Vnde sicut potētia cum sit vna, ad multa se extendit ſm quod conueniunt in uno aliquo, idest, in generali quadā rōne obiecti: ita ēt habitus ad multa se extēdit ſm q habet ordinē ad aliquod vnū,

¶Ad hoc dico, q miror ualde de hoc uiro. constat enim clarissime, q proportiones istæ currunt quo ad adæquationem, & quæcunq; nominata pari passu. quia ea ratione actiuum, & passiuū sic se habent, eadem ratione causa, & effectus. Quemcunque namq; effectum potest causare aliqua causa, potest eiusdem rōnis eū producere, & econuerso: & non minus speciale, in quo saluatur ratio cōis, potest producere effectum illius cōis quam possit agere in passiū illius cōis. Non video quomodo sit intelligibile, cum actiuum respondeat effectui, & patienti, & per hoc respondeat patienti, quia agit in eo suum effectum, quod extrema proportionis actiui ad passiuum adæquentur. & actiui & effectus non. Stat ergo solida ratio literæ, q quia pfectio proportionaē perfectibili &c.

¶In eodem 4. artic. dubium tertium occurrit de habitu scientiæ, quod tangitur in responsione ad tertiū, quō saluatur, q sit vna qualitas simplex. & est quæstio ista, & cum extraneis, & cū Thomistis. Cum Thomistis quidem: quia quidam eorum attribuūt S Tho q putauerit habitum scientiæ esse ordinatas species intelligibiles ad unam formalem rōnem obiecti scibilis. Quidam autem dicunt simplicem qualitatem esse habilitatem ad vsum illarum specierum. Cum alijs uero, dum non asserunt habitū scientificum vnum secundum speciem, & simplicem, extendere se ad tot rerum naturas, quot in vna scientia tractari cōtingit. Thomistæ igitur tenentes habitum scientificum esse species ordinatas &c super authoritatibus S. Tho. se fundant: quarum pręcipuæ sunt ex hoc lib. tres. Prima est ex quæst. 52. artic. 2. ubi author vult, q scientia augetur secundum se per additionem: ex qua arguitur sic. Scientia secundum se augetur per additionem. ergo ipsi secundū se aliquid additur: sed non nisi noua species intelligibilis. ergo species intelligibilis spectat ad habitualē scientiam in seipsa. Secunda est ex q. 65. art. 1. ad primum vbi vult, q Geometra modico studio acquirit scientiam conclusionis, quā nunquam considerauit &c. Ex hoc arguitur, q aliquid nouum acquiritur modico studio. Tertia est ex q. 67. artic. 2. ubi vult, q species intelligibiles se habent ad scientiam vt formales. phantasmata autem ut materialia. Ex hoc arguitur. ergo scientia formaliter est ipsa species intelligibilis. Ex tertia parte affertur art. 2. q. 12. ubi author expresse vult scientiam augeri per successiuā generationem specierum intelligibilium. Et uocat hoc augmentum secūdum essentiam ipsius habitus scientiæ &c. ex quæstione de ueritate. quæst. 8 art 16. ad 4. vbi dicit, q vna tota scientia comprehendit sub se diuersas scientias particulares, quibus conclusiones diuersæ cognoscuntur. Et in quæst. 54. art. 4. ad 8. ubi dicit, q ordinatio aliqualis specierum intelligibilium facit habitum. Et in quæst. 10. art. 2. approbat viam dicentium, quòd species conseruantur in intellectu, quarum ordinatio est habitus scientiæ. Ex tertio quoque sententiarum dist. 14. art. 3. quæst. 4. ubi vult, quòd scientia infusa animæ Christi, sit unus habitus, & tamen multæ species.

¶Aliorum autē occurrit in primis Aureolus, deinde Gregorius de Arimino in prologo primi sententiarum quæst. 3. art. 1. pluribus rationibus. Primo ex parte operationis, quia sequeretur, q habens habitum scientificum primæ cōclusionis in geometria, posset exire in actum sciendi cæteras geometriæ conclusiones, quas nunquam considerauit: hoc est falsum ergo. Probatur sequela: quia habitus scientiæ primæ conclusionis per te, & habitus omnium reliquarum, sunt eiusdem rationis specialissimæ, licet differant secundum perfectum, & imperfectum. Constat autem, q in quemcunque actum pōt aliqua forma, potest quælibet eiusdem rationis specialissimæ. Nec ualet, inquit Gregor. si dicatur quòd ista maxima tenet solum in formis eiusdem rationis, & æque perfectis; quia differentia secundum perfectum, & imperfectum non tollit, aut dat substantiam actionis: sed uariat actionem etiam secundum perfectum, & imperfectum. minimus enim calor potest calefacere, & exsiccare, quamuis non ita perfecte sicut intensus calor. Et confirmatur authoritate Auerois primo cœli. commen. 19. & in 4. cœli commen. 93. expresse dicentis, quòd ubi est eadem forma, est eadem actio secundum speciem, licet mag. vel minus perfecta.

F Secundo, ex parte generationis: quia habitus habentes diuersas generationes, corruptiones, intensiones, & remissiones, sunt diuersi: sed respectu primæ conclusionis geometriæ, & centesimæ, habitus scientifici sunt hmōi. ergo minor quo ad intensionem, & remissionem est clara: quoad corruptionē patet ex obliuione centesimæ demōstrationis, seu medij stante prima: & tūc patet, q oportebit generationē aliā fieri. Tertio ex parte augmentationis. Habitus geometrię per uos dupliciter augetur, scilicet; per actus frequentatos circa eandē conclusionē, & per actus circa diuersas successiue conclusiones. Aut ergo hoc duplici augmentationis modo acquiritur diuersa secundum speciem entitas absoluta in illo habitu, aut eadem: si diuersa, ergo habitus ille non est simplex qualitas. si eadem: ergo siue hoc, siue illo modo generetur, ad idem inclinabit: sicut quia calor eiusdem rationis rem suscipit quomodocunque intendatur, ideo siue à sole, siue ab igne intendatur, in id est potest intensus, & tunc sequitur, & quod frequentans actus circa primam conclusionem, acquirat, seu formet notitiam centesimæ: & quòd demonstrans centesimam conclusionem, intendat notitiam primæ. Quarto, ex parte oppositorum, quia scientia primæ conclusionis non opponitur ignorantiæ etiam prauæ dispositionis tam actualis, quàm habitualis centesimæ, quia stant simul in eodem, ut patet. ergo non est eadem simplex qualitas habitus utriusque. Patet sequela, quia eædem qualitates secundum speciem habent eandem qualitatem secundum H speciem contrariam &c.

¶Ad euidentiam huius difficultatis, quam Thomistæ multi fugere uidentur, dicentes D. Thomam modo declinare in unam, modo in alteram opinionem, etiam in hac prima secundæ, & magis declinare in opinionem dicentem, habitum scientiæ esse ordinatas species: ideo q sententia diui Tho. est, q habitus scientiæ est simplex qualitas extendens se ad omnes conclusiones spectantes ad eandem rationem specialissimam sub hoc genere, qd est scibile. ubi quatuor uidenda sunt. primo, quòd habitus scientiæ est simplex qualitas. Secundo, quomodo se habet ad scire diuersas conclusiones. Tertio, quomodo se habet ad species intelligibiles, & diuersitatem earum. Quarto, quid dicendum obiectis in oppositum.

¶Quo ad primum, supponendo pro nunc dari, & conseruari species intelligibiles in intellectu, & unitatem specificam scientiæ attendi penes unitatem specificā scibilis, non inquantum est I in hoc, uel in illo genere substantiæ, uel quantitatis, sed inquantum est in genere scibilis, quorum utrunq; in doctrina authoris est indubitatum: oportet concedere, q aliqua una habitualis scientia secundum speciem, puta geometria, duas res ponat in intellectu nostro. prima est species intelligibiles linearum, angulorum, figurarum &c. secūda est habilitas ad prompte, faciliter, delectabiliterq; considerandum conclusiones scitas in geometria. Quod enim oportet ponere species intelligibiles ordinatas ad unam, & eandem rationem formalem talis scibilis, patet ex eo, q plura secundum speciem non concurrunt ad unum secundum speciem, nisi aliquo modo ordinata ad illud unum, ut patet in pluralitate heterogeneorum tam in naturalibus, quàm artificialibus. Quomodo enim species intelligibiles subiecti, puta lunæ, & species accidentis, puta eclipsis, & species causæ mediæ, puta interpositæ terræ &c. in unum secundum speciem actum sciendi conuenirēt, nisi aliquo modo ordinatæ: & rursus quomodo tot species, tot rerum contentarum sub una specie scibilis vt K sic, conuenient nisi ordinatæ: ubi enim pluralitas sine ordine, ibi confusio. Quòd autem exigatur habilitas aliqua ad utendum prompte, faciliter &c. speciebus istis sic ordinatis, ex hoc ipso patet, q intellectus cum sit secundum se sicut tabula rasa, non est secundum se ordinatus ad vsum talem taliam sic ordinatorum ad scibile unum: sed oportet per aliquam sibi additam qualitatem respicientem per se primo illud scibile, determinari ad prompte, faciliter, & delectabiliter utendum quibuscunq; speciebus, & actibus in ordine ad illud. hanc autem qualitatem, habilitatē esse constat unam iuxta unitatem sui obiecti, ac per hoc unius speciei specialissimæ, & consequenter qualitatem simplicem, cum species sit qualitatis. His autem duobus in intellectu concurrentibus profecto secundum aliquam scientiam, uidendum restat, quid dicatur non habitus, sed habitus talis, scilicet, scientiæ humanæ, quæ est habitus per demonstrationem acquisitus, rationem essentialiter habet. Notanter autem dixi, non habitus,

bitus quia constat q species intelligibiles apud S. Tho. sunt ha- A bitus intellectuales: & similiter dicit scientiæ humanæ, quia constat in angelis habitus scientiæ nõ esse nisi spẽs intelligibiles. & si aduertere ad hęc duo, fuit forte occasio erroris aliquib. Quòd aũt scientia de qua loquimur, nõ sit essentualiter plures species intelligibiles ordinatæ, sed simplex qualitas, manifestũ est ex hoc, q habitus scientificus est essentialiter in prima specie qualitatis, ut una eius species specialissima. Cõstat namq; q nulla spẽs qualitatis est composita ex plurib. qualitatib. diuersarũ specierũ, quales sunt species intelligibiles. ergo uel scientiæ habitũ negent esse speciẽ aliquam essentialiter in genere qualitatis, ponendo ipsam esse unam ordine sicut exercitum, & in genere relationis formale, & materiale solum in genere qualitatis, q repugnat toti doctrinæ huius tractatus: uel cõcedant ipsam non esse formaliter species ordinatas, sed qualitatem simplicem ad utendum illis. Putandum est igitur, q in una scientia, puta Metaphysica, inuenit intellectus in illa perfectus sic dispositus, quod habet species intelligibiles elementorum mistorum, plantarum, animalium, hominum, quãti, qualis, relationis, motus &c. bene dispositas, quatenus repræsentant gradus Metaphysicales, idest, spectantes ad ens inquantum ens, & quòd habet qualitatem quandam determinantem ipsum non solum ad utendum, sed ponendum, & ordinandum species in tali ordine: & hæc qualitas est essentialiter habitus scientiæ qui dat formaliter intellectui facultatem faciendi huiusmodi dispositionẽ in specieb. & utendi illis prompte, C faciliter, & delectabiliter. Et hoc hẽt ex hoc, q p se primo respicit rõnẽ formalẽ obiecti scibilis specificãtẽ, & unitatẽ specificã cõnectẽ ipsi. primũ. n. in unoquoq; est cã cæterorum: unde qđ il le spẽi ad illud unum ordinent, ea habitu hñt, cui per se primo conuenit ad illud unũ ordinari, & non econuerso: hoc de primo.

¶ Quo ad secundum sciendũ, q, ut patet ex 5. Metaph. & superius allegatum est, de rõne habitus est, q habens ipsum, sit partibile secundum locum, potentiam, uel speciem: & ut Simplicius superius allegatus dixit, scientia imperfecta à scientia perfecta differt in hoc, q illa est, habentis partes in potentia, ista est habentis partes secundum speciem. Ex his aũt hoc solum pro nunc accipito, q habitus scientiæ comparatur ad diuersa scire diuersarum conclusionum ut ad partes, in potentia quidem qñ est imperfectus, in actu uero quando est perfectus. Quod ut plenius intelligas, cogita, q in intellectu in quo oritur geometria, est potentia ad scire primam conclusionem, & potentia ad scire secundam, & poten D tia ad scire tertiam: & sic de aliis. Et quòd habitus scientiæ incipiens perficit intellectum secundum primam potentiam, deinde per secundam demonstrationem extenditur ad perficiendum intellectum secundum secundam potentiam, & per tertiã extenditur ad perficiendum secundum tertiam, & sic deinceps. nec refert si omnes istæ potentiæ sunt multæ partiales potentię, aut sint una: qñ si ponatur una sola potentia scire omnium conclusionum, illa potentia una formaliter, & multis æquiualentes eidem habitui subiicitur paulatim, ac si essent multæ potentię, quib. æquiualet. Si uero ponantur multæ partiales, tunc habitus scientiæ habebit pro partib. subiecti non solum actus multos sciendi, sed potentias ad illos. Quomodolibet ergo ponatur referendum est ad habitũ scientiæ comparatur ad scire diuersarum conclusionum, & potentias sine distinctas, siue non ad illa scire, ut ad partes habentis ipsum. Et ex hoc manifestatur augmentum scientię extensiuum, quod author uocat per additio- E nem. Ex hoc enim quòd intellectus, ut est in potentia ad secundam conclusionem, non remanet interminatus, sed subiicitur illi qualitati simplici respicienti obiectum primum, extenditur habitus ad occupandum nõ partem loci, sed partem potentię, quam prima non actuabat. & hoc bene nota, quoniam his soluẽtur obiecta. Hoc de secundo.

¶ Quo ad tertium, sciendo quòd habitus scientificus quatuor habitudines habet ad species intelligibiles ordinatas. Prima est effectus ad causam: secunda causæ ad effectum: tertia complementi ad inchoationem: quarta totius ad partes nõ essentiales, nec integrales, sed possibiles. Et pro manifestatione primarum duarũ recolere oportet, q sicut in scientia est duplex ordo, primus est partium unius, & eiusdem demonstrationis, secũdus diuersarũ demonstrationum inter se, ita est duplex collectio ordinata specierum intelligibilium. Prima est specierum facientium unam demonstrationẽ; secunda est specierum facientium secundam demonstrationem ex specieb. facientib. primã, & sic deinceps. Prima collectio est cã habitus scientifici: quia est cã ipsius actualis scire, qđ est effectus demonstrationis, qđ est cã ipsius habitꝰ scientifici: habitus. n. sciendi ex actu sciendi generatur. Et sciendũ, q nõ solum collectio specierum pro prima demonstratione est cã sciẽdi, sed habitus sed singulæ collectiones pro singulis succedentib. demonstrationibus sunt causę ipsius habitus, diuersimode tamen: quia prima est cã generatiua, aliæ uero sũt causę augmẽtatiuæ augmento extensiuo: sicut prima demõstratio facit habitũ, subsequentes autem extendunt illum. Secunda aũt collectio quo ad unitatem ordinis, est effectus ipsius habitus, quia intellectus adepto iam habitu, & determinatus iam ad obiectum scibile tale, efficitur potens ad ordinandum alias species ad acquisitã rõnem talis obiecti. Et sicut prima demonstratio in scientia una est principiũ secundæ, ita proportionaliter habitus acquisitus prima demonstratione inchoat scire actuale secundæ conclusionis, adunando ad adunandum, & ordinandum species pro secundã demonstratione, & sic deinceps: & hoc, ut dictum est, quia p se primo respicit formale obiectum. Tertia aũt habitudo patet ex eo, q cum obiectum proprium habitus sit et obiectum, licet partiale potentiæ, & scibile, puta unitas, siue numerus in arithmetica, obiicitur prius ordine generationis intellectui primam demonstrationem formanti per ordinatas illius demonstrationis species, quàm habitui, qui requiritur in intellectu ex scire fa C cto per demonstrationem: sed potentia intellectus ad tale obiectum ut scibile, non nisi inchoatiue determinatur per huiusmodi species ordinatas, quia non nisi ut ordinantur ad scientiam illius obiecti. unde complete determinatur per habitum, quo iam intellectus non ut in uia, quemadmodum per species ordinatas, sed ut in termino: nec per modum passionis transeuntis, quemadmodum per actum sciendi, sed firmiter & quasi immobiliter patet obiectũ illud scibile ut sic. Quarta uero habitudo patet ex pcedenti, & ex repræsentatione specierum, & ex potentiis antedictis, & ex actib. sciendi diuersas conclusiones, & retrogrado ordine procedendo, si actus diuersi sciendi diuersas conclusiones in una scientia sunt ueluti partes habentis habitus, & diuersæ species diuersos huiusmodi actus ordinantur, ut patet, consequens est, ut ipsæ quoq; species in partium coordinationem cedant. Idem quoq; sequitur ex eo, q ad perficiendum potentiam intellectus respectu huius conclusionis, aliæ species ordi- D nantur ab illis, quæ ordinantur ad perficiendum potentiam respectu alterius conclusionis eiusdem scientiæ, & scibilis formaliter: cum et nostra scientia duo exigat, assimilationem intellectus ad res, de quibus est scientia, & determinationem intellectus ad componendum, diuidendum, discurrendumq; inter huiusmodi res, & primum fiat per species intelligibiles: secundum aũt per illam qualitatem, habilitatem, intellectum ad tale scibile & constet quòd primum ordinatur ad secundum, in quo cõsummatur scientia, consequens est q species intelligibiles repræsentando ea de quib. est scientia, claudantur sub scientia tanquàm secundaria sub principali, ac per hoc sciẽtia per seipsam habet actum componendi &c. per species uero habet actum repræsentandi: sicut prudentia per seipsam præcipit, & p eubuliam consiliatur. Cum igitur determinatio intellectus ad scibila plura exigat, & in specieb. intelligibilib. ordinatis inchoatiue sit, & in qualitate illa simplici consummetur, consequens est, quòd species intelligibiles tanquàm partes potentiales scientiæ sint, E uigilandumq; sit, cum de attributis conditionibus, seu actibus scientiæ est sermo, quid ei cõueniat immediate, & quid mediante parte potentiali, quid simpliciter, & quid secundum partem. Hæc de tertio.

¶ Quo ad quartum, Prima authoritas S. Tho. nihil penitus obstat, quia augmentum per additionem ibi uocatur augmẽtum extensiuum, ut expresse ipsemet se declarat inferius in q. 66. ar. 1. ubi repetita distinctione de augmento formæ secundum seipsam, & ex parte subiecti participantis, dicit, quòd magnitudo, uel paruitas formæ secundum seipsam attenditur secundum ea, ad q se extendit. & quia scientia modo ad pauciora, modo ad plura se extendit: ideo sic suscipit augmentum. Virtus autem moralis quia ad omnia oportet q se extendat, ideo non sic augetur: unde ex hoc quòd author dicit ipsam augeri per additionem, nihil aliud habetur, nisi q augetur extensiue, quia ad plura continue se extendit. ex hoc uero, q dicit secundum seipsam sic augeri,

---

puta, ad unã specialẽ rõnẽ obiecti, uel unã naturã, uel unũ principiũ, ut ex supra dictis patet.* Si igitur cõsideremus habitum secundum ea, ad q se extendit, sic inueniemus in eo quandam multiplicitatem. Sed quia illa multiplicitas est ordinata ad aliqd unũ, B ad qđ principaliter respicit habitus, inde est qm habitꝰ est qualitas simplex non constituta ex plurib. habitib. et si ad multa se extendat. Non. n. unus habitus se extendit ad multa, nisi in ordine ad unum ex quo hẽt unitatẽ.

AD PRIMVM ergo dicẽdum,

*q. 52. ar. 1. & 2.

geri, nõ habetur, q in ipsa sua essentia fiat additio: sed q ex ipsa eius specifica rõne habet, q sic augeatur, ut in illa q.52. declaratum est. Secũda uero authoritas ex quæst.63. inferius, cum exemplariter ab authore inducatur, intelligẽda proculdubio est iuxta sensum à seipso datũ, ubi ex ꝓposito superi⁹ hoc declaravit, s. q.54. art.4. ad tertiũ. Intendit ergo dã acquisitione non terminãte generationẽ sciẽtiæ, sed terminãte augmentationem eiusdẽ: ita quòd geometria medico studio acquirit demonstratione augmentãte scientiam, notitiã conclusionis, quã nũquam consideravit.

G

hoc enim est acquirere scientiã novæ conclusionis, quãmvis nõ sit acquirere scientiã illam simpliciter, idest, acquirit illam inquantum est scientia illius conclusionis, quam nunquam consideravit, quãmvis non acquirat illã scientiam simpliciter. Tertia quoq; authoritas ex quæst.66. inferius, non obstat: quia, ut ex dictis patet, species intelligibiles sunt principia actuum, ex quibus fiunt virtutes intellectuales, ac per hoc dicuntur formales in virtutibus intellectualibus, cum quo patet stare, quòd non sunt ipsæ essentiæ virtutum intellectualium. põt, & aliter exponi illa authoritas, ubi dicetur. sed hoc hic sufficit. Ex his autem clare liquet, quòd author in hoc opere non declinat mõ in hãc mõ in illam viam: sed firmiter tenet, q est simplex qualitas. Ad authoritatem uero ex tertia parte, q.12. allatam dicendum est in primis, q labor est in æquivoco: quia, ut ibi patet, scientia sumitur ibi pro notitia intellectiva habituali, qua cognoscuntur omnia, quæ possunt lumine intellectus agentis cognosci: talem autem notitiam acquisitam constat esse unum aggregatione, & non simplicitate. hic autem loquimur de aliqua una scientia, secundum speciem: unde si tota geometria in nobis per unam solam spẽm naturaliter sciretur, & arithmetica p unam aliam, & Metaphysica p unam aliã & sic deinceps, nihil deperit illam processui, qui fit in illo articulo ex propositionib. eius: & sic nõ vertetetur in dubium, q una scientia scdm spẽm esset simplex qualitas. Probatur hoc quod dixi: quia ex hoc, q post unam speciem generatur alia, augeri dicitur in Christo scientia acquisita secundum essentiam habitus. & uere author nihil aliud intendit, nisi q in Christo fuit augmentatio habitualis notitiæ scdm essentiam, idest, q ipsa essentia habitualis notitiæ augebatur, & hoc probat, quia per additionem formæ ad formam. Et licet

H

hæc expositio sic sufficiens, quia est literalis & satisfacit proposito. posset tamen aliter dici, q quia augmentum scientiæ intẽsivum occultum est, extensivum uero etiam occultum nisi secũdum annexam aggenerationem specierum intelligibilium, & authos scientiæ profectum scdm essentiam distinguebat cõtra profectum quoad effectum: ideo, ex una & eadem parte locãs habitum scientiæ scdm se cum speciebus intelligibilibus, & ex alia effectum à nativoribus. i. specieb. intelligibilibus declaravit profectum sciẽtiæ in Christo. Et vocavit augmentum secundũ essentiam, ut distinguitur contra effectum, & hoc sufficiebat ꝓposito suo: prima tamen expositio amplectenda omnino est. Ad authoritates autem ex q. de ueritate, & tertio sententiarum, q̃uis posset dici, quòd author ante compositam Summam usus est opinione illa, quòd habitus scientificus esset ordinatio specierum: sed postmodum in Summa propriam sententiam dixerit: singulæ tamen authoritates sane intelligi pñt. nam utraq; s. loquitur de particularibus scientiis actualibus. i. diversis demõstrationib. diversarum conclusionum, ad quas scdm species intelligibiles earũ se habet habitus scientiæ, ut totum ad partes potentiales. Et hoc sufficit ad verificandum illud dictum quasi exemplariter. in quæst. 10. non dicit, quòd ordinatio specierum est habitus, sed efficit habitum: quod concedimus, ut patet ex dictis. In q. autem 24. expresse patet, q recitative loquitur, & quòd nihil illius opinionis recitatæ ibi approbat nisi q species conservantur, & vis conservativa sit memoria intellectiva. in tertio demum scientiarum, di. 14. dicta, & allegata, quantæ sint authoritatis, manifestat ipse author in tertia parte, q. 11. artic. ult. ubi iterum tractans eandem quæstionem, determinat oppositum. Unde tu Thomista adverte, ex hoc, quod intellectus habet singulas species secundum singulas naturas, sequitur q habeat diversos habitus ordinantes illas ad diversa subiecta scibilia: non tamẽ quòd ipsæ species sint habitus scientifici, sed sunt habitus intellectus inchoantes habitum scientiæ, & partes eius potentiales, ut dictũ est. Si enim in intellectu nostro essẽt universales formæ, ut sunt in angelis, nõ oporteret iuxta scibi-

K

q successio in generatione habitus nõ cõtingit ex hoc, q pars eius generetur post partem, sed ex eo, q subiectum non statim consequitur dispõnem firmam, & difficile mobilem, & ex eo, q primo imperfecte incipit esse in subiecto, & paulatim perficitur: sicut etiã est de alijs qualitatib.

Ad 2m dicendum, q partes, q singulis virtutib. cardinalib. assignantur, non sunt partes integrales ex quib. constituatur totum: sed partes subiectivæ, sive potentiales, ut infra patebit*.

*q.57.art.6. & 2.2. q.48.

Ad 3m dicendum, q ille, q in

F

lium species ordinare: sed unica specie in totũ unũ scibilis specië se habere unico etiã actu sciẽdi. Et hæc de authoritatib. sufficiat, ex quib: cõiunctis huic doctrinæ cæteras, si q sunt, interpretari posse facile puto. Nũc ad rõnes dicendũ est allatas & firmatas, ut magis ueritas elucescat. Et ad primum dr̃ dupliciter, primo q illa maxima. In quemcunq; actũ potest forma aliqua, põt qlibet eiusdẽ speciei, licet nõ æque ꝑfecte: nõ est uera, nec ꝓbata, nec assumpta ab Auer. nisi in formis simplicib. scdm essentiã & potẽtiã, quales sunt formæ homogeneorum. In formis aũt heterogeneorum, q sunt simplices scdm essentiam, multiplices autem secundum potentiam falsa est. Manifestum. n. est, q animal modo genitum, & post perfectum, sunt eiusdem speciei specialissimæ: & tamen perfectum potest in actum generationis, & imperfectũ nõ. unde propositio illa sic universaliter, est contra Arist. 4. Metheor. ponentem differentiam inter perfectum, & imperfectum in hoc, q perfectum unumquodq; est, cum põt generare sibi simile. unde cum habitus, sit forma simplex in essentia, & multiplex in potentia. habet enim, & species intelligibiles, & potentiam subiecti ad diversas conclusiones ut partes, illas ex parte sui, istas ex parte subiecti sui, consequens est, ut in ipso scientifico habitu locum non habeat propositio illa: sed in aliquid merito põt perfectus, in quod non potest imperfectus. Deinde dr ad maiorem, q hic est sophisma figuræ dictionis, quia mutatur quid inquantũ. Cum. n. demõstrationes, & cõclusiones eiusdẽ sciẽtiæ sint ordinatæ, & una oriatur ex alia, actus sciẽdi sequẽtis includit in se pfectionẽ ꝓcedentis, & addit. Non. n. scit, q resoluere nescit cõclusionẽ quintã in primã: & sic posse in scire quintã cõclusionem, est posse in maius scire q̃ posse in scire primam conclusionem, ac p hoc mutari patet quid inquantum, dum sub ly, in quemcunque actum, subsumitur actus tantus.

¶ Ad secundam dicitur, quod habere diversas generationes, corruptiones, & intẽsiones, cõtingit dupliciter: primo ut sic sit unũ q nullo mõ mutetur alterũ, & sic trãsfert distinctio realis talium. Alio mõ, ut non possit unius esse, nisi in uno alterum reddãtur et sic non infert distinctionem realem illorum. Cum. n. animal aliquod augetur, sic generatur nova quantitas, ut antiqua novo mõ se habeat, & similiter minuitur, & propterea non sequitur. ergo est alia realiter quantitas nova ab antiqua: & simile est in motu intensionis, & remissionis, & sic accidit in habitu scientifico quia cum generatur scire secundæ conclusionis, habitus ꝓcedens extenditur, & econverso minuitur oblivione. Similiter quòd intensive augeatur respectu primæ conclusionis, & non

I

secundæ, perinde est ac si albedo intenderetur in una parte subiecti, & non alia, ut infra patebit.

¶ Ad tertiam rationem dr̃ præmittendo duo: primum est, q actus sciendi habitus scientifici sunt duplices, quidam secundũ unam, & eandem demonstrationem, quidam secundum aliã demonstrationẽ ac conclusionẽ, & hi actus sic se habent, q primi sunt omnino eiusdem rõnis, ut patet: secundi autem aliquo mõ sunt eiusdem rationis, & aliquo modo diversæ. si. n. sumantur in ordine ad diversas species intelligibiles, à quibus fiunt, sic cum species tertiæ demonstrationis distinguantur specie à speciebus secundæ, etiam ipsi actus erunt diversarum rationũ. si uero sumantur in ordine ad habitum scientificum, & eius formale obiectum, sic sunt unius rationis, sicut & habitus, & obiectum sunt unius speciei specialissimæ. Et licet ad habitum pertineant isti actus utroq; mõ, quia tñ principaliter, & immediate pertinent ad ipsum secũdo modo, ideõ licet tolerari possit sermo, dicens actus istos diversarum rationum, formalius tamen dicuntur eiusdem rationis cum de unitate habitus est sermo. Secundum est, quòd habitus scientificus habet duas latitudines diversarum rationum, intensivam scilicet & extensivam, respondentes duplicib. supradictis actib. ita quòd quãdo latitudo intensiva eius augetur ex actib. frequentatis circa idem: identitas uero extensiva augetur ex advenientibus actibus demonstrativis circa diversa & sicut in formis materialib. calor, & latitudines eius intensiva, & extensiva non sunt tres entitates, sed una habens duas conditiones: ita in habitu. Unde ad rationem dicitur, quòd habitus scientiæ augetur per utrosq; actus. s. circa eadem, & circa diversas conclusiones, & q neutrius augmentationis est terminus aliqua omnino nova entitas, & consequenter nec eiusdem, nec diversæ rationis: sed antiqua novo modo se habens scdm latitudines diversarum rationum. Nam augmentum

per

per actus circa idem, terminat habitus secundum latitudinē intensiuam. Augmentum uero per actus circa aliud terminat eūdē habitus secundum latitudinē extensiuā, quā constat conditionem esse alterius rōnis. Ex hoc aūt quod idem habitus habet utramque quantitatē non sequitur quod sit cōpositus ex duabus rebus diuersarum rōnum, sed solum quod habeat duas quātitates non molis, sed perfectionis diuersarū rationum identificatas realiter sibi.

D.676. ¶ Ad quartā rōnem dicit, quod quia habitus sciēt sicut cōparatur ad potentias intellectus respectu diuersarum conclusionū, ut partes subiecti, ut ex 5. Met. deductū est, cōsequens est quod hab tui pficientis intellectum secundum potentiā ad primā conclusionē, non contrariesēt habitus prauæ dispositionis in eodē intellectu secundū potentiā respectu secundæ conclusionis: sicut albo secundum unam partē, nō contrariatur nigredo eiusdē, ut est in parte ppinqua. Fit quoque hoc manifestū

* Q. præced. ar. 3. exemplo motu augmēti extensiui. Cū. n. augmētatio extēsiua ad occupandū nouā locū partē terminet in materialibus formis, & scientifici habitus augmentū extensiuū ad maiorem perfectionem extensiuam euidem terminetur sic, quod potentia intellectus respectu nouæ conclusionis actuatæ per ipsum habitum, quod prius non actuabatur: & econuerso, diminutio, ad minorem scientiam terminatur per hoc, quòd potentia in intellectu respectu scitæ conclusionis subducitur ab esse sub illo habitu, ēsse quēā est ut habitus augmētatione quasi occupet nouā potētiā, seu partē potentiæ, & diminutione quasi relinquat, ac per hoc, nō magis contrariatur habitui ut pficit unam potentiam seu partem potentiæ, seu potentiam partialiter contrarius habitus, ut occupat aliam potentiam, uel partem, uel eandem partialiter, quod, ut dictū est, contrario in una parte contrarium in altera. pportionabiliter nanque hæ se habent in indiuisibilibus secundum quantitatē molis, partes potentiæ, sicut in rebus materialiter quantis partes quantitatiuæ. Hanc aūt proportionē partium potentiæ subiecti habitus scientifici ad ipsum habitum tanti facio, ut affirmem hinc euenire, quod habitus geometriæ augeri pōt intensiue circa quartā conclusionē, & non esse intensus circa quintā & esset ecōuerso, si quinta nō dependeret ex quarta. Prouenit nanque hoc ex eo, quod frequentati actus circa quartā demonstrationē augent intensiue habitū, ut pficit illā partē potētiæ intellectus, quæ respicit hanc cōclusionē, & nō ut pficit aliā, nec ut dictū iā est, refert, si sit una eadē potētia, quæ est multæ æquiualenter, seu partialiter. Nec suspiceris uoluntariā aut chimericā esse hāc partiū potentiæ subiecti habitus adinuentionē. si nanque scripta ista ipsius ab authore notaueris, inuenies inter alia in q. 50. ar. ult. ad ult. quod & in angelis sunt partes potentiæ, in quantum intellectus eorum per plures species perficitur, & uoluntas eorum se hēt ad plura. quid clarius? Hoc est enim quod diximus: nam constat quòd inquantum intellectus noster est in potentia ad aliam, & aliam demonstrationem, & conclusionem, est in potentia ad diuersas species, & ad proportionaliter plura, sicut uoluntas. & hæc de quarto, & tota hac materia.

aliqua scientia acquirit per demōstrationē scientiā conclusionis, vnius, hēt quidē habitū, sed imperfecte. cū uero acquirit per aliquam demonstrationē scientiā conclusionis alterius, nō aggeneratur in eo alius habitus, sed habitus qui prius inerat fit perfectior, utpote ad plura se extendēs, eo quod cōclusiones, & demōstrationes unius scientiæ ordinatæ sunt, & vna deriuatur ex alia.

QVÆSTIO LV.

De virtutibus, quantum ad suas essentias, in quatuor articulos diuisa.

CONSEQVENTER considerandū est de habitibus in speciali. Et quia habitus, ut dictū est,* distinguuntur per bonū, & malū, primo dicendū est de habitibus bonis, qui sunt uirtutes, & alia eis adiūcta, s. dona, beatitudines & fructus. Secundo de habitibus malis, scilicet de uitijs, & peccatis.

¶ Circa uirtutes autē quinque cōsideranda sunt. Primo, de essentia uirtutis. Secūdo de subiecto eius. Tertio, de diuisione uirtutum. Quarto, de causa uirtutis. Quinto, de quibusdam proprietatibus virtutis.

CIRCA Primum quæruntur quatuor.

B ¶ Primo, Vtrum virtus humana sit habitus.

¶ Secundo, Vtrū sit habitus operatiuus.

¶ Tertio, Vtrum sit habitus bonus.

¶ Quarto, De diffinitione uirtutis.

ARTICVLVS I.

Vtrum virtus humana sit habitus.

AD PRIMVM sic proceditur. Vr, quod virtus humana non

C sit habitus. Virtus. n. est vltimū potentiæ, ut dr in 1. de cœlo:* sed ultimum uniuscuiusque reducitur ad genus illud, cuius est vltimum, sicut punctum ad genus lineæ. ergo uirtus non reducitur ad genus habitus.

¶ 2 Præt. August. dicit in 2. de li-

SVPER QVÆST. LV. ART. I.

Ægid. 2 sēt. d. 2 q. 1. ar. 1. Dur. d. 27. q. 1. Ric. d. 27. q. 1. Cap. 3. d. 23 q. 1. con. 2. Medina ar. 1.

IN artic. 1. quæst. 55. dubium occurrit ex Scoto in 3. sentent. dist. 27. q. 3. Ipse enim ponens uirtutem moralem ut sic, non dicere differentiam per se distinctiuā habitus, sed addere super

A naturā habitus relationem cōformitatis, seu coexistentiæ ad rectum dictamen. tenet, quod idē numero habitus immutatus in se, de non uirtute fit uirtus, imo genitus cū rōne erronea, post fit uirtus: nec hoc aliter pbat, nisi quia habitus abstinentiæ genitus ex actibus abstinendi elicitis sine prudētia, aut cū erronea rōne, postmodū adueniente recta rōne, nulla facta mutatione circa illam qualitatē in se, quæ est habitus abstinentiæ, de non uirtute fit uirtus: & posset hoc cōfirmari quia nō esset opus generari illo aliū habitū, ut esset abstinens. Hæc aūt positio repugnat, & doctrinæ authoris, & ueritati. authoris quidē, quia aperte in hac quæstione quādo de essentia virtutis tractat, diuidendo tractatū hunc, postquā tractauit de habitu, ponit uirtutē ut sic, esse habitū, ut in hoc patet ar. & in ult. ar. expresse dicit, quod habitus est genus propinquum uirtutis: quorū nihil esset uerū, si uirtus moralis ut sic, adueniret huic habitui mutato, ut patet. Veritati aūt: quia habitus ille, qui est uirtus moralis habituata ppetitū ad sequelā rōnis ex sua essētia. Ad cuius euidētiā ueritatis, duæ sunt aduertendæ distinctiones. prima est de rōne recta. Est. n. duplex, quædā respectu proprij finis ipsius uirtutis moralis; qui est bonum rationis in tali materia, quod est medium in tali materia determinatum ratione: sicut medium in cibo, & potu est finis abstinentiæ proprius. quædā uero respectu finis extrinseci, prout uita æterna est finis ad quē

D fides formata ordinat abstinentiā. In pposito est sermo de ratione recta secundo modo: quia ipse Scotus expresse loquitur de prudentia, seu actu eius, quæ est recta rō medij uirtutis moralis ut patet in 2. Eth. ex diffinitione uirtutis. Constat autē quod attingere medium est finis proprius moralis uirtutis. Secūda est de effectu formali ipsius habitus, qui uocatur uirtus moralis: dupliciter enim intelligitur. Primo, ut ex sua essentia habitus ille reddat appetitum habituatū ad actū, & non plus. v. g. abstinentia ad abstinendum. Secundo, ut reddat appetitū habituatū ad actum cum oībus eius conditionibus suæ latitudinis. s. ad abstinendum quā, ubi, sicut propter quid &c. oportet existimare habitus huiusmodi naturā esse primo mō, fuit causa illius Scoticæ phantasiæ: diffinitiue autem huiusmodi habitus naturā secundo est ratio ueritatis, nisi. n. appetitus ex natura habitus reperiretur habituatus esset, & iam per modum naturæ determinatus ad abstinendum propter bonum rationis quando, ubi, sicut, quantum rō exposcit, iam appetitus non esset ex tali habitu factus,

E quasi naturaliter obsequens rōni: & sequeretur quod hīs habitū temperantiæ habet appetitum pugnantē contra rōnē secundū eius constantiā, & finem propriū, quod est contra Philosophū, & ueritatem 7. Ethic. & sequeretur quòd omnes uirtutes morales essent scientiæ, iuxta opinionem Stoicorum: & breuiter hoc destruit moralem bonitatē. & potes ratiocinari contra hanc phātasiam sic. Habitus ille, puta abstinentiæ, qui apud te generatus est ex actibus elicitis secundum rationem erroneam oppositā prudentiæ, & postmodum fit uirtus moralis immutatus in se, aut inclinat ea se ad actus similes prioribus, aut dissimiles: non dissimiles, ut patet. ergo ad similes: sed similes sunt uitiosi, quia erronea ratio non excusat, Præterea actus ille, ad quem inclinat talis habituans est ad medium in tali materia, aut ad extrema: si ad medium. est secundum se uera uirtus moralis, quia sibi conuenit tota diffinitio uirtutis data 2. Ethic. s. Habitus electiuus in mediatate consistens &c. si ad extrema. ergo est uitium

180 Porrecta per totum. Inf. q. 56. ar. 3. cor. Et 2. d. 27 ar. 1. Et 3. d. 23 q. 1 ar. 3. q. 1. & 3. Et nu ti. q. 1. ar. 1.

* Li. 1. tex. 116.

be. arbit.* ꝙ uirtus est bonus usus liberi arbitrij: sed usus liberi arbitrij est actus. ergo uirtus non est habitus, sed actus.

¶3 Præ. Habitibus nõ meremur, sed actibus alioquin hõ mereretur continue, et dormiendo: sed virtutibus meremur ergo uirtutes nõ sunt habitus, sed actus.

¶4 Præ. Aug.* dicit in lib. de moribus ecclesiæ, ꝙ uirtutes est ordo amoris. & in lib. 83. q. dicit,† ꝙ ordinatio, quæ uirtus uocatur est fruendis frui, & utendis uti: ordo aũt seu ordinatio noĩat, vel actũ uel relationẽ. ergo uirtus nõ est habitus, sed actus uel relatio.

¶5 Præt. Sicut inueniunt uirtutes humanæ, ita, & uirtutes naturales: sed uirtutes naturales nõ sunt habitus, sed potentię q̃dã. ergo ẽt neq; uirtutes humanæ.

Sed contra est, qđ Philosophus, in lib. Prædicamẽtorũ sciẽtiã, & uirtutẽ ponit esse habit.

Respon. Dicendum, ꝙ uirtus noĩat quãdã potẽtiæ pfectionẽ. Vniuscuiusq;.n. pfectio pcipue consideraĩ in ordine ad suũ finẽ, finis aũt potentiæ actus est: unñ potẽtia dr̃ esse pfecta ẽm qđ determinanĩ ad suũ actũ. Sunt aũt q̃dã potentiæ, q̃ ẽm seipsas sunt determinatæ ad suos actus, sicut potentiæ naturales actiue: & iõ hmõi potentię naturales ẽm seipsas dñt uirtutes. Potentiæ aũt rõnales, q̃ sunt ppriæ hois, non sunt determinatæ ad unũ, sed se hñt indeterminate ad multa: determinanĩ aũt ad actus p habit⁹ sicut ex supradictis patet: & iõ uirtutes humanæ habitus sunt.

Ad primum ergo dicendum, ꝙ qñq; uirtus dr̃ id, ad quod est uirtus. s. uel obiectũ uirtutis, uel actus eius. Sicut fides dr̃ qñq; id, quod credit, qñq; uero ipsũ credere, qñq; aũt ipse habitus, quo credit: unde quando dicit, ꝙ uirtus est ultimum potentiæ, sumit uirtus p obiecto uirtutis. Id.n. in quod ultimo potentia potest est id, ad quod dr̃ uirtus rei: sicut si aliquis potest ferre centum libras, & non plus, uirtus eius consideraĩ ẽm centum libras, non autẽ secundum 60. Obiectio autem procedebat, ac si essentialiter uirtus esset ultimum potentiæ.

Ad 2ᵐ dicendũ, ꝙ bonus usus liberi arbitrij dr̃ esse uirtus ẽm eãdem rõnem, quia. s. est id, ad quod ordinaĩ uirtus, sicut ad ppriũ actũ. Nihil est enim aliud actus uirtutis, q̃ bonus usus liberi arbitrij.

Ad 3ᵐ dicendũ, ꝙ aliquo dicimur mereri dupliciter. Vno modo sicut ipso merito eo modo quo dicimur currere cursu: & hoc mõ meremur actibus. Alio modo dicimur mereri aliquo, sicut principio merendi, sicut dicimur currere potentia motiua: & sic dicimur mereri uirtutibus, & habitibus.

Ad 4ᵐ dicendum, ꝙ uirtus dicit ordo, uel ordinatio amoris, sicut id, ad quod est uirtus: per uirtutem enim ordinatur amor in nobis.

Ad 5ᵐ dicendum, ꝙ potentiæ naturales sunt de se determinatæ ad unum, non autem potentiæ rationales: & ideo non est simile, ut dictum est.*

ARTICVLVS II.

Vtrum virtus humana sit habitus operatiuus.

AD SECVNDVM sic pcedit. Vĩ ꝙ nõ sit ratione virtutis humanæ quod sit habitus operatiuus. Dicit.n. Tullius in 4. de Tusculac. *quæstionibus, ꝙ sicut est sanitas, & pulchritudo corporis, ita est uirtus aĩæ: sed sanitas & pulchritudo nõ sunt habitus operatiui ergo neq; ẽt uirtus.

¶2 Præt. In rebus naturalibus inuenit uirtus non solũ ad agere: sed ẽt ad esse, vt patet p Philosophũ in primo, de cœlo, ꝙ q̃dam hñt virtutem, vt sint semp q̃dã vero non ad hoc, ꝙ sint semper sed aliquo tpe determinato: sed sicut se habet virtus naturalis in rebus naturalibus, ita se habet uirtus humana in rõnalibus. ergo etiam virtus humana non solum est ad agere, sed ẽt ad esse.

¶3 Præt. Philosophus dicit in 7. Physic.* ꝙ uirtus est dispositio pfecti ad optimũ: optimũ autẽ, ad qđ hoiem oportet disponi p uirtutẽ, est ipse Deus, vt pbat Aug. in lib. 2. de moribus Ecclesiæ,* ad quẽ disponiĩ aĩa p assimilationẽ ad ipsum. ergo vĩ ꝙ virtus dicaĩ qualitas q̃dã aĩæ i ordine ad Deũ, tanq̃ assimilatiua ad ipsũ: nõ aũt i ordine ad operationẽ. non igiĩ est habitus operatiuus.

Sed contra est, quod Philosophus dicit in 2. Ethic. ꝙ virtus vniuscuiusque rei est, quæ opus eius bonum reddit.

Respon. Dicendum, ꝙ uirtus ex ipsa rõne nominis importat quãdam pfectionem potentię, ut supra dictum est. unde cũ duplex sit potentia. s. potẽtia ad esse,* & potentia ad agere, utriusq; potẽtiæ pfectio uirtus uocatur: sed potentia ad esse se tenet ex par

tium, ut patet ibi. Vitium aũt nunquã transit in uirtutem, sicut nec albedo in nigredinem: sunt.n. cõtraria. Discitur ergo, & dicito, ꝙ uirtus moralis sicut quælibet alia, est essentialiter habitus: sed moralis est habituatiua appetitus ad eliciendum actus qñ, ubi, sicut quãtũ oportet pp bonum rõnis. & quia difficile est esse habituatũ ad eliciendum actum sic circũstantionatum nõ difficile est habere habitum uitiosum. & quia habituatus ad abstinendum, uerbi gratia, & nõ propter bonum rõnis assuefit ex illo habitu ad actum abstinentię cũ tali defectu oportet habitũ aliũ gñari, & pręcedẽtem corrũpi, si uerus habitus abstinẽtiæ in esse dẽt, quis facilius gñetur in sic disposito uerus abstinentiæ habitus: ut patet in hoc secundi Ethi. dicente prodigus habituatus ad expendendum nõ pp bonũ rationis, & qñ oporteat &c. si debeat fieri liberalis nõ sufficit ꝙ moueat sola regula ad pp q, & oportet, & oportet &c. sed oportet ut fiat vna simplex qualitas noua habitualis ad prudendum pp bonum rõnis q̃n oportet, sicut, ubi &c. & breuiter si quis meditetur, & diligenter hanc considerauerit inueniet ꝙ hæc phãtasia de uitio in uirtutem, & econuerso, transferret habitum eiusdem. Idem.n. est iudiciũ de habitu genito ex actibus elicitis cũ rõna ecconẽ opposita prudẽtiæ, & de uitioso, nã in utroque est aliquid cõformabile rectæ rõni, puta actus, & neutro tamen, qa defectuosa circunstantia non est cõformabilis rectæ rationi.

*Cap. 19. to. 1 & 1. retr. c. 9.
*Lib. 1 c. 15. to. 1. & 22. ca. lib. 15. de ciui. Dei, to. 5.
†li. 83. q. q 30. paulo a prin. to. 4.
*In prædic. qualit. n 6 paulo a princip. to. 1.
*q 49. ar. 3. conclu.
D. 1172.
D. 87 9.
*In corp ar.

SVPER QVÆS. LV. ARTIC. II ET III.

Egid. 2. s. d. 27. q. 1. artic. 2.
Ric. d. 27. q. 2.

IN ar. 2. & 3. einsdẽ 55. q. dubiũ occurrit ex Scoto, in 1. sen. di. 17. q. 3. opinãte, ꝙ virtus moralis quatenus uirtuus moralis rõnẽ hẽt, non est operatiua: sed quicquid operatur, facit inquantũ est habitus, ita ꝙ nec ex propria rõne ut uirtus, nec ut subest prudentiæ est operatiua: sed ut dictũ est, rõne substrati. s. habitus. In duobus aũt cõtradicere authori vĩ. Primo in hac materia, quia in pñti articulo determinatur, ꝙ de ratione uirtutis in quantũ uirtus, est ꝙ sit habitus operatiu⁹ & in sequẽti, ꝙ sit bonus, & boni operatiuus. Secũdo in cõibus quia cũ sedaria agit apud authorem non solum virtute ppria, sed uirtute primęntia ꝙ in aliquid põt uirtute principalis in qđ non põt propria uirtute: super cuius opposito fundare vĩ Scotus dictũ suum. & qa hoc Metaphisici uidetur negotij, ad propositum non rẽdum est. Scito igitur, ꝙ quia Scotus moralẽ uirtutem ut sic, respectum solum posuit addere supra habitum: ideo cõsequenter negauit ipsam esse operatiuã & rursus, quia bonitatem moralẽ actus posuit in solis relationibus debitæ proportionis actus ad potentiam, obiectum, finem

281
Porrecta per totum.
Inf. q. 16. ar. 1. cor. & q. 71. ar. 1. ad 2. E. 22. q. 58 ar. 1. cor. Et 3. d. 26 q. 2 ar. 1. cor.
*Lib. 4. in fine 6. fo. a princi. libri.
*Tex. 17. to. 2.
*Lib. 1. de mor. c. 11. & li. 2. Ex ca. 3. & 6. & 14 habetur, to. 1.
*Ca. 6. to 5.
*Ar. præc. d.
D. 1c 3.

te materiæ, quæ est ens in potētia: potentia aūt ad agere se tenet ex parte formæ, q̄ est principium agēdi, eo ꝙ unumquodq; agit inquantū est actu. In constitutione autē hominis, corpus se tenet sicut materia, aīa uero sicut forma: & quantū quidem ad corpus, homo cōmunicat cum alijs aīalibus, & similiter quantum ad uires, quæ sunt animæ, & corpori cōmunes. solę autem illæ uires, quæ sunt propriæ animæ. scilicet rationales, sunt hominis tm̄: & ideo uirtus humana, de qua loquimur, non potest ptinere ad corpus, sed ptinet tm̄ ad id, quod est propriū aīæ: unde uirtus humana non importat ordinē ad esse, sed magis ad agere. & iō de rōne uirtutis humanæ est, ꝙ sit habit⁹ operatiuus.

Ad primvm ergo dicendum, ꝙ modus actionis sequit̄ dispositionem agentis. Vnumquodque enim quale est, talia operat̄: & ideo, cum uirtus sit principium aliqualis operationis oportet ꝙ in operante præexistat secundū uirtutē aliqua conformis dispositio: facit autem uirtus operationem ordinatam, & ideo ipsa uirtus est quædā dispositio ordinata in anima, secundū, scilicet quod propriæ potentię aię ordinantur aliqualiter adinuicem, & ad id, quod est extra: & ideo uirtus inquantū est conueniens dispositio aīæ, assimilatur sanitati, & pulchritudini, quę sunt debitę dispositiones corporis: sed p hoc non excluditur quin virtus ēt sit operationis principiū.

Ad 2m dicendum, ꝙ uirtus, q̄ est ad esse, non est propria hoīs sed solū uirtus, quę est ad opera rōnis, quæ sunt propria hoīs.

Ad 3m dicendū, ꝙ cum Dei substantia sit eius actio, summa assimilatio hoīs ad Deum est secundum aliquam operationem. unde, sicut supra dictū est, fęlicitas siue beatitudo, per quā homo Deo maxime conformatur q̄ est finis humanę uitæ, in operatione consistit.

Articvlvs III.

Vtrum uirtus humana sit habitus bonus.

Ad tertivm sic pcedit. Vr ꝙ nō sit de rōne uirtutis, ꝙ sit habitus bonus. Peccatū.n. in malo semper sumitur: sed ēt peccati est aliqua virtus, secundū illud 1. ad Corinth. 15. Virtus peccati, lex. ergo uirtus non semper est habitus bonus.

¶2 Prę. Virtus potentiæ respōdet: sed potentia non solū se habet ad bonum, sed etiā ad malū, secundum illud Isai. 5. Vę qui potentes estis ad bibendū uinum, & uiri fortes ad miscendā ebrietatem. ergo etiā uirtus se habet & ad bonum, & ad malum.

¶3 Præt. Secundum Apostolum 2. ad Corinth. 12. Virtus in infirmitate perficitur: sed infirmitas est quoddam malū. ergo uirtus non solum se habet ad bonum, sed etiam ad malum.

Sed contra est, quod Aug. dicit in li. de moribus Ecclesiæ. Nemo autē dubitabit, ꝙ uirtus animam facit optimam. & Philosophus dicit 2. Eth. ꝙ uirtus est quæ bonum facit habentem, & opus eius bonum reddit.

Respnn. Dicendum, ꝙ sicut s. dictū est, Virtus importat perfectionē potētię. vn̄ uirt⁹ cuiuslibet rei determinatur ad ultimū in quod res potest, ut dicitur in primo de cœlo. Vltimum autē, in quod unaquæque potentia potest, oportet ꝙ sit bonū: nam omne malum defectū quendam importat unde Dio. dicit in 4. de di. no. ꝙ omne malū est infirmū & pp hoc oportet ꝙ uirtus cuiuslibet rei dicat̄ in ordine ad bonū: unde uirtus humana, quæ est habitus operatiuus, est bon⁹ habitus, & boni operatiuus.

Ad primvm ergo dicendū, ꝙ sicut perfectum, ita & bonū dicitur metaphorice in malis. Dicitur enim & perfectus fur, siue latro: & bonus fur, siue latro, ut patet p Philosophū in 5. Met. secundum hoc ergo etiam metaphorice in malis dicitur. & sic uirtus peccati dicitur lex, inquantum scilicet per legem occasionaliter est peccatū augmētatum, & quasi ad maximum suū posse pnenit.

Ad 2m dicendum, quòd malum ebrietatis, & nimiæ potationis consistit in defectu ordinis rationis. Contingit autem cum defectu rationis esse aliquam potētiam inferiorem perfectam ad id, quod est sui generis, etiam cum repugnantia uel defectu rationis: perfectio autem talis potentiæ, cum sit cum defectu rationis, non posset dici uirtus humana.

¶ Ad hoc dicitur, quòd cum naturaliter amabile sit bonum, unicuique autem proprium, ut experientia testatur, consequens est, ut uoluntati, quæ appetitus est rationalis, amabile sit naturaliter, & bonum, & bonum proprium. Cum autem apud Dionysium 4. cap. de diui. nom. bonum habentis sit secundum rõnem esse, & hoc non conueniat habenti secundum appetitum sensitiuum, oportet quòd conueniat secundum appetitum rationalem. bonum enim appetitus alicuius obiectum constat esse. Igitur obiectum uoluntatis est bonum rõnis, & si huic addatur proprietas, concludetur q̃ proprium bonum secundum rationem est naturale obiectum uoluntatis, ac per hoc uoluntas est ex propria natura inclinata ad proprium bonum secundum rõnem. & quia rationis medium in passionibus concupiscibilis, & irascibilis non est alienum, sed proprium bonum secundum rationem ipsius habentis passiones: adeo naturaliter uoluntas habentis passiones, qualis est uoluntas humana, ex se determinata est ad tale bonum. Sed aduerte, quod aliud est uoluntatem esse naturaliter inclinatam quantum est ex se ad proprium uolentis bonum secundum rationem: & aliud est uolentem esse naturaliter inclinatum ad hoc. primum enim sonat in uoluntate tantũ talem determinationem: secundum simpliciter. Et tanta est inter hæc distantia, ut ex hac radice omnia fere soluenda sint, ut nunc uidebitur. Si n. uolens, puta, Sortes esset determinatus, ita q̃ non egeret habitu ad medium rõnis in passionib. priuous esset ad opera temperantiæ, & fortitudinis, sicut temperati, & fortes: sed quoniam proni sunt in malum ab adolescentia sua sensus hominũ, & caro concupiscit aduersus spiritum, nõ simpliciter, sed in uoluntate tãtum inclinatio hæc ad tale bonũ ponitur. Et quia exercitatio boni in hõi medijs non fit sola uoluntate, sed concurrente parte sensitiua naturaliter secundum inclinata ad concupiscibile sine rationis fræno: ideo non sequitur ex illa inclinatione in uoluntate, quòd ut in pluribus eligamus talia bona, aut quòd prompte, faciliter, & delectabiliter, & quòd recte semper uoluntas ad huiusmodi se habeat: sed bene sequitur cum hac specificatione, quòd uoluntas quantum est ex se, recte se haberet ad huiusmodi ut in pluribus eligeret talia bona, & prompte, faciliter, atque delectabiliter. Ad id uero, quòd de continentia obiicitur, dicitur quòd continentia non eget uoluntas, ut inclinetur inquantum in se est in tale bonum, seu ut resistat insurgentibus passionibus sensitiui appetitus. Et hoc contra hunc tollitur, quia per eundem habitum potentia aliqua inclinatur in unum oppositorum, & reliquo resistit: & rursus naturalis determinatio non est minoris efficaciæ, quàm determinatio habitus. Constat autem quòd si uoluntas esset habituata, non egeret cõtinentia ad resistendum: ergo: respondetur ordine retrogrado, q̃ determinatio naturæ non est minus efficax, quàm determinatio habitus. Est tamen minus faciens, & explicans opus suum, q̃ determinatio habitus acquisiti. & in promptu causa est: quia acquisitus habitus in ipsa acquisitione expulit infirmitatem contrariã. naturalis autem determinatio non: unde assimilatur habitus infuso potius quàm acquisito. Ad primum autem dicitur, q̃ uoluntas sumitur dupliciter. Uno modo, ut coniuncta cõtrario appetitui sensitiuo: & quòd quemadmodum ipsa secundum se est determinata ad tale bonum, ita secundum se est potens resistere contrario obiecto. Et quòd quemadmodum ipsa ut cõiuncta contrario appetitui, non est determinata ad tale bonum, pro quanto impedibilis est a tendentia in tale bonum, ad quod est ex se inclinata, ita sic eget habitu ad resistendũ huiusmodi

F impedimentis. Et si hic instetur, quia uoluntas ut iuncta appetitui sensitiuo est determinata ad bonũ in passionib. appetitus sensitiui per se: & uoluntas ut iuncta appetitui sensitiuo, eget habitu ad resistẽdum passionib. & per se. ergo falsum est, q̃ uoluntas est ex se determinata ad tale bonum, & iuncta sensui eget habitu

omnino, idest uniuersaliter * appetitiuum, ut dr̃ in 1. Ethic. * sub appetitiuo aũt compræhẽditur uoluntas. & ideo si qua uirtus ẽ in uolũtate, erit moralis, nisi sit theologica, ut infra patebit †.

D.206. 1199.
* c. vlt. to. 5.
† q. 62.

sed ut iuncta appetitui sensitiuo habitu, tũque & sic ẽa rudit. Probatur assumptũ, q̃ uoluntas separata non est determinata ad bonũ eligendũ in passionib. ut patet in angelis, & ex rationes quia non est propriũ bonum uolentis. Respondetur, quòd falsum assumitur quo

G ad hoc, q̃ uoluntas ut iuncta sensui determinetur ad bonum in passionibus. Aliud est enim dicere, Voluntas ut iuncta sensui habet inclinationem ad bonum proprium passionum, aliud est dicere, uoluntas ut iuncta sensui habet, quòd inclinatio sua naturalis terminatur ad bonum in passionibus. Primum enim significat quòd coniunctio uoluntatis ad partem sensitiuã sit ratio, quod uoluntati conueniat inclinatio talis. secundum autẽ q̃ coniunctio non sit ratio, quòd inclinatio conueniat, sed quòd inclinat, quam habet terminetur ad tale bonum, & primum quidem falsum est, formaliter loquendo secundum aũs uarĩ. Ad cuius euidentiam scito quòd uoluntati humanæ ex suo genere conuenit, quòd naturaliter inclinetur in proprium bonũ tam, sui, quam uolentis, ut superius in q. 10. patet. hoc. n. commune est omni uoluntati: sed quòd proprium bonum sit in tali materia, s. in passionib. uolentis, hoc est ex coniunctione uolũtatis ad partem sensitiuam. unde inclinatio ipsa uoluntatis in

H proprium bonum, secundum rõnẽ in quacunq; materia sit, est ei naturalis ex propria rõne: sed q̃ hæc sua inclinatio terminetur ad bonum in passionib. sensitiuis habẽtis uoluntatem, est ex cõiunctione uoluntatis ad partẽ sensitiuã. Est igitur in uoluntate nostra, quantũ ex parte uolũtatis est sufficiens determinatio ipsius ad proprium bonum: ac per hoc ad bonum secundum rõnẽ ipsi⁹ uolẽtis: & cũ hoc ex coniunctione ad partẽ sensitiuam sortitur necessitatem habitus ad resistẽdum contrarijs, quib. iungitur. & hæc intelligito sustinendo continentiam esse in uoluntate, q̃d inferius discutietur. Si n. continentia in rõne ponitur, patet q̃ nulla est difficultas in proposito. & cũ uniuersam disputationem iste habes, cuius etsi dicta conclusio non teneatur, multa tamen alia uera, & certa in ea dicta tenenda sunt.

¶ Ad secundum uero dr̃ q̃ ibi est æquiuocatio de bono iustitiæ obiectiue, uel formaliter. Ad bonũ. n. iustitiæ obiectiue non naturaliter inclinatur uoluntas, quia nõ est propriũ, sed alterius. iusti-

I tia. n. in his, q̃ sunt ad alterũ est, & de tali uirtute, & secundum rõnẽ de bono est sermo, cum dr̃, q̃ quæ potentia naturaliter inclinatur in aliquod bonum, nõ eget habitu uirtutis. potentia n. ut sic, obiectum per se primo respicit, & habitus operatiuus de quo est sermo, & uirtus obiectum respiciunt, nec uirtutis est uirtus, nec habitus habitus. obiectio aũt procedit de bono iustitiæ formaliter, quod est formale ipse habitus iustitiæ, ad quod constat potentiam inclinari non mediante alio habitu, ut patet. hoc enim est commune omni uirtuti: illud autem non est commune omni obiecto uirtutum, ut patet.

¶ Ad obiectiones autem ex Scoto sumptas, non quòd ipse afferat eas contra S. Thom. sed quoniam ipse, ut dictum est, dissentiat a S. Thom. & has rationes contra oppositam positionem affert, cuius rationes licet non sint nostræ, ne tamen in Nouitij cauti sint, prodeerunt. Ad primam ergo dicitur, q̃ rationes militantes de moralibus uirtutibus circa passiones, non militant de iustitia: quia bonum illarum est proprium uolentis,

K iustitiæ uero alterum. Ad secundam dicitur, quòd quia bonum rationis in passionibus est medium secundum rationem, & nõ secundum rem in passionibus, ut patet in 3. Ethic. & medium rationis non attenditur secundum quantitatem intensiuã solam, sed secundum omnes circunstantias, scilicet quando oportet, ubi, pp quid &c. & in hoc manifeste includitur recta el generatio uoluntas determinata ex propria rõne ad bonum secundum rõnẽ in passionib. est eo ipso eodem mõ determinata ad recte el generatione eiusdem enim rationis est inclinatio ad utrunque: & defectus in altero alteri defectum inducit. Ad tertium dicitur, quòd est manifesta sophisma. concesso enim, (sicut uerum est) quòd in uoluntate ex frequentibus rectis electionibus sit habitus uirtutis, non sequitur. ergo ex frequentibus electionibus rectis circa talẽ materiã, s. passiones proprias fit in uoluntate habitus uirtutis, ut patet. Et ratio physica est: quia uoluntas non est indeterminabilis ex se, sed determinata ad tale bonum, quod frequentes eligit: habitus autem talis uirtutis non est natus fieri

nisi

nisi in subiecto apto nato, s. determinato. ¶Ad quartum iã patet ratio, q nuper cõuersus, quantum est ex parte uoluntatis secundum se prompte, faciliter, & delectabiliter eligeret bonũ in passionibus simpliciter: aut ipse uolẽs, difficile eligit, pp habitꝰ priores derelictos. iã enim dictum est, q inclinatio hæc uolũtatis intrinseca assimilatur habitui infuso, quem experimur non auferre à nobis difficultatẽ bene operandi: quis quantum est ex parte ipsiꝰ, prõpte, faciliter, & delectabiliter det operari.

*In corp. art.

Ad 3m dicẽdũ, q quædã uirtutes ordinãtur ad bonũ passionis moderatæ, quod est propriũ huius, uel illius hoĩs: & in talib. nõ est necessarium, q sit aliqua uirtus in uolũtate, cũ ad hoc sufficiat natura potẽtiæ, ut dictum est. * sed hoc solũ necessariũ est in illis uirtutib. quæ ordinantur ad aliquod bonum extrinsecũ.

QVAESTIO LVII.

De distinctione virtutum intellectualium, in sex articulos diuisa.

DEINDE cõsiderandũ est de distinctione uirtutum.

Et primo, quantum ad uirtutes intellectuales. secundo, quantum ad morales. Tertio, quantum ad theologicas.

Circa primum quæruntur sex.

¶Primo, Vtrum habitus intellectuales speculatiui sit uirtutes.

¶Secundo, Vtrum sint tres. s. sapientia, sciẽtia, & intellectꝰ.

¶Tertio, Vtrum habitus intellectualis, qui est ars, sit uirtus.

¶Quarto, Vtrum prudentia sit virtus distincta ab arte.

¶Quinto, Vtrũ prudẽtia sit uirtꝰ necessaria homini.

¶Sexto, Vtrum eubulia, synesis, & gnome sint uirtutes adiunctæ prudentiæ.

SVPER Q. LVII. ART. I.

IN ar. 1. q. 57. in rñsione ad primũ, habet Nouitie distinctionem de opere interiori intellectus, & extra eum à quo dr operatiuum, quod vocatur practicum.

ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrum habitus intellectuales speculatiui sint virtutes.

Cap. 1. q. 2. con. 4. Medina artic. 1.

290 *Porrecta per totum.*

AD PRIMVM sic proceditur. Vr q habitus intellectuales speculatiui non sint uirtutes. Virtus enim est habitus operatiuus, ut supra dictum est: * sed habitus speculatiui non sunt operatiui. distinguitur. n. speculatiuũ à practico, idest, operatiuo. ergo habitus intellectuales speculatiui nõ sunt uirtutes.

*q. 55. ar. 2.

¶2 Præt. Virtus est eorũ, p quæ fit hõ felix, siue beatus, eo q felicitas est uirtutis pmiũ, ut dr in 1. Ethi. * sed habitus intellectuales non considerant actus humanos, aut alia bona humana, per quæ hõ beatitudinem adipiscitur, sed magis res naturales, & diuinas. ergo hmõi habitus uirtutes dici nõ possunt.

*c. 9. t. 5.

¶3 Præt. Sciẽtia est habitus speculatiuus: sed sciẽtia, & uirtus distinguunt sicut diuersa genera nõ sub alternatim posita, ut patet per Philos. in 4. Top. * ergo habitus speculatiui non sunt uirtutes.

*c. 2. non procul à prin.

SED CONTRA. Soli habitus speculatiui cõsiderãt necessaria, quæ impossibile est aliter se habere: sed Philosoph. ponit in 6. Ethi. * quasdam uirtutes intellectuales in parte animæ, quæ cõsiderat necessaria, quæ non possunt aliter se habere. ergo habitus intellectuales speculatiui sunt uirtutes.

*c. 2. t. 5.

RESP. Dicẽdũ, q cũ oĩs uirtus dicatur in ordine ad bonũ, sicut s. dictũ est: * duplici rõne aliqs habitus dr uirtus, ut s. dictũ est. * Vno mõ, qa facit facultatẽ bene operãdi: alio mõ qa cũ facultate facit ẽt usũ bonũ: & hoc sicut s. dictũ est, † ptinet solũ ad illos

*q. 55. ar. 3.
*& q. 56. art. 3.
†q. 56. ar. 3.

A habitꝰ, q respiciunt partẽ appetitiuã, eo q uis appetitiua aĩæ est, quæ facit uti omnibus potẽtijs, & habitibus. * Cũ igitur habitus intellectuales speculatiui nõ pficiant partẽ appetitiuã, nec aliquo mõ ipsam respiciant, sed solã intellectiuã, possunt quidẽ dici uirtutes, inquantũ faciunt facultatẽ bonæ operationis, q est cõsideratio ueri, hoc enim est bonũ opus intellectus: non tñ dñr uirtutes secundo mõ, quasi facientes bene uti potentia, seu habitu. * Ex hoc enim, q aliquis habet habitũ scientiæ speculatiuæ, non inclinatur ad utendũ, sed fit potens speculari uerũ in his, quorũ habet scientiã: sed q utatur sciẽtia habita, hoc est mouente uoluntate. Et iõ uirtus, B q pficit uolũtatẽ, ut charitas uel iustitia, facit ẽt bene uti hmõi speculatiuis habitibus: & sm hoc ẽt in actibus horum habituum potest esse meritũ, si ex charitate fiant. sicut Greg. dicit in 6. Moral. * q contemplatiua est maioris meriti, quàm actiua.

*contl. — D. 1185. *cap. 18. post medium & cap. 26.

AD PRIMVM ergo dicẽdũ, quòd duplex est opus, scilicet exterius, & interius. practicũ ergo, uel operatiuum, quod diuiditur contra speculatiuum, sumitur ab opere exteriori, ad quod non habet ordinẽ habitus speculatiuus: sed tamen habet ordinem ad interius opus intellectus, quod est speculari uerũ, C & secundum hoc est habitus operatiuus.

AD 2m dicendũ, q virtus est aliquorum dupliciter. Vno modo sicut obiectorum: & sic huiusmodi virtutes speculatiuæ non sunt eorum, per quæ hõ fit beatus, nisi forte secundum quod ly, per, dicit causam efficientem, uel obiectum completæ beatitudinis, qđ est Deus, quod est summũ speculabile. Alio modo dr esse uirtus aliquorum sicut actuum. & hoc modo uirtutes intellectuales sunt eorũ, p q hõ fit beatus, tum quia actus harũ uirtutũ possunt esse meritorij, sicut dictũ est: * tũ ẽt quia sunt quædã inchoatio perfectæ beatitudinis, quæ in contẽ D platione ueri consistit, sicut supra dictum est †.

*In corp. art. — q. 3. art. 8.

AD 3m dicendũ, q scientia diuiditur ꝯ uirtutẽ secũdo modo dictã, quæ pertinet ad uim appetitiuã.

ARTICVLVS II.

Vtrum sint tantum tres habitus intellectuales speculatiui, scilicet, sapientia, scientia, & intellectus.

AD SECVNDVM sic proceditur. Vr q inconuenienter distinguantur tres uirtutes intellectuales speculatiuæ. s. sapiẽtia scientia, & intellectus. Spẽs enim E non debet condiuidi h generi: sed sapientia est qdã scientia, ut dr in 6. Eth. * ergo sapientia nõ debet condiuidi scientiæ in numero uirturum intellectualium.

¶2 Præt. In distinctione potẽtiarum, habituũ, & actuũ, quæ attenditur sm obiecta, attenditur principaliter distinctio, quæ est h secundum rationem formalẽ obiectorũ, ut ex supradictis patet. † non ergo diuersi habitꝰ debent distingui secũdũ materiale

SVPER Q. LVII. ART. II.

Ferr. 3. con. c. 44. Med. ar. 2.

291 *Porrecta per totum.*

IN art. 2. & specialiter in responsione ad secundum nota quomodo sapientia continet intellectum, & scientiã. nõ enim continet ut partes integrales, cum iam dictum superius sit, q habitus non integratur ex pluribus habitibus, sed continet quasi partes potentiales, habet enim se sapientia ad intellectum, & scientiam sic, q ẽ dd ipsa continet quicquid ille, & eminentiori mõ: unde enim principijs p se nota deducendo cõclusiones, qđ est scientiæ: & ipsa p se nota

Inf q. 68. ar 7. c or. & 2. 2 q. 4. a. 8 cor. & q. 47 art. 5. cor. & p 1 31. art 3 cor. Et 3 cor. t. c. 44. sed virt. q. 1. ar. 12. co. & art. 13. cor. *l 6 eth. c 7. t 5. †q. 54. ar. 2.

principia uera esse ex terminis iudicat, defendit, & inchoat, q intellectos tantūmodo uiderabsolote: & vtronq; habet resoluendo in altissimam cām, qd est eminentius cōtioere & ppea io 6.ethi.& io lrā dr, q cōtiner scientiā, & intellectū.& io 4.Metaphysicæ, uocat scientia, & defendit principia ex terminis.

obiectum, sed ſm rōnē formalē ipſius obiecti: ſed principiū demōſtrationis eſt rō ſciēdi cōcluſiones. nō ergo intellect⁹ principiorū dēt poni habitus alius aut alia virtus à ſciētia cōcluſionū.

¶3 Præt. [b] Virtus intellectualis dr̄ q eſt in ipſo rōnali per eſſentiā: ſed ratio ēt ſpeculatiua ſicut rō cinatur ſyllogizando demōſtratiue, ita ēt rōcinatī ſyllogizādo dialectice. ergo ſicut ſcientia, q cauſatur ex ſyllogiſmo demōſtratiuo, ponitur uirtus intellectualis ſpeculatiua, ita etiam, & opinio.

C.3.6.& 7.t.5. — SED CONTRA eſt, quod Philoſ. 6. Eth. ponit has ſolum tres uirtutes intellectuales ſpeculatiuas. ſ. ſapientiam, ſcientiam, & intellectum.

Ar. pced. — RESP. Dicendū, q ſicut ſupra dictū eſt, Virtus intellectualis ſpeculatiua eſt, p q intellectus ſpeculatiuus pficit ad conſiderandū uerū. hoc.n. eſt bonū opus eius. uerū aūt eſt dupliciter cōſiderabile, Vno mō ſicut p ſe notū: alio mō ſicut p aliud notū. Qd aūt eſt p ſe notū, ſe hēt ut principiū, & pcipit ſtatī ab intellectu: & iō [m] habitus pficiens intellectū ad hmōi ueri cōſiderationē uocat itellectus, [n] q ē habitus principiorū. Verū aūt qd eſt p aliud notū, nō ſtatim pcipit ab itellectu, ſed p inquiſitionē rōnis, & ſe hēt in rōne termini: qd qdē pōt eſſe dupliciter. Vno mō, vt ſit ultimū in aliquo genere: alio mō vt ſit ultimū reſpectu totius cognitionis humanę. Et qa ea, q ſunt poſterius nota quo ad nos, ſūt priora, & magis nota ſm naturā, vt dr̄ in 1. Phyſ.* iō id, qd eſt ultimū reſpectu totius cognitionis humanę, eſt id, qd eſt primū, & maxime cognoſcibile ſm naturā. & [m] circa hmōi ē ſapiētia, [o] q cōſiderat altiſſimas cās, ut dr̄ in 1. Met.* vn̄ cōuenietēr iudicat, & ordinat de oībus: qa iudiciū pfectū, & uniuerſale haberi nō pōt, niſi p reſolutionē ad primas cās. Ad [m] id uero, qd ē vltimū in hoc, uel in illo genere cognoſcibiliū, pficit intellectū ſciētia, [n] & iō ſm diuerſa genera ſcibilium ſunt diuerſi habitus ſcientiarum, cum tamen ſapientia non ſit niſi una.

concl. — coclusionis pars. — *Tex. 5. to. 2. — cōcluſionis pars. — *C.1. circa fi. to. 3 — cōcluſionis pars.

AD PRIMVM ergo dicēdū, q ſapiētia eſt, qdā ſciētia, inquātū hēt id, qd eſt cōe oībus ſcientijs, ut. ſ. ex principijs cōcluſiones demōſtret: ſed qa hēt aliquid propriū ſupra alias ſcientias, inquātū. ſ. de oībus iudicat, & non ſolum quantum ad concluſiones, ſed ēt quantum ad prima principia: ideo habet rationem perfectioris uirtutis, quàm ſcientia.

AD 2[m] dicendū, q qn̄ rō obiecti ſub uno actu refertur ad potentiā, uel habitū, tunc nō diſtinguunī habitus, uel potentię penes rōnē obiecti, & obiectū materiale: ſicut ad eandē potentiā viſiuā ptinet videre colorē, & lumē qd eſt rō uidendi colorē, & ſimul cū ipſo videt. Principia uero demōſtrationis poſſunt ſeorsū cōſiderari abſq; hoc, q cōſiderent cōcluſiones. Poſſunt ēt cōſiderari ſimul cū cōcluſionibus, prout principia iu cōcluſiones deducunī. Cōſiderare ergo hoc ſcd̄o mō principia ptinet ad ſciētiā, q cōſiderat ēt cōcluſiones: ſed cōſiderare principia ſm ſeipſa, ptinet ad itellectū. Vn̄ ſi qs re-

D.702,

F cte cōſideret, iſtę tres uirtutes non ex æquo diſtinguunī abinuicē, ſed ordine quodā: ſicut accidit in totis potētialib. quorū una pars ē pfectior altera, ſicut aīa rōnalis eſt perfectior q ſenſibilis, & ſenſibilis, q vegetabilis. Hoc.n. modo ſcientia dependet ab intellectu, ſicut a principaliori: & utrunq; depēdet à ſapientia ſicut a principaliſſimo, q ſub ſe continet, & intellectum, & ſciētias, ut de cōcluſionib. ſcientiarum diiudicans, & de principijs earundē.

AD 3[m] dicendū, q ſicut ſ. dictū eſt,* habitus uirtutis determinate ſe habet ad bonū, nullo aūt mō ad malū bonū aūt intellectus eſt uerū: malū aūt ei⁹ G eſt falsū. Vn̄ ſoli illi habitus uirtutes intellectuales dnr, qb. ſemper dr̄ uerū, & nunq falſum. opinio uero, & ſuſpicio poſſunt eſſe ueri, & falſi: & iō non ſunt intellectuales uirtutes, ut dicitur in 6. Eth.*

*Q.55.ar. 3.& 4. — *Ca.3. circa princ. tom.5.

ARTICVLVS III.

Vtrum habitus intellectuales, qui eſt ars, ſit virtus.

AD TERTIVM ſic procedit. Videtur q ars non ſit uirtus intellectualis. Dicit.[n]. Aug. in lib. de libero arbitrio,* q uirtute nullus male utitur: ſed arte H aliquis male utitur. poteſt enim aliquis artifex ſecundum ſcientiam artis ſuæ male operari. ergo ars non eſt uirtus.

¶2 Pręt. Virtutis nō eſt [h] uirt⁹. artis aūt eſt aliqua uirtus, ut dicit in 6. Eth.† ergo ars non ē uirtus:

¶3 Pręt.[n] Artes liberales ſunt excellētiores, q artes mechanicę: ſed ſicut artes mechanicæ ſuut practicæ, ita artes liberales ſunt ſpeculatiuæ. ergo ſi ars eſſet uir I tus intellectualis, deberet uirtutib. [h] ſpeculatiuis annumerari.

SUPER Q. LVII. ART. III.

Med. a. r. 3.

IN arti. 3. aduerte Nouitie, qd iuxta duplicem bonitatē, ſ. propriā habitus artis, & moralē dum io lra dnr. nā in rñſione ad primū de bonitate ppria artis, * dr̄, q arte nollus male, idest, ad malum opus malitia oppoſita bonitati artis vtitur. ¶Io rñſione uero ad ſcdm, de bonitate moris dr̄, q ad hoc, q hō bene utatur arte, req ritur uirtus moralis, hoc. o. nō exigitur ad faciendū opus artis g fectū: (q̄ñ pōt Grammatica perfectiſſima blaſphemare Deū.) ſed ad bene ſcdm morem utendum arte.

292 *Porrecta per totum.* Inf. q.93. a. 1. cor. Et 1. q. 22. art. 2. cor. Et 2.2. q. 47 arti. 5. cor. Et ue 11. q 5. ar. 1. cor Et 1. Ethic. & poſt prin. *Lib. 2. de libe. arb. c.18.& 19. tom. 1. †Li. 6 eth. ca. 5. circa fin.

SED CONTRA eſt, q Philoſoph. in 6. Eth.* ponit artem eſſe uirtutem, nec tamen connumerat eam uirtutibus ſpeculatiuis, quarum ſubiectum ponit ſciētificam partem animæ.

*Eod. li. c. 5.& 4. t.5.

RESP. Dicēdū, q ars nihil aliud eſt, q rō recta aliquorū operum faciendorū, quorum tn̄ bonum nō conſiſtit in eo, q appetitus humanus aliquo mō ſe hēt, ſed in eo, q ipſum opus qd fit, in ſe, bonum eſt. Non.n. pertinet ad laudē artificis inquātū artifex ē qua uolūtate opus faciat, ſed quale ſit op⁹ qd facit. K Sic igiī ars, proprie loquendo, habitus operatiuus eſt, & tn̄ in aliquo conuenit cum habitib. ſpeculatiuis: qa ēt ad ipſos habitus ſpeculatiuos ptinet qualiter ſe habeat res, quā conſiderant, non autē qualiter ſe habeat appetitus humanus ad illas. Dūmodo enim uerum Geometra demonſtret, non refert qualiter ſe habeat ſm appetitiuā partē utrū ſit lęt⁹ vel iratus: ſicut nec i artifice refert, ut dictū eſt.* & iō [m] eo mō ars habet rōnē uirtutis, ſicut, et habit⁹ ſpeculatiui.* in qtum. ſ. nec ars, nec habit⁹ ſpeculatiuus faciunt bonum opus quantum ad uſum, qd eſt proprium uirtutis perficientis appetitum, ſed ſolum, quantum ad facultatem bene agendi.

*Art. 1. concl.

AD

Ad primum ergo dicendũ, ꝙ cũ aliquis habens artẽ operat̃ malũ artificiũ, hoc non est opus artis, imò est ꝯ artẽ: sicut ẽt cũ aliquis sciens uerũ mentitur, hoc qđ dicit, nõ est ſm̃ scientiam, sed ꝯ scientiã. vnde sicut scientia se hẽt ad bonũ semper, ut dictũ est*, ita, & ars: & ſm̃ hoc dr̃ uirtus. In hoc tñ deficit à perfecta ratione uirtutis, quia non facit ipsum bonum usum, sed ad hoc aliquid aliud requiritur: quamuis bonus usus sine arte esse non possit.

*ar. præc. ad arg. 1.

Ad 2m dicendũ, ꝙ quia ad hoc vt homo bene utat̃ arte, quã hẽt, requiritur bona uoluntas, quę perficitur per uirtutẽ moralẽ: ideo Phĩosoph. dicit*, ꝙ artis est uirtus, scilicet moralis, inquantũ ad bonũ usum eius aliqua uirtus moralis requiritur. Manifestum est enim, ꝙ artifex per iustitiã, q̃ facit uoluntatẽ rectam, inclinatur ut opus fidele faciat.

*lib. 6. Eth. 5. circ. fin. to. 5.

Ad 3m dicendũ, ꝙ ẽt in ipsis speculabilib. est aliquid per modum cuiusdã operis, puta, constructio syllogismi, aut orationis congruę, aut opus numerandi, uel mensurandi. & ideo quicunq; ad hmõi opera rõnis habitus speculatiui ordinantur, dñr per quandã similitudinẽ artes, scilicet liberales, ad drñam illarũ artium, quæ ordinantur ad opera per corpus exercita, quæ sunt quodãmodo seruiles, in quantũ corpus seruiliter subditur animæ, & hõ secundũ animã est liber. illæ uero scientiæ, quæ ad nullũ hmõi opus ordinantur, simpliciter scientiæ dñr, non autẽ artes, nec oportet si liberales artes sunt nobiliores, ꝙ magis eis conueniat ratio artis.

SVPER QVÆ. LVII. ART. IIII.

493 Porrecta per totum. Inf. art. 5. ad 1. Et 2. 2. q. 47. a. 4. ad 2.

Medina ar. 4.

In arti. quarto in q̃stione ad ſcdm, dubiũ occurrit, eo ꝙ author hic dicit cum Aristot. in 6. Ethic. ꝙ tam ars, q̃ prudentia est in opinatiua parte alæ, q̃ utrib. s. in 6. Ethic. dicitur, distinguitur genere à parte ꝗculari, scientifica: & ut ipse diuus Thomas ibidẽ affirmat, opinatiuũ est cogitatiua, scientificũ aũt intellectum prudẽtia igitur cogitatiua ponit hic, & tñ in quęst. pcedẽte arti. 3. posita est in intellectu.

*cap. 4. 5.

Ad hoc dr̃, ꝙ prudẽtia proculdubio est in intellectu ut se extendit ad singularia: pp qđ oportet duo h̃ c aduertere. Primo, ꝙ intellectus ut extẽsus ad singularia dicit sensus, & cognomi tat cogitatiuã, q̃est ratio particularis: q̃n dato ꝙ intellectus p sensũ cognoscat singulare aliquo mõ, perfecta tñ & directa cognitio actiua, qualis cõuenit prudentiæ, de singularib singulariter nõ conuenit intel lectui, nisi adiuncta sibi cogitatiua, ut in 6. Eth. dr̃ ergo opinatiua pars alę hęc duo insinuat. Ideo diuersa inueniẽ data de ea sententia ẽt à diuo Thoma, dũ 1 6. Ethi. intendo connotatẽ cogitatiuã, illi tribuit opinatiui nomen. Et in prima parte, q. 79. ar. 9 ad tertiũ, intuẽdo principaliẽ intellectum in ipso posuit opinatiuũ: medium n. extremũ utrumq; sapit: ſcdo, ꝙ unus habitus est qñq; in diuersis potẽtijs, sic, ꝙ in una principaliter, & in alia secũdario: & sic prudentia est in intellectu principaliter, & in cogitatiua, & in memoratiua, secũdario. Et ppea diuersa de ipsa dicuntꝙ non repugnant, dũ nunc principale, nũc secundariũ subiectum assignat̃, & de his in secunda secdæ q. 47. amplior erit sermo, cũ prudẽtiæ natura discutiet̃: nũc sufficiat hæc cõmunia ẽt art.

*cap. 5.

*ca. 3. t. 5.

*c. 3. t. 5.

Articvlvs IIII.

Vtrum prudentia sit virtus distincta ab arte.

Ad quartvm sic proceditur. Videt̃, ꝙ prudentia non sit alia uirtus ab arte. Ars.n. est rõ recta aliquorũ operũ: sed diuersa genera h operũ non faciunt ut aliqđ amittat rõnẽ artis. sũt .n. diuersæ artes circa opera ual de diuersa. cũ igit̃ ẽt prudentia sit quædã ratio recta operũ, vr̃ quòd etiã ipsa debeat dici ars.

¶ 2 Præt. Prudentia magis h cõuenit cum arte, q̃ habitus speculatiui. vtrunq;.n. eorũ est circa cõtingens aliter se habere, vt dr̃ in 6. Eth.* sed quidã habitus speculatiui dñr artes. ergo multo magis prudentia debet diri ars.

¶ 3 Præt. Ad prudentiã ptinet h bene cõsiliari, ut dr̃ in 6. Eth.* sed ẽt in quibusdã artibus consiliari contingit, ut dr̃ in 3. Eth.† sicut in arte militari, & gubernatiua, & medicinali. ergo prudentia ab arte nõ distinguitur.

Sed contra est, quod Philosophus distinguit prudentiã ab arte in 6. Ethi.

Resp. Dicendũ, ꝙ ubi inuenitur diuersa ratio uirtutis, ibi oportet uirtutes distingui. Dictũ est aũt supra,* ꝙ aliquis habitus hẽt rõnẽ uirtutis ex hoc solũ, ꝙ facit facultatẽ boni operis: aliquis autẽ ex hoc, ꝙ facit nõ solũ facultatẽ boni operis, sed ẽt vsum. ars aũt facit solum facultatẽ boni operis, quia nõ respicit appetitũ. prudentia autẽ non solũ facit boni operis facultatẽ, sed ẽt vsum: respicit. n. appetitũ tanquã præsupponẽs rectitudinẽ appetit*, cuius drĩę rõ est: quia ars est recta rõ factibiliũ, prudẽtia uero est recta rõ agibiliũ. Differt aũt facere, & agere, q. ut dr̃ in 9. Metaph.* factio est actus transiens in exteriorẽ materiã, sicut ędificare, secare, & hmõi: agere aũt est actus pmanẽs in ipso agente, sicut uidere, uelle, & hmõi. Sic igit̃ hoc mõ se hẽt prudẽtia ad hmõi actus humanos, q̃ sunt vsus potentiarũ, & habituũ, sicut se hẽt ars ad exteriores factiones, quia utraq; est pfecta rõ respectu illorũ, ad q̃ pparat̃. pfectio aũt, & rectitudo rõnis in speculatiuis, depẽdet ex principijs, ex q̃b. rõ syllogizat, sicut dictũ est,* ꝙ sciẽtia depẽdet ab intellectu, q̃ est habitus principiorũ, & psupponit ipsum. in humanis aũt se hñt fines sicut principiã i speculatiuis, vt dr̃ in 7. Eth.† & iõ ad prudentiã, q̃ est recta rõ agibiliũ, requirit̃ ꝙ hõ sit bñ dispositus circa fines, qđ quidẽ ẽ p appetitũ rectũ: & iõ ad prudentiã requirit̃ moralis uirt*, p quã fit appetitus rect*. bonũ aũt artificialiũ nõ est bonũ appetitus humani, sed bonũ ipsorũ operũ artificialiũ: & iõ ars nõ psupponit appetitũ rectũ. & inde est ꝙ magis laudat̃ artifex, q̃ uolens peccat, q̃ q̃ peccat nolẽs. magis aũt ꝯ prudentiã est, ꝙ aliquis peccet uolens q̃ nolẽs: q̃a rectitudo uoluntatis est de rõne prudentiæ, nõ aũt de rõne artis. Sic igitur patet, ꝙ m prudentia est uirtus distincta ab arte.*

*art. 1. & q. 56. a. 3.

D. 237.

*text. 16. tom. 3.

*art. 2. ad 2.

† Cap. 8. post mic. & lib. 6. c. 5. circa med. t. 4.

concl. m

Ad primvm ergo dicendũ, ꝙ diuersa gña artificialiũ oĩa sũt extra hoiem, & iõ nõ diuersificat̃ rõ uirtutis: sed prudẽtia ẽ recta rõ ipsorũ actuũ humanorũ, vñ diuersificatur rõ uirtutis, vt dictum est.*

*In cor p. art.

Ad 2m dicẽdũ, ꝙ prudẽtia magis cõuenit cũ arte, q̃ cũ habitib.* speculatiuis quantũ ad subiectũ, & materiã. utrunq; enim est in opinatiua parte animæ, & circa cõtingens aliter se habere: sed ars magis conuenit cũ habitibus speculatinis in rõne uirtutis, quàm cum prudentia, ut ex dictis patet.*

*ar. præc.

Ad 3m dicendũ, ꝙ prudentia est bene cõsiliatiua de his, quæ pertinẽt ad totã uitã hoĩs, & ad ultimũ finem uitæ humanæ: sed in artibus aliquibus est consiliũ de his, quæ pertinẽt ad fines proprios illarũ artium: vnde aliqui inquantũ sunt bene consiliatiui in rebus bellicis, uel nauticis, dicunt̃ pru-

artifex bene operet, sed q̃ bonũ opus faciat: requireret̃ aũt magis, qđ ipsum artificiatũ bene operaret, sicut q̃ cultellus bene incideret, uel serra bñ secaret, si ꝓprie horũ esset agere, & nõ magis agi, qa nõ hñt dominiũ sui actus. & iõ ars nõ est necessaria ad bñ uiuendũ ipsi artifici, sed solũ ad faciendũ ipsum artificiatũ bonũ, & ad conseruandũ ipsum. Prudẽtia aũt ẽ necessaria hoĩ ad bñ uiuendũ, non solũ ad hoc q̃ fiat bonus.

Ad 2m dicẽdum, q̃ cũ hõ bonũ operat̃ nõ ẽm propriam rõnẽ, sed motus ex consilio alterius, nondum est oĩno perfecta operatio ipsius quantũ ad rõnẽ dirigentẽ, & quantũ ad appetitũ mouentẽ. unde si bonũ operetur, non tamen simpliciter bene, quod est bene uiuere.

Ad 3m dicendũ, q̃ uerũ intellectus practici aliter accipitur, C q̃ uerũ intellectus speculatiui, vt dr̃ in 6. Eth.* nã uerum intellectus speculatiui accipit̃ ꝑ cõformitatẽ intellect⁹ ad rẽ. Et quia intellect⁹ nõ põt infallibiliter ꝯformari rebus in cõtingẽtibus, sed solũ in necessarijs: iõ nullus habitus speculatiuus cõtingentiũ est intellectualis uirtus, sed solũ ẽ circa necessaria. Verũ aũt intellectus practici accipit̃ per cõformitatẽ ad appetitũ rectũ, quæ qdẽ conformitas in necessarijs locũ non hẽt, quæ uoluntate humana non fiunt: sed solũ in cõtingentib⁹, quæ põt à nobis fieri, siue sint agibilia interiora, siue factibilia exteriora, & iõ circa sola cõtingentia ponitur uirtus intellect⁹ practici: circa factibilia qdẽ ars, circa agibilia vero prudẽtia

ARTICVLVS VI.

Vtrum eubulia, synesis, & gnomẽ sint virtutes adiuncte prudentiæ.

AD SEXTVM sic proceditur. Videt̃ q̃ inconuenienter adiungant̃ prudẽtiæ eubulia, synesis, & gnomen. Eubulia.n. est habitus, quo bñ ꝯsiliamur, ut dr̃ in 6. Eth.* sed bene consiliari pertinet ad prudentiã, ut in eodẽ lib. dicitur. ergo eubulia nõ est uirtus adiuncta prudentiç, sed magis est ipsa prudentia.

¶2 Præt. Ad superiorẽ pertinet A de inferioribus iudicare. illa ergo uirtus vr̃ suprema, cuius est actus iudiciũ: sed synesis est bene iudicatiua. ergo synesis non est uirtus adiuncta prudentiæ, sed magis ipsa est principalis.

¶3 Præt. Sicut diuersa sunt ea, de qbus est iudicandũ, ita ẽt hđi uersa sunt ea, de qbus est cõsiliandũ: sed circa oĩa cõsiliabilia ponit̃ uirtutis una.s. eubulia. ergo ad bene iudicandũ de agen B dis, nõ oportet ponere ꝑter synesim, aliã uirtutem.s. gnomen.

¶4 Præt. Tulli⁹ ponit in sua Rheto.* tres alias h̃ partes prudẽtiç .s. memoriã præteritorũ, intelligentiam præsentiũ, & prouidẽtiam futurorum. Macrobius ẽt ponit super somniũ Scipionis, † quasdã alias partes prudẽtiæ .s. cautionẽ, docilitatẽ, & alia hmõi. non videntur igitur solæ hmõi uirtutes prudẽtiæ adiũgi.

C SED CONTRA est authoritas Philos. in 6. Eth.* q̃ has tres uirtutes ponit prudẽtiæ adiũctas.

RESP. Dicendum, q̃ in oĩbus potentijs ordinatis illa est principalior, quæ ad principaliorẽ actum ordinatur: circa agibilia aũt humana tres actus rõnis inueniuntur, quorũ primus est cõsiliari: secũdus iudicare: tertius est præcipere. Primi aũt duo respõdent actibus intellectus speculatiui, qui sunt inquirere, & D iudicare. nam consilium inquisitio quædã est: sed tertius actus est proprie practici intellect⁹, inquantũ est operatiuus. nõ.n. ratio habet præcipere ea, quæ per hominem fieri non pñt. Manifestum est aũt, q̃ in his, q̃ per hominẽ fiunt, principalis actus est præcipere, ad quẽ alij ordinãtur: & ideo ᵐ uirtuti, quæ est bene præceptiua.s. prudentiæ, E tanquã principaliori adiũgunt̃ tanquam secũdariæ eubulia, q̃ est bene ꝯsiliatiua, & synesis, & gnome, q̃ sunt partes iudicatiuæ, de quarũ distictione dicet̃.*

AD PRIMVM ergo dicendũ, q̃ prudẽtia est bene cõsiliatiua, nõ quasi bñ consiliari sit immediate actus eius: sed q̃a hũc actũ perficit mediante uirtute sibi subiecta, q̃ est eubulia.

Ad 2m dicẽdũ, q̃ iudiciũ in agẽdis, ad aliqd ulteri⁹ ordinat̃. ꝯtingit.n. aliquẽ bñ iudicare de aliquo agendo, & tñ nõ recte exeq: sed ultimũ complementum est, qñ ratio iã bene præcipit de agendis.

dist. 36. intellectum practicũ in sola cognitione recti ficans, adeo ut prudentiam in sola rõne absque appetitus bonitate ponat, non põt huic difficultati satisfacere. Putat nãq; ipse, q̃ sicut in speculatiuis principia ex terminis, & conclusio ex recto syllogismo scitur necessario, ita in practicis, & sic perficitur rõ practica, & illud sexti Eth. q̃ uerum intellectus practici est conformẽ se habere appetitui recto, glosat, q̃ appetitui recto nõ præcedẽti, sed appetitui naturaliter sequẽti: ita q̃ intellect⁹ præcipiens tunc est uerus, qñ talis est q̃ recta electio est nata sibi esse cõformis: uel in idẽ redit, qñ est cõformatiuus rectæ electionis sibi, siue sequat̃, siue non, recta electio. Sed quãtus sit hic error, manifeste patet ex allata difficultate. Nã quantũcunq; intellectus discurrat, nunquam ad hoc peruenire põt, ut de particularibus cõtingẽtibus habitũ per se uerũ semper acquirat: qũ cũ ab eo qđ res est, uel nõ est oratio dr̃ uera uel falsa, & cõtingentia aliter, & aliter se hẽant, impossibile est, q̃ intellectus oĩ cognitio conformet infallibiliter contingentibus. aut ergo nõ est uirtus prudẽtia illa Scotica, q̃a uirtus intellectualis, ut patet 6. Eth. c. non est oĩs uerorũ: aut si est uirtus, non est circa cõtingentia, & sic nõ est prudentia, sed scientia moralis. Et sicut errauit in hoc, ita ẽt errauit in glosa illa, & in consequentibus, de qu b. infra erit sermo. Tu aũt sectator Arist. & D. Thomæ, cui datũ est videre, q̃ prędicta duo, si retetantur ad pfectionẽ cognitiõis, incõpossibilia sunt, inspice ad literã in hac rõne, & inuenies q̃ diuinum authoris ingeniũ, uidẽs dixit, q̃ ꝑ hanc rõnẽ.s. huius incõpossibilitatis, nulla uirtus intellectualis põt esse intellectu speculatiuo, cuius pfectio consistit in cognoscere circa cõtingentia. vnde ut

*ca. 2. to. 5.

295 Porrecta per totũ 1. q. 2. t. 2. a. t. ed. 1. Et 1. 2 q. 49. corp. si & q. 51. per to. & q. 6. 52. art. 2. toi. Et 3. d. 33. q. 1. art. 1. q. 1. & 4. Et vit. q. 3. a. 13. ad 26. & q. 5. ar. 1. cor.

εὐβουλία σύνεσις γνώμη

*l. 6. Eth. cap. 9.

hæc diceret a . . . refice est ad intellectũ dirigẽd. eius pfectio, ex ꝑ hoc ueritas non cõsistat in cognoscere, sed in eliciendo actu, q̃ pfectus uerus, qui infallibiliter circa contingentia esse possit. talis est aũt intellectus practicus ut sic, cuius perfectio, ac ueritas in actu dirigẽdi cõsistit, quæ directio infallibiliter est uera circa cõtingentia, si consona sit appetitui recto præcedenti: & sic author uirtutem intellectualẽ semper uerã respectu contingentiũ saluauit, non inquantum cognitiuũ, sed inquantum est dirigitiuum ab homine operis ꝑ conformitatem ad appetitũ rectũ. Propterea cũ contrarius nõ solum Nouitie, sed oĩs doctæ, ne cũ de his dictis putas, in intellectu solo sistas. sæpe enim intellectus, ut cognoscens, tñ decernit certa omnes partes miscet particularis, cũ non est cognoscibilis certitudinaliter, ut patet.

*lib. 1. de inuentio ne in fol. 4. ante finem lib.

† lib. 1. in fol. 2. ante med. cap. 8.

*ca 10. & 11. to. 5.

SVPER Q. LVII. ART. VI.

Medina ar. 6.

In eis 6. in hisione ad tertiũ memento Noaitie, q̃ licet dialectice, quãm demonstratiua docens est una: sed in usu est diuersa, quã penitiora, quia dialectica utens est una, demõstratiua uero multiplex, idest, principia rõnũ demonstratiuarũ diuersificantur iuxta diuersitatẽ rerũ scibiliũ, quæ sunt ꝓpria illis: principia uero rõnũ probabilium non diuersificantur iuxta diuersitatẽ rerũ, quia sunt cõia: & hoc.n. est dialecticã utentem esse unã, demonstratiuã multiplicẽ. Diuersitas nãq; h. uel idẽtitas principiorũ sustentũ infert earũ diuersitatẽ.

d. 3. ergo. Alius art.

consul. m

SVPER

AD 3^m dicendum, ꝙ iudicium de unaquaq; re fit per propria principia eius: inquisitio aût nondum est per propria principia, quia his habitis nô esset opus inquisitione, sed iã res esset inuenta: & ideo una sola virtus ordinatur ad bene consiliandum, duæ aût uirtutes ad bene iudicandû, quia distinctio nô est in coibus principijs, sed in proprijs. unde, & in speculatiuis una est dialectica inquisitina de omnibus scientiæ aût demonstratiuæ, quæ sunt iudicatiuæ, sunt diuersæ de diuersis. Distinguuntur aût synesis, & gnomin ẽm diuersas regulas, quibus iudicatur. Nam synesis est iudicatiua de agendis ẽm côem legem: gnomin autem secundû ipsam rationem naturalem in his, in quibus deficit lex communis, sicut plenius infra patebit.*

* 2.2.q. 51. art. 4.

AD 4^m dicendû, ꝙ memoria, intelligentia, & ꝓuidentia, similiter ẽt cautio, & docilitas, & alia huiusmodi non sunt uirtutes diuersæ à prudentia: sed quodammodo côparantur ad ipsam, sicut partes integrales, inquantû oia ista requiruntur ad ꝓfectionẽ prudentiæ. sunt ẽt, & quædam partes subiectiuæ, seu species prudentiæ, sicut œconomica regnatiua, & hmôi: sed prędicta tria sunt quasi partes potentiales prudentię: quia ordinantur sicut secundarium ad principale, & de his infra dicetur.*

*2.2.q.51.

SVPER Q. LVIII. ART. I. ET II.

Medina art. 1.

IN art. 1. & 2. in. In q. 58. aduerte, ꝙ quia formalis est doctrina authoris: ideo licet côclusum sit, ꝙ nô ois uirtus est moralis, specialiter quęsitum est an moralis sit intellectualis decet .n. doctrinã particulatim singula explicare, quãuis ois uirt⁹ humana nô moralis sit intellectualis.

QVAESTIO LVIII.

De distinctione virtutum moralium ab intellectualibus, in quinque articulos diuisa.

DEINDE considerandû est de uirtutibus moralibus.

Et primo de distinctione earum à virtutibus intellectualibus. Secundo, de distinctione earum ab inuicem secundum propriam materiam. Tertio, de distinctione principalium, uel cardinalium ab alijs.

CIRCA primum quæruntur quinque.

¶ Primo, Vtrum omnis uirtus sit uirtus moralis.

¶ Secundo, Vtrum uirtus moralis distinguatur ab intellectuali.

¶ Tertio, Vtrum sufficienter diuidatur virtus per intellectualem, & moralem.

¶ Quarto, Vtrum moralis uirtus possit esse sine intellectnali.

¶ Quinto, Vtrum econuerso, intellectualis virtus possit esse sine morali.

ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrum omnis virtus sit moralis.

296 Porrecta per textum. Inf. q. 68. art. 8. cor. Et 3. d. 23 q. 1. art. 4. q. 1. co. * Cap. 6. post me.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur, ꝙ omnis uirtus sit moralis. Virtus.n. moralis dr̃ à more, idest h consuetudine: sed omnium uirtutû actus cô suescere possumus. ergo omnis virtus est moralis.

¶ 2 Præt. Philosophus dicit in 2. Eth.* ꝙ uirtus moralis, est habitus h electiuus in medietate rônis consistens: sed omnis uirtus 1 r̃ esse habitus electiuus, q a actus cuiuslibet uirtutis possumus ex electione facere. ois ẽt uirtus aliqualiter in medio rônis consi- F stit, ut infra patebit.† ergo ois uirtus est moralis.

† q. 64. ar. 2. 3. 4.

¶ 3 Præt. Tullius dicit in sua Rhet.* qđ uirtus est habitus in modû h naturæ rôni ꝯsentaneus: sed cû ois uirtus humana ordinetur ad bonû hois, oportet ꝙ sit côsentanea rôni, cum bonû hois sit ẽm rônem esse, ut Diony. dicit. ergo omnis uirtus est moralis.

* lib. 2. de Inuentione in fol. 4. ante finem lib.

SED CONTRA est, quod Philo. dicit in 1. Eth.* Dicentes de moribus nô dicimus, qm̃ sapiens, uel intelligẽs, sed qm̃ mitis, uel sobrius: sic igit̃ sapiẽtia, & intellectus nô sunt morales: q̃ tñ sunt uirtutes, sicut s̃. dictum est.† nô ergo ois uirtus est moralis.

* In fi. lib. tom. 1.

† q. præc. art. 2.

RESP. Dicendû, ꝙ ad hmôi euidentiã côsiderare G oportet quid sit mos: sic.n. scire poterimus qđ sit moralis uirtus. Mos aût duo significat: qñq;.n. significat côsuetudinẽ, sicut dr̃ Act. 15. Nisi circuncidamini ẽm morẽ Moysi, non poteritis salui fieri. Qñq; uero significat inclinationẽ quandã naturalem, uel quasi naturalẽ ad aliquid agendû: unde, & ẽt brutorum aĩalium dñr aliqui mores. vnde dr̃ 2. Mach. 11. ꝙ leonû more irruentes in hostes prostrauerunt eos, & sic accipit̃ mos in Psal. 67. ubi dr̃. Qui habitare facit unius moris in domo. Et hæ quidẽ duæ significationes in nullo distinguuntur apud Latinos quantû ad uocẽ: in Græco aût distin H guunt̃. nã ethos, qđ apud nos morẽ significat, qñq; hẽt primã longã, & scribitur per η Græcam literã: qñq; hẽt primã correptã, & scribitur per ε Dicit̃ aût uirtus moralis a more, ẽm quod mos significat quandã inclinationẽ naturalẽ, uel quasi naturalẽ ad aliquid agendû, & huic significationi moris, propinqua est alia significatio, quæ significat côsuetudinẽ: nã consuetudo quodãmodo uertitur in naturã, & facit inclinationẽ similẽ naturali. Manifestû est aût qđ inclinatio ad actû ꝓprie côuenit appetitiuę uirtuti, cuius est mouere oẽs potentias ad agendû, ut ex supradictis patet.* & iõ m nô ois I uirt⁹ dr̃ moralis, sed solû illa, q̃ est ĩ vi appetitiua.n

* q. 9. ar. 1 concl.

AD PRIMVM ergo dicendû, ꝙ obiectio illa procedit de more ẽm quod significat consuetudinem.

AD 2^m dicendû, ꝙ ois actus uirtutis pôt ex electione agi: sed electionẽ rectã agit sola uirtus, quę est in appetitiua parte animę. Dictû est.n. supra,* ꝙ eligere est actus appetitiuę partis. unde habitus electiuus, qui. s. est electionis principium, est solum ille, qui perficit uim appetitiuã, quamuis etiã aliorum habituum actus sub electione cadere pñt.

* q. 13. art 1.

* text. 3. in mo 2.

AD 3^m dicendum, ꝙ natura est principium motus, sicut dicitur in 2. Phys.* Mouere autẽ ad agen K dum, proprium est appetitiuę partis: & ideo assimilari naturæ in consentiendo rationi, est propriû uirtutum, quæ sunt in ui appetitiua.

197 Porrecta per totum Infra q. 61. art. 2. Et 3. dist. 23. q. 1. art. 4. q. 1. ad 4. & uer. q. 14. art. 3. ad 9 & uer. q. 1. ar. 12. cor. Et 1. Eth. fin. * lib. 19. c. 1. paulo post prin cip. & lib. 4 ca. 21 & 11. 15. c. 5. tom. 5.

ARTICVLVS II.

Vtrum virtus moralis distinguatur ab intellectuali.

AD SECVNDVM sic procedit̃. Videtur ꝙ uirtus moralis ab intellectuali non distinguatur. Dicit em̃ Aug. in lib. de ciu. Dei,* ꝙ uirtus est h ars recte vi-

SVPER Q. LVIII. ART. II.

Medina art. 2.

IN art. 2 eiusdẽ 58. q. aduerte. ꝙ ultima uerba in corpore articuli, scil. ꝙ habitus moralis habet rationem uirtutis humanę, inquantum

tum rōni conformatur, non intelliguntur de conformitate superadditæ relationis sed de conformitate essentiali. iam.n. superius dictum, est quod virtus moralis est essentialiter habitus cōformis rōni, & oō sit idem habitus de non uirtute uirtus p superadditam relationem ad rationem rectam & hęc expositio sufficiat pro omnibus similibus verbis authoris tam hic, q̄ alibi.

¶ In eodē 2 arti. tel in quitur difficultas illa in pprio loco dispu tanda. An possit hō cōtra actuale iudiciū operari; iat.n. est proposito de habitibus loq. & necessitatē habitus in appetitu etiā ostendere, ut in litera fit.

uendi: sed ars est uirtus intellectualis. ergo uirtus moralis ab intellectuali non differt.

¶ 2 Præ. Pleriq; in diffinitione virtutum moralium ponunt scientiam, sicut quidā diffiniunt, ꝙ pseuerantia[h] est scientia, uel habitus eorum quibus est immanendum, uel nō immanendū, & sanctitas[h] est sciētia faciēs fideles, & seruātes, q̄ ad Deū iusta: scientia āt est uirtus intellectualis. ergo uirtus moralis non debet distingui ab intellectuali.

* Cap. 6. a medio to mo 5.

¶ 3 Præt. Augu. dicit in 1. Soliloquiorum,* ꝙ uirt⁹[h] est recta & pfecta ratio: sed hoc pertinet ad virtutem intellectualē, ut patet in 6. Ethic.† ergo virtus moralis nō est distincta ab intellectuali.

† Cap. ultimo.

¶ 4 Præt. Nihil distinguit ab eo, quod in eius diffinitione[h] ponit: sed virtus intellectualis ponit in diffinitione uirtutis moralis. dicit.n. Phil. in 2. Ethi.* ꝙ uirtus moralis est habitus electiuus existēs in medietate determinata rōne, put sapiēs determinabit hmōi aūt recta rō determinans mediū uirtutis moralis ptinet ad uirtutē intellectualē, ut dr̄ in 6. Eth.* ergo uirtus moralis nō distinguit ab intellectuali.

* Cap. 6. a medio to mo 5.

* Cap. ultimo.

Sed contra est, quod dr̄ in 1. Ethi.† Determinatur uirtus fm drīam hanc. Dicimus enim harū has, quidem intellectuales, has uero morales.

† Ca. ultimo in fine, to. 5.

Respon. Dicendū, ꝙ oīum humanorū operum principiū primū rō est, & q̄cunq; alia principia humanorū operū inueniant, quodāmō rōni obediūt, diuersimode tñ. Nā q̄dā rōni obediunt oīno ad nutū absq; omni ꝯdictione: sicut corporis membra, si fuerint in sua natura cōsistentia. statim.n. ad imperiū rōnis manus, aut pes mouet ad opus. Vñ Philo. dicit in 1. Polit.* ꝙ aīa regit corpus despotico principatu .i. sicut dñs seruū, qui ius ꝯtradicendi nō hēt. Posuerunt igit quidā ꝙ oīa principia actiua, q̄ sunt in hoīe, hoc modo se hñt ad rōnem: quod quidē si uerum esset, sufficeret ꝙ rō esset pfecta ad bñ agēdū. vñ cū uirtus sit habitus, quo pficimur ad bñ agendum, sequeret ꝙ in sola rōne esset, & sic nulla uirtus esset nisi itellectualis. Et hæc fuit opinio Socratis, q dixit oēs uirtutes eē prudētias, ut dr̄ in 6. Eth.* vñ ponebat, ꝙ hō, scientia in eo existente peccare non poterat, sed quicunque peccabat, peccabat pp ignorantiā. Hoc aūt pcedit ex suppositione falsi; pars.n. appetitiua obedit rōni non oīno ad nutū sed cū aliqua contradictione: vñ Philosophus dicit in 1. Polit.* ꝙ rō imperat appetitiuę principatu politico, quo. s. aliquis pēst liberis, q hñt ius in aliquo contradicendi: vñ Aug. dicit sup Psal.† ꝙ interdum pcedit intellectus, & sequit tardus, aut nullus affectus, intm ꝙ q̄nq; passionibus, uel habitibus appetitiuę partis hoc agitur, ut usus rōnis in particulari impediat: & fm hoc aliqualiter uerū est, quod Socrates dixit,* ꝙ scientia pñte, non peccat: si tñ hæc extēdat usq; ad usum rōnis in particulari eligibili. Sic igitur ad hoc quòd hō bene agat, requiritur ꝙ non solū rō sit bene disposita p habitū uirtutis intellectualis, sed ēt quòd uis appetitiua sit bene disposita p habitū uirtutis moralis. Sicut igit appetitus distinguit à rōne, ita[m] uirtus moralis distinguit ab intellectuali.[n] vnde sicut appetitus est principiū humani actus fm hoc, ꝙ participat aliqualiter rōnem, ita habitus moralis habet rationem virtutis humanæ: inquantum rationi conformatur.

* Cap. 3. post medium, to. 5.

* Cap. ult. to 5.

* Cap. 3. post medium, to. 5.

† Psal. 118. sup illud, Concupiuit anima mea, circa finē concionis 8. inclum pf. to. 8.

* li. 6. Eth. to. 5.

co. el. m

Ad primum ergo dicendū, ꝙ Aug. cōiter accipit artē p qualibet recta rōne, & sic sub arte includitur etiā prudentia, quæ ita est recta rō agibiliū, sicut ars est recta rō factibilium: & fm hoc quod dicit, ꝙ uirtus est ars recte uiuendi, essentialiter conuenit prudentiæ, participatiue autem alijs uirtutibus, prout secundum prudentiam diriguntur.

Ad 2m dicendū, ꝙ tales diffinitiones à quibuscunq; inueniantur datæ, pcesserunt ex opinione Socratica, & sunt exponendæ eo mō, quo de arte* prædictum est: & similiter dicendum est, ad tertiū.

* In solo. ad 1. arg. præced.

Ad 4m dicendum, ꝙ recta rō, quæ est fm prudētiam ponitur in diffinitione uirtutis moralis, non tanquā pars essentiæ eius, sed sicut quiddam participatum in omnibus uirtutibus moralibus, inquantum prudentia dirigit omnes uirtutes morales.

Articvlvs III.

Vtrum sufficienter virtus diuidatur per moralem, & intellectualem.

Ad tertivm sic proceditur. Vr̄ ꝙ uirtus humana nō sufficienter diuidatur p uirtutem moralem, & intellectualem. Prudentia enim uidetur esse aliquid medium inter uirtutem moralem, & intellectualem,[h] connumerat.n. in uirtutibus itellectualibus in 6. Ethic.* & ēt ab omnibus cōiter connumeratur inter quatuor uirtutes cardinales, q̄ sunt morales, ut infra patebit.† non ergo sufficienter diuidit uirtus per intellectualem, & moralem, sicut per immediata.

* Cap. 3. & 5. to. 5.

† q. 61.

¶ 2 Præt. Continentia, & pseuerantia, & ēt patientia, non computant inter uirtutes itellectuales nec[h] ēt sunt uirtutes morales, qa non tenent mediū in passionibus, sed abundāt in eis passiōes. nō ergo sufficiēter diuidit uirt⁹ p itellectuales, & morales.

¶ 3 Præt. Fides, spes, & charitas, q̄dā[h] uirtutes sunt, non tñ sunt uirtutes intellectuales. hæ.n. solū sunt quinq;. s. sciētia, & sapiētia, intellectus, prudētia, & ars, ut dictū est,* nec ēt sunt uirtutes morales, qa non sūt circa passiones, circa quas maxime est moralis uirtus. ergo uirtus non sufficienter diuidit per in-

* q. 57. ar. 2 & 3.

Svper Q. LVIII. ART. III.

Medina ar. 3.

In art. 3. eiusdē q. 58. in respōsione ad secūdū nota Thomista, ne falaris sumens hoc, ꝙ cōtinentia sit subiectiue in ratione pp illa, verba. Deficit m ātōne uirtutis, qa virt⁹ itellectualis &c. Pōt.n. dupliciter intelligi: primo, ut prima facie vr̄, ut reddant rōnē quare continentia non est virtus, quia non est uirtus itellectualis, quia &c. Et hic sensus licet forte à pluribus sit acceptus, falsum tñ, & contrarius huic literæ, & authori est, ut patebit. Alio ergo modo pōt intelligi ut reddant rationē quare continētia non est uirtus, quia in continente non datur uirtus intellectualis faciens rationem bñ se hēre circa materiā continentiæ quod probat quia in eo non est rectus appetitus finis, quē pexig ratio recta habituata uirtute quasi diceret, continentia deficit à ratione uirtutis, quia sius ponatur

298 Porrecta per totum.

tellectuales,& morales. F

Sed contra est, ꝙ Philosophus dicit in 2.Eth.* duplicē esse uirtutē, hanc quidem intellectualem, illam autem moralem.

Respon. Dicēdū, ꝙ virtus humana est quidā habitus pficiens hoiem ad bñ operandum principium autē humanorum actuū in hoie non est nisi duplex, s. intellectus, siue rō, & appetitus: hæc.n.sunt duo mouentia in homine, ut dī in 3.de aīa.* Vnde G ois uirtus humana oportet ꝙ sit pfectiua alicuius istorum principiorum. Si quidē igit̄ sit pfectiua itellectus speculatiui, uel practici ad bonum hois actum, erit uirtus intellectualis: si aūt sit pfectiua appetitiuæ partis, erit uirtus moralis. unde relinquit̄ ꝙ m omnis virtus humana, uel est intellectualis, uel moralis.n

Ad primum ergo dicendū, ꝙ prudentia fm essentiā suā est in H intellectualis virtus: sed fm materiā cōuenit cū virtutibus moralibus. est.n. recta rō agibiliū, ut s. dictum est,* & secundū hoc, virtutibus moralibus cōnumerat̄.

Ad 2m dicendū, ꝙ continentia, & pseuerantia non sunt pfectiones appetitiuæ uirtutis sēsitiuæ: quod ex hoc patet, ꝙ incōtinente, & perseuerante superabundāt inordinatę passiones, quod non esset, si appetitus sen I sitiuus esset pfectus aliquo habitu conformante ipsum rōni. Est aūt continentia,d seu pseuerantia pfectio rōnalis partis, quæ se tenet contra passiones ne deducatūr, deficit tamen à ratione virtutis: quia uirtus intellectiua, quæ facit rōnem se bene habere circa moralia p̄supponit appetitū rectum finis, ut recte se habeat circa principia, i. fines, ex quibus rōcinatur, ꝙ continenti, & pseueranti deest. Neq; ēt pōt esse pfecta operatio, q̄ à duabus potentijs pcedit, nisi utraq; potentia pficiat̄ p debitum habitū: sicut K non sequit̄ pfecta actio alicuius agentis p instrm, si instrm non sit bñ dispositum, quātumcunq; principale agēs sit pfectū. Vnde si appetitus sensitiuus quem mouet rōnalis pars, non sit pfectus quantūcunq; rōnalis pars sit pfecta, actio consequens nō erit perfecta: unde nec principiū actionis erit uirtus, & pp hoc continentia à delectationibus, & pseuerantia à tristitijs non sunt uirtutes, sed aliquid

Ca.1.10.5. minus uirtute, ut Philosophus dicit in 7.Ethi.

Ad 3m dicendum, ꝙ fides, spes, & charitas sunt supra virtutes humanas: sunt enim uirtutes hominis prout est factus particeps diuinæ gratiæ.

F Articvlvs IIII.

Vtrum moralis virtus possit esse sine intellectuali.

Ad qvartvm sic proceditur. Vr ꝙ uirtus moralis possit esse sine intellectuali. Virtus.n. moralis, ut dicit Tullius,* est habitus in modū naturæ h rōni consentaneus: sed natura, etsi consentiat alicui superiori rōni mouēti, nō tñ oportet, ꝙ illa rō naturæ cōiungat̄ in eodē, sicut pa- G tet in rebus naturalibus rōne carētibus. ergo pōt esse i hoie virtus moralis in modū naturæ inclinās ad consentiendū rōni, q̄uis illius hois rō non sit perfecta per uirtutem intellectualē.

¶2 Præt. Per uirtutē intellectualē hō cōsequit̄ rōnis h usum pfectū: sed qñq; cōtingit ꝙ aliq, in qbus nō multū uiget usus rōnis sunt uirtuosi, & Deo accepti. ergo vr̄, ꝙ uirtus moralis possit es- H se sine uirtute intellectuali.

¶3 Præt. Virtus moralis facit inclinationem ad bene h operandū sed qdā hñt naturalē inclinationem ad bñ operandū, ēt absque rōnis iudicio. ergo uirtutes morales pñt esse sine intellectuali.

Sed contra est, quod Greg. dicit in 22. Moral.* q̄ cæteræ uirtutes, nisi ea, q̄ appetunt, prudēter agant, uirtutes esse nequaq̄ pñt. sed prudentia est uirtus in- I tellectualis, ut supra dictum.est. ergo uirtutes morales non possunt esse sine intellectualibus.

Resp. Dicendū, ꝙ uirtus moralis pōt quidē esse sine quibusdā intellectualibus uirtutibus, r sicut sine sapiētia, sciētia, & arte nō aūt pōt esse sine intellectu, & prudētia. Sine prudētia quidē esse nō pōt moralis uirtus, q a moralis uirtus est habitus electiuus .i. faciēs bonā electionē. Ad hoc K aūt ꝙ electio sit bona, duo requirunt̄. Primo, ut sit debita intentio finis: & hoc fit p uirtutē moralē, q̄ nim appetitiuā inclinat ad bonū cōueniens rōni, r qd̄ est finis debitus. Scd̄o, ut hō recte accipiat ea q̄ sunt ad finē: & hoc nō pōt esse, nisi p rōnem recte consiliantē, iudicantē, & pcipientem, quod ptinet ad prudentiam, r & ad uirtutes sibi annexas, ut supra dictum est.* Vnde m uirtus moralis sine prudētia esse nō pōt, & p consequēs nec sine intellectu. n per intellectum enim cogno-

*q.57.ar.4. concl. m

ponatur ꝙ sit uirtus in appetitu siue in ratione exigit hoc, ꝙ in rōne continentis ponatur uirtus intellectualis circa ma. etiā continentiæ, non curando utrum illa virtus intellectualis esset continentia, uel non. Et ꝙ hoc exigat̄, litera supponit tanq̄ cōiter confessum, & inferius probandum: sed in continente nō est taliter virtus intellectualiter. probatur, quia in eo non est rectus appetitus finis, qui est principiū intellectualis uirtutis. & sic author dicens cōtinentiā esse in rōnali parte aīæ comprehendēte in se rōnē, & uoluntē, quia appetitus est rōnalis, & indistincte relinquens cuius sit, distribuitur hoc in secunda secundæ. in hoc eo pprio duas rōnes reddidit quare cōtinentia nō est uirtus, Primam, quæ nunc dicta est, excludentem ipsam à numero etiā intellectualiū uirtutum ex parte superioris partis aīæ: Secundam aūt ex parte inferioris partis s. appetitus sensitiui, cuius actus sunt materia continentiæ, q̄ superius discussa est in suo uniuersali: ꝙ s. habitus pprius alicuius operis non est uirtus, si non sit in consummatiua potentia operis, ut cōtingit in continentiæ, q̄ est in appetitu rōnali & opus consummat̄ ab appetitu sensitiuo.

*Ca.5.10. *Text.48. & sequ. tom.2. concl. m *q.57.ar.4. D.389.

SVPER Q. LVIII. ART. IIII. ET V.

Medina ar.5. Cap.3.d.36.q.1.con.2. 299 Porrecta per totum. Infr ar.5. cor.

In titulo articuli cum 4. & 5. eiusdē 58.q. aduerte, ꝙ dupli ci rōne pñt hæ qōnes moueri. Primo rōne cōnexionis, & sic spectant ad tractatum de connexione uirtutum inferius habendum in qōne 65. Secundo. rōne inclusionis, & sic spectant ad hunc tractatum de distinctione moralis, & intellectualis uirtutis Est n. inter ea nō pura connexio, sed inclusio unius in alia: & ppea admodum distinctionis earū, spectat hęc discussio ptra ita ut postmodum de earum cōnexione nō relinquatur dubitationi locus.

*lib.2.de inuentione in fol. 4. ante finem lib.

¶In eiusdem articulis, & præcipue in vlti mo, diligētissime notato, vir docte terminos, ne coniungat disputare, in æquiuoco, obscuros fieri, & admirari, uitimque. Scito igitur, ꝙ prudētiæ nomine, q̄uis unum significetur, duo intelliguntur. Cū.n. significet rectā rōnem agibilium, quidā intelligunt eam sic infra limites intellectus, ut eā in intellectu absolute credentes nihil aliud significare dicāt, nisi rectum dictamen agibilium ita ꝙ prudētia nil aliud significat nisi rōnem recte monstrantē in particulari agib. i qd qdo, qualiter &c. eligendum sit. & in horum numero est Sco. in 3. sen. dist. 36. & hi errantes in principio moraliū quantū postmodum deuient, & abducāt sequaces facile patet. quidā autē, immo oēs recte sentientes ut Arist diuus Thō. & sequaces, prudē. ut nōie tenēt. hgūt rectā agibilium rōnē appetitu recto particulari s finis factam, & firmatam. Vbi duo sunt declaranda: primo,

*Cap.1.& lib.2.c.15 a med. *q.57.ar.4.

scunt principia naturaliter nota tã in speculatiuis, q̃ in operatiuis. unde sicut recta rõ in speculatiuis inquantum ꝓcedit ex principijs naturaliter cognitis p̃supponit intellectum principiorum, ita etiã prudentia, quæ est recta ratio agibilium.

Ad primum ergo dicendũ, ꝙ inclinatio naturæ in rebus carẽtibus rõne est absque electione, & ideo talis inclinatio nõ requirit ex necessitate rõnem, sed inclinatio uirtutis moralis est cũ electione: & iõ ad suã pfectionẽ indiget, ꝙ sit ratio perfecta per uirtutem intellectualem.

B Ad 2m dicendũ, ꝙ in uirtuoso non oportet ꝙ uigeat usus rationis quantum ad oĩa, sed solũ quantũ ad ea, quæ sunt agenda sm uirtutẽ: & sic usus rationis uiget in omnibus uirtuosis: unde etiam, qui uidẽtur simplices, co

mo, ꝙ ita sit: secundo, qđo sit quod. n. prudentia essentialiter pẽdeat ab appetitu recto, probatur ex 6. Ethi. dupliciter: primo ex oppositis eius: secundo ex proprio actu. Oĩs igitur habitus in rõne solum dummodo non sit congenitus ut habitus principiorum est obliuio, ut patet: prudentia non est obliuio, ut patet ibi: ergo prudentia non est habitus in rõne solum. ¶ Præterea, Delectatio & tristitia, & similiter malitia est corruptiua principij prudẽtię, ut patet in 6. Ethi. sed hæc pendẽt ad appetitũ. ergo prudẽtia pẽdet ex appetitu denique de pbacule recte. A 2o. ppriũs prudentiæ est recte præcipere circa agibilia. ergo prudentia pẽdet ex appetitu recto. Antecedẽs quo ad oẽs partes ꝓbatur primo, ꝙ pcipere sit actus prudentiæ patet ex 6. Ethic. ubi dr̃, quòd prudentia est præceptiua. Secundo, quòd recte præcipere, quia aliter non esset uirtus præceptiua, nisi determinaret ad recte præcipiendum. Tertio, quòd ꝓprius & præcipuus ipsius sit actus, quia conuenit ei ut distinguitur à suis partibus, & est consummatio cæterorum actuũ: patet nanque in 6. Ethi. quòd Arist. primo prudentiam indistincte à suis partibus uenatus ponit ipsam esse consiliatiuam. &c. postm. odũ distinguens ipsam à suis partibus & distribuens singulis sua officia, ea ptesse dat eubuliæ recte consiliari: gnomi aũt, & syneli recte iudicare: prudentiæ autem recte pcipere. hi enim actus omnes uni prudentiæ, & secundum has partes ei conueniunt. Cõstat quoque, quòd de agendis non est consummata rõ per consilium, & iudicium: sed oportet præceptum recto superueniat, quando oportet, & c. propter cuius defectũ multos uidemus non operari prudenter, ut consulte iudicent: præcipere ergo recte est proprius, & præcipuus prudentiæ actus. Consequentia autem probatione non eget, quia sicut præcipere non est intelligibile quin dependeat ab appetitu, præcipit. n. quilibet uolens: ita recte præcipere sibi ipsi in huiusmodi moralibus, non est nisi à recto appetitu. Et hoc est absque dubio tenendum: quomodo autem hoc sit, manifestatur ex ipso actu, & principio. Cũ aliquis prudenter se habet ad ea, quæ abstinentiæ à cibo, & potu sunt, non ideo prudenter se habet, quia recte discurrit circa qualitatem, & quantitatẽ, & tempus sumendi cibi aut potus &c. nec quia recte iudicat in ordine ad conditionem suam &c. sed ꝙ recte inuenta, & iudicata sibi ipsi præcepto imponit. D præcepto autem dico, non quo animus imperfecte imperat sibi uelleitatem quandam sicut accidit tepidis in uia uirtutum, qui nellent quidem actus uir utũ, sed in ueritate non uolunt: sed quo animus perfecte sibi imperat, nõ quia uelle, sed quia uult, ut Aug. disputat in octauo Confessionum. Cum aũt perfecte homo sibi imperat animus appetere cibum, talem, tali hora, propter bonum rationis &c. cibum, & potum, oportet quod hoc actuale imperium ab actuali appetitu boni rationis in tali materia nunc, hic &c. procedat. Nisi enim uellet nunc, hic, hoc bonum &c. non pfecte præciperet & quoniam ex similibus actibus similes habitus generantur, & sicut actus ab actu, ita habitus ab habitu pendet, ó ex frequentatis huiusmodi actibus generatur habitus similis. s. recte præceptiuus in huiusmodi, & dependens ab habitu rectũ reddente appetitum ad finem, ad quẽ prudens imperat, bonũ s. rationis in tali materia, hic nunc, mihi &c. Rursus enim multo consilio, & recto iudicio definitum tale bonum, puta temperantiæ, uel mansuetudinis esse uolendum, & sectandũ ac propterea mihi imponendum, nunc, hic, efficaciter uideb. Cuius sic secundum appetitum dispositus sum. Expertor enim ꝙ fame ficio, aut irascendo, aut irato aliud ut efficae ter prosequẽdum, q̃ non appetentis & non appetens impero mihi abstinentiã, aut mansuetudinem, appetitus autem prosecutionem. & hoc, quia qualis unusquisq; est, talis ei uidetur finis, quo ad prosecutionẽ quæ consistit in præcepto, ut ex supradictis de ordine actuum uoluntatis patet. Vnde cum prudentia habituet me ad præcipiendum in his ipsis consona recto fini moralium actuum uirtutum, & qualis sum secundum appetitum meum talis mihi uidetur finis, consequens est, quod finis meus inquantum apparens mihi principium meæ prudentiæ, ex æqualitate mei tẽdem appetitum dependeat: & sic prudentia non est in ratione absoluta, sed in ordine ad appetitũ & essentialiter dependet ab appetitu, à quo pendet præceptum eius actus, & uariatur apparentia

A finis eius principium. Et nota ꝙ licet utraq; uia ex parte s. actus & ex parte principij prudentiæ habeatur dependentia eius ab appetitu: quia tñ prima uia dependentiam ab appetitu intellectiuo, à quo pendet imperium: secunda aũt dependentiã ab appetitu simpliciter siue intellectiuo, siue sensitiuo, ut est pfectus moraliter. ostẽditur tam Arist. in 6. Ethic. q̃ auctor hic sola una uia est ad declarandã dependentiã prudentię ab appetitu, & merito: qa dependentiã à uirtutibus moralibus tractãt q̃ non in solo intellectiuo appetitu sunt. Ego aũt paululũ foris digressus sũ, ut subuenirẽ imbecillitati nõ penetrantiũ naturas horum habituum, ne fallantur loquentes de tali uirtute intellectuali, in intellectu tñ sistendo

¶ Circa conclusiones eorundem ultimorum artic. eiusdẽ q. 58. aduerte, ꝙ inclusio uirtutis intellectualis, puta prudentię in morali, manifesta ualde est ex diffinitione uirtutis 2. Ethi. Et q̃uis neminem uideatur habere contradictorem, habet tñ difficultatem: qr, ut dictum est ex 6. Eth. & hic, uirtus moralis est tendere in finem principium prudentiæ principium autem nõ dependet a principato, nec prius a posteriori. uirtus igitur moralis non pendet à uirtute intellectuali. quæ est prudentia. Inclusio autem uirtutis moralis in intellectuali, prudentia. s. & habet C Scot. loco allegato oppositum, quia prius non dependet à posteriori: prudentia autem est prior, tum quia est dictamen rectũ, ut dictum fuit: tum quia dictat de fine particulari, & his, q̃ sunt ad finem: tum quia non est assignari actum, quo generetur, illę uirtutes s. morales, & sua prudentia, quia nec intellectus, nec uoluntatis & habet difficultatem propter hoc, quòd medium uirtutis moralis præstituitur à prudentia, ut patet ex diffinitione uirtutis moralis, & experientia: medium aũt est finis uirtutis moralis. uirtus ergo moralis non principiat prudentiam: sed econuerso prudentia dat ei finem principium in moralibus.

¶ Ad euidentiam horum essent multa dicenda quorũ quædam ad q. 76. art. 3. ad tertium spectant, quædam ad q. 47 2. 2. Vnde cum intendam in proprijs locis singula discutere, pro nunc supponendo doctrinam authoris declarandam inferius, scito ꝙ sicut in intellectu speculatiuo sunt duo habitus, scilicet intellectus, & scientia. & scientia uiens propositionibus pertinentibus D ad intellectum demonstrat ex euidentia illarum propositionum, & discursu syllogistice, ita est in intellectu practico etiam in materia agibilium, si in puro intellectu stamus. Ex synderesi enim, qui est habitus principiorum in intellectu practico respectu agibilium, & recta ratione, infra limites intellectus syllogizãdo, concluditur uerum: sed quoniam iudicium tale non nisi de uniuersalibus haberi posset, singularia enim uariabilia, & incerta sunt, iudiciumque infallibile nõ suscipiunt, & prudentia circa singula semper recta est ratio, alioquin uirtus non esset: ideo intellectus, practicus circa agibilia, licet habere possit scientiam moralem infra limites intellectus consistens, tñ nunquàm habebit rectã rõnem agibilium particulariũ hic, nunc &c. qđ est habere prudẽtiam, nisi in ordine ad appetitũ, ut superius dictũ fuit. Est aũt ordo talis in huiꝰ agibilibus, Primo est synderesis in intellectu dictans, & præstituens uirtuti morali suum obiectum, quod est finis: propositiones enim, quæ sunt principia in E agibilibus ca fine, qui habet rationem principij in operabilibus conhetentur: & hic uirtus moralis, ad quam spectat tendere in finem præcognitum, ad finem præstitutum sibi à synderesi tẽdit actu, qui uocatur uelle uel intentio in uoluntate, & in appetitu sensitiuo appetitur per modũ intentionis. Tertio loco uenit prudentia habens se ad synderesim, sicut scientia ad intellectũ speculatiuũ prudentia autem cum sit recta ratio, cuius est discurrere, utitur duabus præmissis, quæ sunt principia cõclusionis. Prima præmissa est ꝓpositio spectans ad synderesim, uerbi gratia. Bonum rõnis tam in passionibus, quam operationibus est prosequendum. Secunda uero præmissa est particularissima. s. Bonum rationis, nunc, hic, saluatur in tali, tanta &c. audacia, uel ira. Et tunc sequitur conclusio præceptiua non in actu signato, idest, ergo hoc est mihi nunc præcipiendum, eligendum, prosequendum: sed in actu exercito. s. ergo actualiter tam in exercitio iudicij, præcepti, electionis, prosecutionis. hoc enim est, qđ multos decipit in hac materia, quoniam propositionẽ ittã à synde-

q carent mundana astutia, p͞fite esse prudẽtes, ſm illud Matt. 10. Estote prudentes ſicut ſerpẽtes, & ſimplices ſicut columbæ.

Ad 3m dicendũ, q naturalis inclinatio ad bonũ uirtutis est quædam inchoatio uirtutis, non aũt est uirtus p͞fecta. hm͞oi.n. inclinatio quanto est perfectior, G tanto potest esse periculoſior, niſi recta rõ adiungatur, p quã fiat recta electio eorum, q̃ conueniunt ad debitum finem: ſicut equus currens ſi ſit cæcus, tanto fortius impingit, & lædit quanto fortius currit: & ideo etſi uirtus moralis nõ ſit ratio recta, ut Socrates dicebat, non tñ ſolum est ſecundum rõnem rectam, inquantum inclinat ad id quod est ſecundum rõnem rectam, ut Pla H tonici poſuerunt, ſed etiã oportet quòd ſit cũ ratione recta, ut Aristoteles dicit in 6. Ethi.*

ſue detectis, quàm prudentia in actu ſignato diſputatur. Etſi F oportet intueri naturam, & uim earum in actu exercito. A prima autem præmiſſa ad ſcdam nõ est ordo immediatus in iſtis, ſicut est in ſpeculatiuis: ſed à propoſitione, quæ est prima præmiſſa. prouenit in appetitu motus eius rectus in finẽ: & ſic ab appetitu, & p͞miſſa illa prouenit ueritas ſcdæ p͞miſſæ. q est particulariſſima: q͞m ex diſpoſitione mea ſcdm appetitũ prouenit, q mihi cõſonet talis finis in particulari, puta tale bonũ, nũc, hic &c. Et de hac p͞miſſa intelligit illud tertij Ethicorum. Qualis unuſquiſq; est talis finis ei uĩ. & ſequit cõcluſio conformis minori ppoſitioni, ſ. cõſiſtens in actu intellectus ab appetitu. ſ. iudiciũ de his, q̃ ſũt ad finẽ, puta iſta ira nũc p͞cipienda illã, & deinde actus appetitus in ordine ad intellectũ. ſ. electio in hoc autẽ ordine ſi qs inſpiciat & unicuiq; ppria iſta tribuere uelit, dicet q, q prudẽtia attendit ſcdm ſuũ ppriũm, & p͞ſpicũ, actum qui est recte p͞cipere, & ipſe est principiũ rectę electionis: & uirtus moralis, cui attribuit electio p ꝓprio actu, ut patet ex ſua diffinitione, pẽdet neceſſario ex prudẽtia. & rurſus quia ipſum recte p͞cipere pendet ab appetitu recto uerificante, minorẽ propoſitionẽ, q̃ est præceptiuæ cõcluſionis principium proximũ. cõſequẽs est, q prudentia pẽdeat ab appetitu recto.

*Cap. ult. parum a medio tomo 5.

¶ Ad prælibandum aũt, quomodo circa obiecta ueritas ſe habeat, inſpicito in eodem ordine, & aduerte q tam uirtus moralis, quàm prudentia plures actus habet. Virtus.n. moralis habet primo actum intẽtionis, ſeu ſimplicis appetitus reſpectu ſui obiecti, quod est finis. ſ. bonum rationis, quod est principium prudentiæ habet deinde actum electionis circa materiam conſonã I fini. ſ. paſſiones, uel operationes tantas, tales, &c. & rõne primi actus præcedit prudentiam, immo uerificat eius minorẽ, & cõcluſionem in ratione ſecundi dependet etiam à concluſione prudentiæ. ſ. præcepto. Ipſa ſimiliter prudentia habet primo actũ iudicij practici in particulari agibili, q non est ſcibile, quia contingens: & ſecundum hunc actum uerificatur de ea, quòd recte iudicat de fine, & ſimilia & ratio est, quia ut dictum est, etiam minor propoſitio est inter principia prudentiæ, & ex fine cõheret. Habet deinde duplicem actum ut concluſionẽ, iudicium. ſ. de his, quę ſunt ad finem, & præceptum eorundem eligendorũ utrunq; enim ex fine particulariſſimo concluditur, & clauditur in iudicio præcipiente, & ſecundũ hos actus determinat & dat medium uirtuti morali, concludendo tantã iram, nunc, hic &c. aſſumendam, & præcipiendo illam, & ſecundum hos actus, cũ dependeant ex minori prudente ex appetitu, manifeſte pendet ex appetitu recto: & quia ſcdm hos actus est principium electio K nis rectæ, talis, tantæq; materiæ: ideo est principium uirtutis moralis: & ſic uirtus moralis in ſolo actu electionis pendet a prudentia. prudentia autem pendet & quo ad actum iudicij de fine particulariſſimo, & medianta hoc quoad actum iudicij de his, quæ ſunt ad finem, & quo ad actum pręcepti dupliciter, ſ. mediate ac dependentia iudicij de fine, & ſecundum ſe: quia de ratione eius est, q ſit actus intellectus moti ab appetitu. Et ſi quis tibi dixeris, quòd uirtus moralis non niſi habitus est electiuus in medio conſiſtens &c. ac per hoc intentio ſiu ſpræcedens prudentiam, non ſpectat ad uirtutem moralem: dic tu quòd in electione ipſa clauditur intentio finis, quoniam electio est eorum quæ ſunt ad finem propter finem: & bene ſe habere eligendo, & appetendo finem, ſe habent ſicut motus ad mediũ, et terminũ. Conſtat autem, q pp eandem naturam tendit aliquid in medium, et terminum unde eadem est uirtus, qua appetitus tendit in finem recte, et ea, quæ ſunt ad illum: propter quod in diffinitione dum dr. q est habitus electiuus, implicite dictum est, quòd et intentiuus finis ſit. Et per hæc patet reſponſio ad oĩa obiecta duobus duntaxat exceptis. ſ. quomodo prudentia det medium uirtuti morali, et non finem, cum medium ſit uniuerſo ſin. ni generetur. Et illud quidem inferius in q. 66. dicet, ac poſtmodum in ſecunda ſecundæ q. 47. conſummabitur Deo dante & diuo Tho. intercedente. Hæc autem Scotica quæſtio facile patet ex eo, q actus iſti intellectus, & uoluntatis non ſolum ſimul fiunt, ſed unus & idẽ numero actus est actus utriuſq;, diuerſimode tñ præcipere enim est actus intellectus formaliter, appetitus autem uirtualiter. & ſimiliter electio est actus appetitus formaliter, intellectus uero uirtualiter, ut ex ſupradictis de actibus uoluntatis patet. Nullum igitur inconueniens est ab actibus uim duplicẽ habentibus, duas fieri ſimul uirtutes.

300 Porrada per totum.

ARTICVLVS V.

Vtrum intellectualis uirtus poſſit eſſe ſine morali.

AD QVINTVM ſic proceditur. Videtur q uirtus intellectualis poſſit eſſe ſine uirtute G morali. Perfectio.n. prioris nõ dependet à p͞fectione posterioris: ſed rõ est prior appetitu ſenſitiuo & mouens ipſum ergo uirtus intellectualis, q̃ est p͞fectio rõnis, nõ depẽdet à uirtute morali, quę est p͞fectio appetitiuæ partis. potest ergo eſſe ſine ea.

¶ 2 Pręt. Moralia ſunt materia prudẽtię ſicut factibilia ſunt materia artis: ſed ars põt eſſe ſine ꝓpria materia, ſicut faber ſine H ferro. ergo, & prudẽtia põt eſſe ſine uirtutib⁹ moralibus, q̃ tñ inter oẽs itellectuales uirtutes maxime moralibus coniuncta uĩ.

SVPER Q. LVIII. ART. V.

Cap. 3. d. 36 q. 1. con. 1. Medina ar. 5.

Circa dicta in articulo 5. eiuſdem q. 58. ut ſubueniat magis. Nouitijs, & in principijs non relinquatur obſcuritas, ſcribendum occurrit de particularitate, quomodo, & quare appetitus talis facit iudicium tale de fine, quod est declarare illam maximam tertij Ethic. Qualis unuſquiſq; est, talis ei finis uidetur. Sciendum est igitur, q appetitu affecto ad aliquid, puta ad uindictam, ex hoc ipſo q afficitur ad illud, duo ſimul fiunt: nã ipſo fit ipſa affectio ad uindictam, & in uindicta conſurgit relatio conuenientiæ ad talem appetitum, ita quòd uindicta incipit eſſe, & est conueniens tali appetitui, quæ prius non erat conueniens non propter mutationem in uindicta, ſed in appetitu. Cõ I ſonante autem uindicta appetitui in intellectu, conſurgit quòd ratio iudicet eam conuenientem ex hoc, q ratio mouetur ab appetitu ſic affecto. Quia enim ratio mouetur ab appetitu, fit in ratione paſſiua motio: & conſequenter, quia ab appetitu ſic affecto mouetur ratio, fit in ratione paſſiua motio conſonans illi affectioni, & ſic ab appetitu affecto fit proportionaliter rõ, ut ſubſtat appetitui tanq; affecta, & conueniens uindictæ. Et ſic, quemadmodum guſtus affectus amaritudine iudicat oĩa amara, ita ratio infecta, uel bene affecta iudicat ſecundum illã immutationem, qua ab affecto appetitu mouetur, ita q intus exiſtens, q̃d prohibet extraneum, inuenit non ſolum in iudicante ſecundũ appetitum, ſed etiam ſecundum rationem, ut ſubſtat appetitui. In cuius ſignum ratio à tali affectione aut non mota, ut accidit ſedata paſſione: aut non ſufficiẽter mota, ut accidit paſſione nõ prævalente: quamuis ſurgente, aut recte iudicat, aut à recto iu K dicio non omino declinat, ut experientia teſtatur. Et quia prudentia est in rõne, ut ſubſtat appetitui, ut ſupra diximus, ideo appetitus affectio corrumpit æſtimationem prudentiæ redundando in rationem ut eius ſubiectum, & non corrumpit æſtimationem artis, neque Geometriæ, ut dicitur in 6. Ethic. Præſentata igitur per intellectum, noviter uindicta appetitui, quia rõnalis potentia est ad utrumlibet, & determinatur à prohæreſi appetitus, ſua ſe libertate determinat ad uindictam affectando illã, & ex hoc comitatur iudicium rationis quandoq; falſum, qñ. ſ. affectio uindictæ est contra rationem rectam, & iudicat ratio ab affectu infecta uindictam ut conuenientem: & ſic ſequitur concluſio præceptiua, q fiat. hanc autem cauſam ex parte rationis ut eſt ſubiectum prudentiæ aſſignatam, adiuuant duæ aliæ cauſæ, altera ex parte obiecti, altera ex parte communis inclinationis uirium animæ. ex parte ſiquidem obiecti, quia ex ipſa appetitus immutatione conſtituitur in eſſe uero, dũ uindicta eſt uere conueniens appetitui ſic affecto. conſtat namq; intellectum

naturali-

naturaliter inclineri in uerum. Et licet ex hinc nõ fiat obiectũ cõuenieus, & ue ũ, nisi secundum quid, & ppã cõtingat errare intellectũ, iudicando uindictã conuenientẽ simpliciter, idest, sine additione, q̃ tñ non est conueniens nisi sc̃dm quid, quia appetitui sic affecto tñ: nonnullũ tñ uerũ est, uerũ sc̃dm quid, attractiuamq; participat ulm intellectus ad se, & sic affectione appetit⁹ ad uindictã, cõstituunt ipsa uindicta in esse uere cõuenienti sc̃dm qd, & apparenter consequenti simpliciter: quia appetitus aĩalis ẽ primo totius suppositi, ac p hoc consequens uere appetitui offerẽ, ut cõsequens simpliciter ipsi appetẽti &c. Ex parte uero cõis inclinationis uiꝫ ãnimæ, dũ eas experimur uidemus prõptas ad operandum consonæ affectioni prædominanti. Apparet.n.in infirmis sitientibus, quòd præsentanẽ eis oẽs aquæ, quas unquàm uiderunt. & concupiscentibus simulacra delectabiliũ ẽt importuna occurrunt, nunquàm natura induiũ sit, ut obsequiũ prædominanti affectioni, præstent aliæ uires, inter quas cõstat apprehensiuam uim esse. In cuius signũ irato absque deliberatione præsentatur statim uindicta, seu punitio tanquàm cõueniens. Sic ergo sit, ut qualis unusquisq; est, talis ei uideatur finis: & sic appetitus corrũpit æstimationẽ prudẽtiæ.

¶3 Præt. Prudentia est uirtus bene cõsiliatiua, ut dr̃ i 6. Ethi.* sed multi bñ cõsiliant, qbus tñ uirtutes morales desunt. ergo prudẽtia põt eẽ sine uirtute morali.

Sed contra. Velle malũ facere opponit directe uirtuti morali, nõ aũt opponit alicui, qđ sine uirtute morali eẽ põt: opponit aũt prudẽtiæ, quòd uolens peccet, ut dr̃ i 6. Ethi.* ñ ergo prudẽtia põt esse sine uirtute morali.

Resp. Dicẽdũ, quòd aliæ uirtutes itellectuales sine uirtute morali esse possunt: sed prudẽtia sine uirtute morali esse nõ põt. cuius ratio est: quia prudẽtia est recta ratio agibiliũ, nõ aũt solũ in uniuersali, sed ẽt in particulari, in quib. sunt actiones: recta aũt ratio pexigit principia, ex quib. ratio procedit. oportet aũt rõnem circa particularia pcedere nõ solũ ex principijs uniuersalib. sed ẽt ex principijs particularib. Circa principia quidẽ uniuersalia agibilium, hõ recte se hẽt p naturalem intellectum principiorũ, p quem hõ cognoscit, quòd nullũ malum est agendũ, vel ẽt p aliquam scientiã practicã: sed hoc non sufficit ad recte ratiocinandũ circa particularia. Contingit.n. qñq; quòd hmõi uniuersale principium cognitum p intellectum, uel scientiã corrũpitur in particulari per aliquã passionẽ: sicut concupiscẽti, qñ concupiscentia uincit, vr̃ hoc esse bonũ qđ concupiscit, licet sit cõtra uniuersale iudicium rõnis. Et iõ sicut hõ disponitur ad recte se habendũ circa principia uniuersalia p intellectum naturalem, uel p habitũ scientiæ: ita ad hoc quòd recte se habeat circa principia particularia agibiliũ, quæ sunt fines, oportet quòd perficiatur per aliquos habitus, sm̃ quos fiat quodãmodo hoĩ connaturale recte iudicare de fine, & hoc fit per uirtutem moralem. Virtuosus enim recte iudicat de fine uirtutis: quia qualis unusquisq; est, talis finis uidetur ei, ut dicitur in 3. Eth.* & ideo ad rectam rationem agibilium, quæ est prudentia, requiritur quòd homo habeat uirtutem moralem.

Ad primum ergo dicendum, quòd ratio sc̃dm qđ est apprehensiua finis, præcedit appetitum finis: sed appetitus finis præcedit rõnem ratiocinantem ad eligẽdũ ea, q̃ sunt ad finem, qđ pertinet ad prudentiam: sicut ẽt in speculatiuis, intellectus principiorum est principium rationis syllogizantis.

Ad 2m dicendum, quòd principia artificialium non dijudicantur à nobis bene, uel male sc̃dm dispositionem appetitus nostri, sicut fines, qui sunt moralium principia, sed solum per considerationem rõnis: & ideo ars non requirit uirtutem perficientem appetitum, sicut requirit prudentia.

Ad 3m dicendum, quòd prudentia nõ solũ est bene consiliatiua, sed ẽt bene iudicatiua, & bene pceptiua, qđ esse non põt, nisi remoueatur impedimẽtum passionũ corrumpentium iudiciũ, & præceptũ prudentiæ, & hoc per uirtutem moralem.

*Ca. 9. to. 5.
*Ca. 9. circa fin. to. 5.
concl.
*Ca. 4. to. 5.

QVAESTIO LIX.

De distinctione uirtutum moralium secundum comparationem ad passionem, in quinque articulos diuisa.

Deinda cõsiderandũ est de distinctione moraliũ uirtutum adinuicem.

Et quia uirtutes morales, q̃ sunt circa passiones, distinguunt sm̃ diuersitatẽ passionum, oportet primo considerare in communi comparationẽ uirtutis ad passionem. Secũdo distinctionẽ moraliũ uirtutum sm̃ passiones.

Circa primum quæruntur quinque.

¶ Primo, Vtrum uirtus moralis sit passio.

¶ Scd̃o, Vtrũ uirtus moralis possit esse cũ passione.

¶ Tertio, Vtrum possit esse cum tristitia.

¶ Quarto, Vtrũ oĩs uirt⁹ moralis sit circa passiones.

¶ Quinto, Vtrum aliqua uirtus moralis possit esse sine passione.

SVPER QVAEST. LIX.

In tota q. 59. nihil scribendũ occurrit, nisi in 1. art. in rñsione ad primum monere, quòd uirtus moralis materiam suã, puta, passiones, uel operationes eligit sc̃dm quosdam limites, sub quibus formã medij suscipiunt: & ppea in litera dr̃, quòd uirtus moralis non est sc̃dm essentiam media inter passiones, sed sc̃dm effectum: quia s. inter passiones cõstituit medium, eligendo eas in illa quãtitate &c. quã in medio sc̃dm rationem constituuntur. hoc enim effectus uirtutis moralis est.

ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrum uirtus moralis sit passio.

Medina art. 1.

Ad primum sic proceditr̃. Videtur quòd uirtus moralis sit passio. Medium.n. est eiusdem generis cum extremis. sed uirtus moralis est medium inter passiones. ergo uirtus moralis est passio.

¶2 Præt. Virtus, & uitiũ, cũ sint contraria, sunt in eodẽ genere: sed q̃dã passiones uitia esse dicunt, ut inuidia, & ira. ergo ẽt q̃dã passiones sunt uirtutes.

¶3 Præt. Misericordia, quædã passio est: est enim tristitia de alienis malis, ut supra dictũ est.* hãc autem Cicero locutor egregius, nõ dubitabit appellare uirtutem, ut Aug. dicit in 9. de ciuita. Dei.† ergo passio potest esse uirtus moralis.

Sed contra est, quod dr̃ in 2. Ethicor.* quòd passiones neque uirtutes sunt, neq; malitiæ.

Respon. Dicendum, quòd uirtus moralis non põt esse passio: & hoc patet triplici ratione. Primo quidem, quia passio est motus quidam appetitus sensitiui, ut supra dictum est:* uirtus aũt moralis nõ est motus aliquis, sed magis principium appetitiui motus, habitus quidã existens. Secundo, quia passiones ex seipsis non habent rõnem boni, uel mali. Bonum enim, uel malũ hominis est secundum rõnem. unde passiones secundũ se consideratæ se habẽt: & ad bo-

101 Porrecta. per totum 3. dis. 23. q. 1. art. 3. q. 2.
*q. 35. ar. 8.
†Ca. 5. circa mediũ to. 5.
*Ca. 5. to. 5.
concl.
*q. 22. ar. 3.

ad bonũ, & ad malũ, ſm quod pñt conuenire rõni, F uel nõ couenire: nihil aũt tale põt eſſe virtus, cum virtus ſolũ ad bonũ ſe habeat, vt s̃. dictum eſt.* Tertio, quia dato ꝙ aliqua paſſio ſe habeat ad bonum ſolũ, uel ad malũ ſolum ſm aliquẽ modũ: tñ motus paſſionis inquantũ paſſio eſt, principiũ hẽt in ipſo appetitu, & terminũ in rõne, in cuius ꝯformitatẽ appetitus tẽdit. motus aũt uirtutis eſt econuerſo, principiũ hñs in rõne, & terminũ in appetitu, ſm qđ à rõne mouet. vñ in diffinitione uirtutis moralis dr̃ in 2. Eth.* ꝙ eſt habitus electiuus in medietate ꝯſiſtẽs, determinata rõne, ꝓut ſapiẽs determinabit.

*q. 55. a. 1.

*cap. 6. e med. to. 5.

AD PRIMVM ergo dicendũ eſt, ꝙ uirtus ſm ſuam G eſſentiã, nõ eſt mediũ inter paſſiones, ſed ſm ſuum effectum, quia ſ. inter paſſiones medium conſtituit.

AD 2m dicendum, ꝙ ſi vitiũ dicatur habitus, ſm quẽ quis male operatur, manifeſtũ eſt ꝙ nulla paſſio eſt uitiũ. ſi uero dicat̃ uitiũ pctm̃, ꝙ eſt actus uitioſus, ſic nihil prohibet paſſionẽ eſſe uitiũ, & ecõtrario cõcurrere ad actũ uirtutis, ſm qđ paſſio, uel contrariatur rationi, uel ſequitur actum rationis.

AD 3m dicendum, ꝙ miſericordia dr̃ eſſe uirtus, idest, uirtutis actus, ſm quod motus ille animi rõni ſeruit, qñ. ſ. ita præbet̃ miſericordia, ut iuſtitia conſeruetur, ſiue cũ indigenti tribuit̃, ſiue cũ ignoſcit̃ H pœnitenti, ut Aug. dicit ibidẽ.* ſi tñ miſericordia dicatur aliquis habitus, quo hõ perficit̃ ad rõnabiliter miſerẽdũ, nihil prohibet miſericordiã ſic dictã, eſſe uirtutẽ. Et eadẽ eſt rõ de ſimilibus paſſionibus.

*lib. 9. de ciu. Dei, cap. 5. in me. to. 5.

ARTICVLVS II.

Vtrum virtus moralis poſſit eſſe cum paſſione.

102 *Porrecta per totum.* 1. q. 95. a. 2. ad 2. Et 2. 2. q. 58. a. 9. Et 4. diſt. 14. q. 1. ar. 1. q. 2. ad 3.

Medina art. 2.

AD SECVNDVM ſic proceditur. Vr̃ ꝙ virtus moralis cũ paſſione eſſe nõ poſſit. Dicit. n. Philoſ. in 4. Top.* ꝙ mitis eſt, qui h nõ patit̃, patiẽs aũt, qui patit̃, & nõ deducit̃: & eadẽ rõ eſt de oĩbus uirtutibus moralib. ergo oĩs uirtus moralis ẽ ſine paſſiõe.

¶2 Præt. Virtus eſt quædã recta habitudo animę, ſicut ſanitas corporis, ut dr̃ in 7. Phyſ.† vnde h virtus quædã ſanitas animæ eſſe vr̃, vt Tullius dicit in 4. de Tuſcul. quæſt. ● Paſſiones h aũt animæ dicuntur morbi quidã animæ, ut in eodem lib. Tullius dicit.† Sanitas autem non compatitur ſecum morbum. ergo neq; uirtus compatitur animæ paſſionem.

*li. 4 Topi. c. 5. parũ a prin cipio. †li. 7. Phyſic. text. 17. to. 2. *lib. 4. in fol. 6. e prin. lib. †lib. 4. in fol. 5. a pr. n. li. 6. in ſequẽ.

¶3 Præt. Virtus moralis requirit perfectum vſum rõnis etiam in particularibus: ſed hic etiam impedit̃ ꝑ paſſiones. dicit. n. Philoſ. in 6. Eth.* ꝙ delectationes corrumpunt exiſtimationẽ prudentiæ. & Saluſtius dicit in Catilinario, † ꝙ non facile uerum perſpicit K animus, ubi illa officiunt, ſcilicet animi paſſiones. uirtus ergo moralis non poteſt eſſe cum paſſione.

*li. 6. Eth. ca. 5. poſt medium to. 5. †in coniur. Catilinæ ſtatu. Cæſa. orat. o. c. principium.

SED CONTRA eſt, qđ Aug. dicit, in 14 de ciui. Dei. ● Si ꝑuerſa eſt uoluntas, ꝑuerſos habebit hos motus. ſ. paſſionũ: ſi aũt recta eſt, nõ ſolũ inculpabiles, uerũ etiam laudabiles erunt: ſed nullũ laudabile excluditur per uirtutem moralem. uirtus ergo moralis non excludit paſſiones, ſed poteſt eſſe cum ipſis.

*li. 14. de ciuit Dei ca. 6. & 9. to. 5.

RESP. Dicẽdum, ꝙ circa hoc fuit diſcordia inter Stoicos, & Peripateticos, ſicut Aug. dicit 9. de ciui. Dei.* Stoici enim poſuerunt, ꝙ paſſiones animæ non pñt eſſe in ſapiẽte, ſiue uirtuoſo: Peripatetici uero, quorũ ſectã Ariſt. inſtituit, ut Aug. dicit in 9. de ciuit. Dei.* poſuerunt, ꝙ paſſiones ſimul cũ uirtute morali eſſe pñt, ſed ad medium reductæ. Hæc aũt diuerſitas, ſicut Aug.* ibidem dicit, magis erat ſm uerba, q̃ ſm rerum ſentẽtias. Quia. n. Stoici nõ diſtinguebant inter appetitum intellectiuum, qui eſt uolũtas, & inter appetitũ ſenſitiuũ, qui per iraſcibilẽ, & concupiſcibilẽ diuiditur, non diſtinguebant in hoc paſſiones aĩæ ab alijs affectionibus humanis, ꝙ paſſiones aĩæ ſint motus appetitus ſenſitiui: aliæ uero affectiones, quæ uõ ſunt paſſiones aĩæ, ſunt motus appetitus intellectiui, qui dr̃ uoluntas, ſicut Peripatetici diſtinxerunt: ſed ſolũ quantũ ad hoc, ꝙ paſſiones eſſe dicebant quaſcunq; affectiones rõni repugnantes, q̃ ſi ex deliberatione oriant̃, in ſapiẽte, ſeu in uirtuoſo eſſe non pñt. ſi aũt ſubito oriantur, hoc in uirtuoſo põt accidere, eo ꝙ animi uiſa, quæ appellant phantaſias, non eſt in ꝑtãte noſtra utrum aliqñ incidant aĩo: & cum ueniunt ex terribilibus rebus, neceſſe eſt ut ſapientis aĩum moueant, ita, ut paulisper, uel paueſcat metu, uel triſtitia ꝯ̃hatur tanquã his paſſionib. præuenientibus rõnis officium: nec tñ approbant iſta, eiſque cõſentiunt. ut Aug. narrat in 9.* De ciuit. Dei, ab Aulo Gell. dictũ. Si igitur paſſiones dicant̃ inordinatę affectiones, non pñt eſſe in uirtuoſo, ita ꝙ poſt deliberationem eis conſentiat̃, ut Stoici poſuerunt. Si m uero paſſiones dicant̃ quicunq; mot9 appetitus ſenſitiui, ſic pñt eſſe in uirtuoſo, ſm qđ ſunt à ratione ordinati. vnde Ariſt. dicit in 2.* Eth. ꝙ non bene quidã determinant uirtutes impaſſibilitates quaſdã, & quietes, qm̃ ſimpliciter dicunt: ſed deberent dicere, ꝙ ſunt quietes à paſſionibus, quę ſunt ut non oportet, & quando non oportet.

*eod. lib. 9. c. 4. nõ pc. o pri. op. to. 5. *loco nũc dicto ante mediũ cap.

*ca. 4. ante mediũ to. 5.

*eod. in

*ca. 3 parũ ante med. t. 5.

AD PRIMVM ergo dicendũ, ꝙ Philoſophus exemplum illud inducit, ſicut & multa alia in libris logicalibus, non ſm opinionem propriam, ſed ſcd̃m I opinionem aliorum. Hæc aũt fuit opinio Stoicorum, ꝙ uirtutes eſſent ſine paſſionibus animæ, quã Philoſophus excludit in 2.* Ethic. dicens, Virtutes non eſſe impaſſibilitates. Poteſt tamen dici, ꝙ cum dicitur, quòd mitis non patitur, intelligendum eſt ſecundum paſſionem inordinatam.

*c. 3. to. 5

AD 2m dicendũ, ꝙ ratio illa, & omnes ſimiles, quas * Tullius ad hoc inducit in libro de Tuſculanis quęſtionibus, procedit de paſſionibus ſecundũ quod ſignificant inordinatas affectiones.

*li. 4. fol. 5. a pri. lib. & inf.

AD 3m dicendũ, ꝙ paſſio pręueniens iudicium rõnis, ſi in animo pręualeat ut ei conſentiatur, impedit conſiliũ, & iudiciũ rationis: ſi uero ſequatur quaſi ex ratione imperata, adiuuat ad exequendũ imperium rationis

ARTICVLVS III.

Vtrum virtus moralis poſſit eſſe cum triſtitia.

Medina art. 3.

AD TERTIVM ſic proceditur. Videt̃ ꝙ uirtus cum triſtitia eſſe nõ poſſit. Virtutes. n. ſunt ſapientię effectus, ſm illud Sapien. 8. Sobrietatẽ, & iuſtitiam docet, ſcilicet diuina ſapientia, prudentiã, & uirtutẽ: ſed ſapientię ꝯuictus nõ hẽt h amaritudinẽ, ut poſtea ſubdit̃. ergo nec uirtutes cũ triſtitia eẽ pñt.

103 *Porrecta per totum.* 2. 2. q. 58. et 9. Et 4. d. 14. q. 1. ar. 1. q. 2. ad 3.

¶ 2 Præt.

¶ 2 Præ. Tristitia ẽ ĩpedimẽtũ operatiõis, ut patet p Philos. i 7. & 10. Eth. sed ĩpedimẽtũ bonę operationis repugnat virtuti. ergo tristitia repugnat uirtuti. *c. vl. & 10. Eth. ca. 4. & 5. to. 5.

¶ 3 Præt. Tristitia est qdã animi ægritudo, ut Tullius eam uocat in 3. de Tuscul. qõnibus: sed ægritudo aĩæ cõtrariaf uirtuti, quæ est bona aĩæ habitudo ergo tristitia ꝯriaf uirtuti, nec põt simul esse cũ ea. *li. 4. fol. 1. a princ. lib. & seq.

SED CONTRA est, quod Christus fuit perfectus virtute: sed in eo fuit tristitia. Dicit enim, ut habetur Matth. 26. Tristis est anima mea usque ad mortem. ergo tristitia potest esse cum nirtute.

RESP. Dicendũ, ꝙ sicut dicit Aug. 14. de ciu. Dei, Stoici uoluerunt ꝓ trib. pturbationib. in aio sapiẽtis esse tres eupathias, idest, tres bonas passiones, pro cupiditate. s. uoluptatẽ, ꝓ lętitia gaudiũ, ꝓ metu cautionẽ: ꝓ tristitia uero negauerũt posse aliqd esse in aio sapientis duplici rõne. Primo qdẽ, qa tristitia est de malo, qđ iã accidit: nullũ aũt malũ æstimant posse accidere sapienti. Crediderũt. n. ꝙ sicut solũ hoĩs bonũ est uirtus, bona aũt corporalia nulla bona hoĩs sunt: ita solũ inhonestũ est hoĩs malũ, qđ in virtuoso esse nõ põt. sed hoc irrationabiliter dr. Cũ. n. hõ sit ex aĩa, & corpore cõpositus, id, qđ confert ad uitã corporis cõseruandã, aliqđ bonum hoĩs est, non tamen maximum, quia eo põt homo male uti: unde, & malum huic bono cõtrariũ in sapiente esse potest, & tristitiam moderatã inducere. *li. 8. to. 5. B C

¶ Præ. Etsi uirtuosus sine graui peccato esse possit, nullus tñ inueniẽ q absq; leuib. peccatis uitã ducat, ẜm illud 1. Ioan. 1. Si dixerimus qa pc̃m nõ habemus, nosipsos seducimus. Tertio, quia virtuosus etsi pc̃m non hẽat, forte qñq; habuit, & de hoc laudabiliter dolet, ẜm illud 2. ad Corin. 8. Quæ ẜm Deũ ẽ tristitia, pęnitentiã in salutẽ stabilẽ operaf. Quarto, quia põt ẽt dolere laudabiliter de pc̃õ alteri: vñ eo mõ, quo uirtus moralis cõpatit alias passiões rõne moderatas, cõpatit ẽt tristitiã. Scđo, mouebãtur ex hoc, ꝙ tristitia est de pñti malo, timor aũt de malo futuro: sicut delectatio de bono pñti, de siderio uero de bono futuro. Põt aũt hoc ad uirtutẽ ptinere, ꝙ aliquis bono habito fruaf, uel ñ habitũ habere desideret, uel ꝙ ẽt malũ futurũ caueat: sed ꝙ malo pñti aĩus hoĩs substernaf, qđ fit p tristitiã, oĩno vř cõtrariũ rõni, vñ cũ uirtute eẽ ñ põt. Sed hoc irrationabiliter dr. Est. n. aliqđ malũ qđ põt esse uirtuoso pñs, ut dictũ est, qđ quidẽ malũ rõ detestaf. vñ appetitus sensitiuus in hoc sequitur detestationẽ rõnis, ꝙ de hmõi malo tristatur, moderate tñ ẜm rõnis iudiciũ. hoc aũt ptinet ad uirtutẽ, ut appetit sensitiu rõni cõformet, ut dictũ ẽ: uñ ad uirtutẽ ptinet, ꝙ tristet moderate in qb. tristãdũ ẽ, sicut et Philos. dicit in 2. Eth. & hoc et utile est ad fugiendũ mala. Sicut enim bona pp delectationem promptius qruntur, ita mala pp tristitiam fortius fugiunt. Sic igitur dicendũ est, quòd tristitia de his, q conueniunt uirtuti, nõ põt simul esse cũ uirtute: qa virtus in proprijs delectaf, sed de his, q quocunque modo repugnant uirtuti, uirtus moderate tristat. D *ar. pced. E *ar. 1. huius q. *cap. 6. & 7. to. 5. concl. m

AD PRIMVM ergo dicendũ, ꝙ ex illa authoritate habetur, ꝙ de sapientia sapiens nõ tristatur, tristatur tamen de his, quæ sunt impeditiua sapiẽtiæ: & ideo in beatis, in quibus nullum impedimentum sapientiæ esse potest, tristitia locum non habet. A

AD 2m dicendum, ꝙ tristitia impedit operationem de qua tristamur, sed adiuuat ad ea promptius exequenda, per quæ tristitia fugitur.

AD 3m dicẽdũ, ꝙ tristitia immoderata ẽ aĩę ęgritudo, tristitia aũt moderata ad bonã habitudinem animæ pertinet secundum statum præsentis uitæ.

ARTICVLVS IIII.

Vtrum omnis virtus moralis sit circa passiones.

Medina artic. 4.

AD QVARTVM sic procedit. Videtur ꝙ oĩs uirtus moralis sit circa passiones. Dicit enim Philosophus in 2. Eth. quòd circa uoluptates, & tristitias est moralis uirtus: sed delectatio, & tristitia sunt passiones, vt supra dictum est. ergo omnis uirtus moralis est circa passiones. 304 Porrecta per totum. *inf. q. 60. ar. 4. coc. *li. 2. Eth. c. 3. t. 5. †q. 31. ar. 1. & q. 35. art. 1.

2 ¶ Præt. Rationale per participationẽ est subiectũ moraliũ uirtutum, ut dr in 1. Ethic. sed hmõi pars aĩæ est in qua sunt passiones, ut supra dictũ est. ergo omnis uirtus moralis est circa passiones. *c. vl. t. 5. †q. 22. ar. 3.

¶ 3 Præt. In omni uirtute morali est inuenire aliq passionem. aut ergo oẽs sunt circa passiones, aut nulla: sed aliquæ sunt circa passiones, ut fortitudo, & temperantia, ut dicitur in 3. Eth. ergo omnes virtutes morales sunt circa passiones. *c. 6. & 10. to. 5.

SED CONTRA est, ꝙ iustitia, quę est uirtus moralis, non est circa passiones, ut dicitur in 5. Ethi. *ex principio lib. 4. capitulis eli citur.

RESP. Dicendũ, ꝙ uirtus moralis pficit appetitiuã partẽ aĩæ ordinado ipsam in bonũ rõnis. Est aũt rõnis bonũ id, qđ est ẜm rõnẽ moderatũ, seu ordinatũ: unde circa oẽ id, qđ contingit rõne ordinari, & moderari, cõtingit esse uirtutẽ moralẽ. rõ aũt ordinat nõ solũ passiones appetit sensitiui, sed ẽt ordinat operationes appetit intellectiui, q est uoluntas, q nõ est subiectũ passionis, ut supra dictũ ẽ: & iõ non oĩs uirtus moralis est circa passiones, sed q̃dam circa passiones, quædam circa operationes. D *q. 22. ar. 1. concl. m

AD PRIMVM ergo dicendum, ꝙ non oĩs uirt moralis est circa delectationes, & tristitias, sicut circa ꝓpriã materiã: sed sicut circa aliquid qđ sequitur ꝓprium actum. Omnis. n. uirtuosus delectatur in actu uirtutis, & tristatur in ꝯrio, unde Philosophus post præmissa uerba subdit, ꝙ si uirtutes sunt circa act & passiões, omni ãt passioni, & omni actui sequit delectatio, & tristitia, pp hoc uirt erit circa delectationes, & tristitias, s. sicut circa aliquid consequens. *li. 2. Eth. c. 3. a bõiõ ge a princ. to. 5.

AD 2m dicẽdum, ꝙ rõnale p participationẽ nõ solũ est appetit sensitiuus, q est subiectũ passionũ, sed ẽt uoluntas in qua nõ sunt passiões, ut dictũ ẽ. D 1199. *in corp. art.

AD 3m dicendũ, ꝙ in quibusdã uirtutib. sunt passiones sicut ꝓpria materia, in quibusdã aũt non. unde non est eadẽ ratio de omnibus, ut infra ostendet. *q. 60. ar. 2.

ARTICVLVS V.

Vtrum aliqua virtus moralis possit esse absque passione.

Medina artic. 5.

AD QVINTVM sic proceditur. Videtur ꝙ uirt moralis possit esse absque passione. Quanto enim uirtus moralis est perfectior, tanto magis superat passiones. ergo in suo perfectissimo esse est omnino absque passionibus. 305 Porrecta per totum. p. l. q. 6o. In 2. sec.

¶2 Præt. Tunc vnumquodque est perfectum, qñ est remotũ a suo contrario, & ab his, q̃ ad contrarium inclinãt: sed passiones inclinant ad pc̃m, qđ uirtuti ɔ̃riatur, unde Rom. 7. nominantur passiones peccatorum. ergo pfecta uirtus est oĩno absq; passiõe.

¶3 Præt. Secundũ uirtutẽ Deo cõformamur, ut patet per Aug. in lib. de Moribus* Ecclesiæ: sed Deus omnia operatur sine passione. ergo uirtus perfectissima est absque omni passione. *Li. 1. de Morib. ecclesiæ c. 6. & 11. t. 1.

Sed contra est, q̃ nullus iustus est, qui non gaudet iusta operatione, ut dicitur in 1.* Eth. sed gaudiũ est passio. ergo iustitia non potest esse fine passione, & multo minus aliæ virtutes. *c. 8. non longe añ fin. t. 5.

Resp. Dicẽdũ, q̃ passiones dicamus inordinatas affectiones, sicut Stoici posuerunt, sic manifestũ est, q̃ uirtus pfecta est sine passionib. si uero passiones dicamus oẽs motus appetit⁹ sensitiui, sic planũ est, q̃ virtutes morales, q̃ sunt circa passiões, sicut circa ꝓpriã materiã, sine passionib. esse nõ possunt (concl.) cuius rõ est: q̃a sm̃ hoc sequeret, q̃ uirtus moralis faceret appetitũ sensitiuũ oĩno otiosum. Non aũt ad uirtutẽ ptinet, q̃ ea, q̃ sunt subiecta rõni, à proprijs actib. uacent: sed q̃ exequant imperiũ rõnis ꝓprios act⁹ agendo. unde sicut uirtus mẽbra corporis ordinat ad actus exteriores debitos, ita appetitũ sensitiuũ ad mot⁹ ꝓprios ordinatos. Virtutes uero morales, q̃ non sunt circa passiões, sed circa operationes, possunt esse sine passionib. & hmõi uirt⁹ est iustitia, q̃a p eã applicatur uoluntas ad ꝓpriũ actũ q non ẽ passio: sed tñ ad actũ iustitię sequit gaudiũ ad min⁹ in uolũtate, qđ nõ est passio. & si hoc gaudiũ multiplicet p iustitię perfectionẽ, fiet gaudij redundantia usq; ad appetitũ sensitiuũ, sm̃ quod uires inferiores sequunt motũ superiorum, ut* supra dictũ est: & sic per redundantiã hmõi quanto magis fuerit perfectior, tanto magis passionem cãt. *q. 17. ar. 7. & q. 24. ar. 3. concl.

Ad primum ergo dicẽdũ, quòd uirtus, passiones inordinatas superat, moderatas autem producit.

Ad 2m dicendũ, q̃ passiones inordinatæ inducunt ad peccandum, non autem si sunt moderatæ.

Ad 3m dicendũ, q̃ bonum in unoquoque cõsideratur sm̃ conditionem suæ naturæ: in Deo autẽ & angelis non est appetitus sensitiu⁹, sicut in hoie. & iõ bona operatio Dei, & Angeli est oĩno sine passiõe, sicut, & sine corpore: bona aũt operatio hoĩs est cum passione, sicut, & cũ corporis ministerio.

QVAESTIO LX.

De distinctione virtutũ moraliũ ad inuicem, in quinque articulos diuisa.

Deinde cõsiderandũ est de distinctiõe virtutum moralium adinuicem.

Et circa hoc quæruntur quinq;.

¶ Primo, Vtrum sit tantum una virtus moralis.

¶ Secundo, Vtrũ distinguant virtutes morales, quæ sunt circa operationes, ab his, quæ sunt circa passiones.

¶ Tertio, Vtrũ circa operatiões sit una tm̃ moralis uirtus.

¶ Quarto, Vtrum circa diuersas passiones sint diuersæ morales uirtutes.

¶ Quinto, Vtrũ virtutes morales distinguantur secundum diuersa obiecta passionum.

Articulvs primvs.

Vtrum sit vna tantum virtus moralis.

Ad primvm sic proceditur. Vr q̃ sit una tm̃ moralis virtus. Sicut.n. in actib. moralibus directio ptinet ad rõnẽ, q̃ est subiectũ intellectualiũ uirtutum, ita inclinatio ptinet ad vim appetitiuã, q̃ est subiectum moraliũ uirtutũ: sed una est intellectualis uirtus dirigens in oĩbus moralib. actibus, s. prudentia. ergo etiam una tm̃ est moralis uirtus inclinans in omnibus moralibus actibus.

¶2 Præt. Habit⁹ non distinguũtur sm̃ materialia obiecta, sed scd̃m formales rõnes obiectorum: formalis aũt rõ boni ad qđ ordinat uirt⁹ moralis, est unũ, s. modus rationis. ergo uidetur q̃ sit una tantum moralis uirtus.

rũ, circulationes promittunt longã uitam astrologus diceret ui cturum dixerit. uterque n. s̃m cãs ꝓprias iudicium uerum protulit, & hoc pacto accidit in proposito: qm̃ de uirtutib. moralib⁹ acquisitis si sedm humanas causas iudiciũ fiat, dicuntur, & sunt inter maxima bona hominis, & simpliciter uirtutes, & hoc spectat ad moralem. Si autem de eisdem iudicandũ sit secũdũ supernaturales, & diuinas cãs, sic sunt & dicuntur uirtutes secundum quid, & hoc spectat ad theologũ. Vnde si non uis i hac re errare, aut despici tanquã uoluntarius creator uirtutũ, attende de quo habitu accin-ctus, naturali .s. an diuino de his loquatur & in quolibet uenerare ueritatem ẽt absolute prolatã: quia sub intelligitur in qualibet arte, & scia, quod gaudeat propriis. Secundo aduerte, quòd sicut prudẽtia acquisita pendet a uirtutib. moralibus, tanquã a proximis principiis stabiliẽtib. proximum prudentiæ finem, & ab appetitu naturali felicitatis, tanquã a primo principio stabiliẽ ultimum finẽ humanum: ita prudentia supernaturalis dependet a moralib. infusis tanquam a proximis principiis fines proximos supnaturales afferentib & a charitate tanquã a primo principio ultimũ supernaturalẽ finem in appetitu firmante. Tertio aduerte, ꝙ hic author ponit uirtutes morales acquisitas in Gentilibus multis, et eum inferius de necessitate gratiæ ad opera moraliter perfecta, & de actionib. infideliũ erit sermo, nooertes potando, qđ hic sermo fuerit de uirtutibus s̃m se, & non in natura lapsa. Quãuis .n. præsens sermo sit de uirtutibus secũdũ se, quia tamen author ipse expresse applicat eum ad Gentiles sine charitate, oportet hãc sustinere doctrinã ẽt in natura infirma, qualis fuit in Gentilibus huiusmodi.

*q. 63. a. 2. & 2.

concl. m.

concl. p. *ar. 1. ho. q. & q. 58. ar. 4.

Hf ad Ro. 14. in glo. ord. sumitus ex li. sen. q̃ sũt ex Aug. decerptæ. c. 106. to. 3.

---

svper qvæs. LXV.

ART. III.

Medina ar. 3.

IN ar. 3. eiusdem q. 65. nihil occurrit scribendum, nisi ꝙ hic uer. de connexione adiuuat illum de necessitate earundem moralium infusarũ cum sequenti, & econuerso, ut in q. 63. superius patet, &c.

in cor. ar.

330 porrecta per totum. Vir. q. 1. a. 10. ad 4. & q. 2. art. 3. ad 8. & q. 5. a. 2. cor. Quol. 12 a. 23. f.

C. 1. s pil. co. 5.

*C. 1. & 2. post med to. 5. idẽ habet Aug. ser. 3 dominic. 4. post 8. epiph qu est ser. 46. de temp. Id ẽt hẽ li. de lau. chari. c. 1. to. 10. & i trac. de 4. uirt. to. 9. concl. m.

beret, nõ sequeret̃ actio pfecta si instr̃m non esset bene dispositum. unde oportet ad hoc ꝙ hõ bene operet̃ in his, quæ sunt ad finem, ꝙ non solum habeat uirtutem, qua bene se habeat circa finẽ, sed ẽt uirtutes, quibus bñ se habeat circa ea, quę sunt ad finẽ. Nã uirtus, q̃ est circa finẽ, se hẽt ut principalis, & motiua respectu earũ, quæ sunt ad finẽ: & iõ cum charitate necesse est ẽt hẽre alias uirtutes morales.

AD 2m dicendum, ꝙ qñque contingit, ꝙ aliquis hñs habitum, patit̃ difficultatem in operando, & p consequens non sentit delectationem, & cõplacentiã in actu pp aliquod impedimentum extrinsecus supueniẽs sicut ille qui habet habitũ scientiæ, patit̃ difficultatem in intelligendo pp somnolentiã, uel aliquam infirmitatem. Et similiter habitus moraliũ uirtutũ infusarum patiunt̃ interdum difficultatem in operando pp aliquas dispositiones ꝯrias pcedentibus, actibus relictas, q̃ quidẽ difficultas non ita accidit in uirtutibus moralibus acquisitis: qa p exercitium actuũ quo acquirunt̃, tollunt̃ ẽt contrariæ dispositiones.

AD 3m dicendũ, ꝙ aliqui sancti dicunt̃ aliquas uirtutes non habere, inquantum patiunt̃ difficultatem in actibus earum rõne iam dicta, * quamuis habitus omnium uirtutum habeant.

ARTICVLVS IIII.

Vtrum fides & spes possint esse sine charitate.

AD QVARTVM sic procedit̃. Vr̃ ꝙ fides & spes nunquã sint sine charitate. Cum enim sint uirtutes theologicę [h] digniores esse uidentur uirtutibus moralibus etiam infusis: sed uirtutes morales infusæ non possunt esse sine charitate. ergo neque fides, & spes.

¶ 2 Præt. Nullus credit nisi uolẽs ut Aug. dicit sup Ioan. * sed charitas est in uoluntate sicut pfectio eius, ut s̃. dictum. † ergo fides non põt esse sine charitate.

¶ 3 Præt. Augu. dicit in Enchiridio * ꝙ [h] spes sine amore esse nõ põt: amor autem est charitas de hoc. n. amore ibi loquitur. ergo spes nõ põt esse sine charitate.

SED CONTRA est, quod Matthæi 1. dicitur in gloss. * ꝙ fides generat spem, spes uero charitatem: sed generans est prius generato, & potest esse sine eo. ergo fides potest esse sine spe, & spes sine charitate.

RESPON. Dicendũ, ꝙ fides & spes, sicut, & uirtutes morales, dupliciter considerari possunt. Vno mõ s̃m inchoationẽ quandã: alio modo s̃m pfectum esse uirtutis. Cum. n. uirtus ordinet̃ ad bonum opus agendum, uirtus quidem perfecta dicitur ex hoc, ꝙ potest in opus perfecte bonum quod quidem est dũ nõ solum bonum est, quod fit sed etiam bene fit, alioquin si bonum sit quod fit, non autem bene fiat, nõ erit perfecte bonum. vnde nec habitus, qui est talis operis principium habebit pfecte rõnem uirtutis: sicut si aliqs operetur iusta, bonum quidẽ facit, sed non erit opus perfectæ virtutis, nisi hoc bñ faciat, i. secundum electionem rectã, qđ est per prudentiam: & iõ iustitia sine prudentia non potest esse uirtus perfecta. Sic igit̃ [m] fides & spes sine charitate psũt quidẽ

*In corp. ar.

*trac. 26. in Io. aliquãtulũ a princ. to. 9.

†q. 62. ar. 1.

* Enchir. ca. 8. non procul a fine to. 3.

*glosa interlinearis ibi.

concl. m

SVPER QVÆST. LXV. ART. IIII.

Palud. 3. d. 16. q. 4. *Medina art. 4.*

IN ar. 4. eiusdem q. 65. aduerte, ꝙ hic est sermo de affirmatione, & negatione uirtutis rõne status, & nõ rõne essentiæ: qm eadẽ numero qualitas affirmat̃, & negat̃ uirtus scdm diuersa tẽpora. Intẽdit ergo author, ꝙ fides & spes sine charitate nõ sũt uirtutes, qa nõ sunt in statu uirtutis: cum charitate ãt sunt virtutes: quia sunt in statu uirtutis. Quare ãt, & quõ hoc accidat, scdm rõnem in lr̃a positã facile apparet theologis quo ad fidem de eius subiecto qđ est intellectus, nõ absolute, sed à uoluntate motus. Ex hoc. n. patet, ꝙ actus fidei. s. credere, Deo cũ non sit ab intellectu absolute, exigit necessario intellectũ motũ à uoluntate ad talẽ actũ, aliter non esset credere, nec fidei actus, ac p hoc bñ credere exigit intellectũ bñ motum a uoluntate, qđ esse nõ põt nisi uolũtas sit bñ affecta Deo, qđ est, p charitatẽ: & sic fides est in suo pfecto statu ex hoc ꝙ hẽt subiectũ, bñ dispositũ & sic est uirtus. Similiter quoq; accidit in spe: qm subiectũ eius est uolũtas affecta meritis, & ppea actus eius s. expectare beatitudinem a Deo, exigit in uolũtate meritũ, sine quo nõ esse sperare: sed hẽre merita cõtingit dupliciter. s. in intensione tm̃, & in re. Et rõ quidẽ uoluntas speret affectu tm̃ meritis in intẽsione actus qdẽ est spei, sed impfectus: si uero speret affecta meritis, in re, tunc spes est in suo pfecto an habente debitam in proprio subiecto dispositionẽ & sic est uirtus &c.

¶ In eodẽ 4. art. nota Nouitię circa illud, Credere est alicui ppria voluntate assentire, ꝙ Scot. in 15. di. 3. sen. in qõne literali nescio quo spũ duct⁹ non vult intellectum moueri à voluntate ad credendũ, sed sufficit eam non contra mouere. Affert enim, ꝙ aliter sequeretur ꝙ proposito in intellectu astra esse paria, posset uoluntas imperare credulitatem. Sed reuera experimur, ꝙ credere est uoluntarium, quàmuis æstimationes, & dubitationes ad alteram partem fiunt à persuasionibus, & apparentijs. unde obiecto sufficiente ad determinandũ intellectum ad alteram partem determinare absq; formidine alterius partis, ut obiectum fidei est, oportet uoluntate supplere mouendo intellectum ad assensum absq; formidine: alioquin fidei actus nunquàm erit, utpote carens sufficienti cã. nec inconueniat ex sola uoluntate credere astra esse paria. Sicut. n. uoluntas terminat potentiã rõnalem ad alterum cõtrariorum, ad quæ neutraliter se hẽt, ut dr̃ 9. Metaph. sic determinat intellectũ ad alterã partẽ contradictionis credendã, & sicut medicus ex solo odio determinat artẽ ad occidendũ infirmũ, ita ex solo amore alicuius quantũcunq; extranei determinat̃ quis ad credendũ id, cuius nullã hẽt rõnem.

331 Ferrecta per totum. Inf. q. 71. ar. 4. cor.

¶ In eodem 4. ar. dubium est de pportionali similitudine in lr̃a posita inter fidem ac spẽ ad charitatẽ & uirtutes morales acquisitas ad prudẽtiã. & rõ dubij est: quia, ut dictũ est hic est sermo de pfectione, & impfectione uirtutũ quo ad statum. ex hoc. n. sequit̃, aut qđ uirtutes morales sine prudentia sunt uirtutes scdm essentiã, licet nõ quoad statũ, si similitudo pportionalis tenet. Cuius tñ oppositũ dictũ est, dũ dictũ est, ꝙ sine recta rõne habitus tẽperantiæ dispositio tm̃ ad uirtutẽ esse põt aut ꝙ similitudo hic pportionalis non teneat.

¶ Ad hoc dr̃, quòd dupliciter intelligi põt, uirtutes morales sine recta rõne esse. Primo, ut sint qualitates habituantes uires aĩę ad tẽperata, ad iusta &c. absq; recta rõne omnino. Et si sic esset, hmõi habitus nõ essent uirtutes aliquo mõ, sed dispositiones ad uirtutes: quia deesset eis essentiale principiũ, ut patet ex diffinitione uirtutis. Et si in hoc sensu uerba lr̃æ suscipiãtur, tunc aut uelut exemplariter allata, aut scdm similitudinẽ aliqualẽ, puta in hoc qđ non sunt uirtutes simpliciter, sed inchoationes uirtutũ, exponenda sunt. Secũdo intelligi põt, ut tales habitus sint sine recta rõne perfecta q̃ est prudentia, & sic similitudo optime occurrit: qm qualitates habituãtes uires animæ ad temperata, ad iusta &c. secundum rectam rationem imperfectam extensiue, puta, quia adhuc non habituauit ad recte præcipiẽdum in comparationibus diuersarum materiarum, sed paulatim ad hoc tenditur, sunt uirtutes secundum essentiam, sed non perfectæ: quia non sunt in statu uirtutis, propter quod dicimus eas non esse connexas; & secundum hoc sicut hmõi uirtutes se hñt ad prudentiã, ita fides, & spes ad charitatem. utrobique enim contingit defectus status ex subtractione principij, & in dispositione subiecti. Virtutes enim morales habẽt pro subiecto appetitum, ut subest rectæ rationi perfectæ, quæ est prudentia simpliciter. & fides, & spes intellectum motum à uoluntate perfecta, & uoluntatẽ affectam meritis præsentibus, quorum utrunq; sola charitate habentur.

betur, & quoniam litera prudentiam pluries nominat: iô hic sensus eligendus ũt.
¶ In eodem 4. art. in rñsione ad primum, aduerte Nouitie, q̃ author distiguit uirtutes in eas secdm proprias rões puta fidei prudẽtiæ, tẽperantiæ &c. & in eas, ut uirtutis pfectæ rõnem hñt. Ita q̃ considerat fidẽ inquantum fides, & rursum fidem inquã tũ est simpliciter uirtus, & sic de alijs: & intendit, q̃ in hoc est diña inter fidem infusam, & prudẽtiã infusam, q̃ licet, neutra inquantum uirtus possit esse sine charitate fides tñ inquantũ fides, esse põt sine illa, quia põt habere sine illa opus suum. Saluatur.n. sine illa intellectus motus à uolũtate ad credendũ Deo secdm regulã diuinæ reuelationis, licet nõ pfecte. Prudentia aũt infusa nec inquantũ prudentia põt esse sine charitate, quia inquantum prudentia depẽdet magis ab ultimo, q̃ à finibus proximis: sicut scientia à primis principijs, & ppea sicut non põt esse sine moralibus infusis, a fortiori nõ pt esse sine charitate. Ex pdictis aũt patet, q̃ aliter se hẽt charitas ad fidẽ & spem, & aliter ad morales acquisitas. Istæ.n. non constituunt in esse uirtutis secdm essentiã, nec secdm statum p charitatẽ, aut aliquid eius: sed dũ imperant ab ea, ad superiorẽ ordinem referuntur: illæ aũt ex charitate pñtia sortiunt pfectionem statas. Propter quod Scotus in 36. d. q. 3. tenent fidem. & spem esse pfectas uirtutes sicut morales sine charitate, minus perspicaciter uidit.

*Ca. 9 to. 5.

*Ca. 6. in princ. to 5.

*In corp. ar.

SVPER Q. LXV. ART. V.

IN arti. 5. eiusdem quæst. nihil scribendum occurrit.

112 Perfecta sed tam

aliqualiter esse: pfecte autẽ uirtutis rõnem sine charitate non habent.[a] Cum.n. fidei opus sit credere Deo, credere aũt sit alicui ppria uoluntate assentire: si non debito modo uelit, nõ erit fidei opus pfectum, q̃ autẽ debito modo uelit, hoc est p charitatem, quæ pficit uoluntatem. Omnis enim rectus motus uolũtatis ex recto amore pcedit, ut Augu. dicit in 14. de ciuit. Dei.* Sic igit fides est quidẽ sine charitate, sed non pfecta uirtus: sicut tẽperantia, uel fortitudo sine prudentia. Et similiter dicendum est de spe: nã actus spei est expectare futurã beatitudinem à Deo, qui quidẽ actus pfectus est, si fiant ex meritis, q̃ quis hẽt qđ nõ põt esse sine charitate. Si aũt hoc expectet ex meritis, q̃ nondum hẽt, sed pponit in futurum acquirere, erit actus imperfectus, & hoc põt esse sine charitate & iõ fides, & spes pñt esse sine charitate: sed sine charitate pprie loquendo, uirtutes non sunt. Nã ad rõnem uirtutis ptinet, ut non solum secundum ipsam aliquod bonum operemur, sed etiam bene, ut dr̃ in 2. Ethi.*

AD PRIMVM ergo dicendũ, q̃ uirtutes morales dependent a prudentia: prudentia aũt infusa nec rõnem prudentię habere pt absq; charitate, utpote deficiente debita habitudine ad primũ principium, quod est ultimus finis. Fides aũt, & spes sm pprias rões nec a prudẽtia, nec a charitate dependent: & iõ sine charitate esse pñt, licet nõ sint uirtutes sine charitate, ut dictũ ẽ.*

AD 2[m] dicendum, q̃ ratio illa pcedit de fide, quæ habet perfectam rationem uirtutis.

AD 3[m] dicendũ, q̃ Aug. loquit ibi de spe, secundum quod aliquis expectat futurã beatitudinem p merita, quæ iam habet quod non est sine charitate.

ARTICVLVS V.

Vtrum charitas possit esse sine fide & spe.

AD QVINTVM sic proceditur. Videt, q̃ charitas possit esse sine fide & spe. Charitas enim est amor[b] Dei: sed Deus potest a nobis amari naturaliter, etia non præsupposita fide, uel spe futuræ beatitudinis. ergo charitas potest esse sine fide & spe.

¶ 2 Præt. Charitas est[b] radix omnium uirtutum, sm illud Ephes. 3. In charitate radicati & fundati: sed radix aliquando est sine ramis. ergo charitas potest esse aliquando sine fide, & spe, & alijs uirtutibus.

¶ 3 Præt. In Christo fuit[b] pfecta charitas: & ipse tñ nõ habuit fidẽ, & spẽ, qa fuit pfectus cõprehẽsor, ut ĩ dicet.* ergo charitas põt esse sine fide & spe.

SED CONTRA est, q̃ Apostolus dicit Heb. 11. Sine fide impossibile est placere Deo, quod maxime ptinẽt ad charitatem, ut patet sm illud Prouerb. 8. Ego diligentes me, diligo. Spes eti ãest, quæ intro ducit ad charitatẽ, ut ĩ dictum est.* ergo charitas non potest haberi sine fide, & spe.

*par. 3. q. 7. ar. 3. & 4. & q. 9. ar. 2. & q. 15. ar. 10.

*q. 62. ar 4.

RESPON. Dicendũ, q̃ charitas non solum significat amorem Dei, sed ẽt amicitiam quandam ad ipsum, quæ quidem sup amorem addit mutuam redamationem cum quadam cõicatione mutua, ut dr̃ in 8. Eth.* Et q̃ hoc ad charitatem ptineat, patet p id quod dr̃ 1. Ioã. 4. Qui manet in charitate, in Deo manet, & Deus in eo. Et 1. ad Corinth. 1. dr̃. Fidelis Deus, p quem uocati estis in societatem filij eius. Hæc autem societas hominis ad Deum, quæ est q̃dam familiaris conuersatio cum ipso, inchoat quidem hic in pñti p gratiam, pficiet autem in futuro p gloriam, quorum utrunq; fide, & spe tenetur. Vnde sicut aliquis non posset cum aliquo amicitiã habere, si discrederet, uel desperaret se posse habere aliquam societatem, uel familiarem conuersationem cum ipso: ita aliquis non põt habere amicitiã ad Deum, quę est charitas, nisi fidem habeat, p quã credat hmõi societatem, & conuersationem hominis cũ Deo, & speret se ad hanc societatẽ ptinere: & sic[m] charitas sine fide, & spe nullo mõ esse pt.[a]

*Ca. 2 & 3. to. 5.

AD PRIMVM ergo dicendũ, q̃ charitas no est qualiscunq; amor Dei, sed amor Dei, quo diligiẽ ut beatitudinis obiectũ, ad qđ ordinamur p fidẽ & spẽ.

AD 2[m] dicendum, q̃ caharitas est radix fidei, & spei, inquãtũ dat eis pfectionẽ uirtutis: sed fides, & spes sm rõnẽ ppriã psupponunt ad charitatem, ut ĩ. dictum est, * & sic charitas sine eis esse non põt.

*q. 62. ar. 4.

AD 3[m] dicendũ, q̃ Christo defuit fides, & spes, pp id qđ est aliquid imperfectionis in eis: sed loco fidei habuit apertã uisionem: & loco spei, plenãm comprehẽsionem, & sic fuit pfecta charitas in eo.

QVAESTIO LXVI.

De æqualitate virtutum, in sex articulos diuisa.

DEINDE considerandum est de æqualitate uirtutũ. ET Circa hoc quęruntur sex.

¶ Primo, Vtrum uirtus possit esse maior, uel minor.

¶ Secundo, Vtrum omnes uirtutes simul in eodem existentes sint æquales.

¶ Tertio, De cõparatione uirtutũ moraliũ ad intellectuales.

¶ Quarto, De cõparatione uirtutum moralium adinuicem.

¶ Quito, De cõparatione uirtu-

SVPER Q. LXVI. ART. I.

Medina ar. 1.

IN titulo primi ar. q. 66. memento, q̃ cũ aliquis habitus dicãtur uirtutes secdm qđ ni de uirtutibus intellectualibus ĩ q. 56. & theologicis informibus in q. pcedente dictũ est, & aliq simpliciter ut charitas, & uirtutes cardinales, ac morales oẽs infusę & acq̃sitæ, & totus articuli sermo circa hæc versetur, consequens est ut pñs titulus de uirtutibus

uirtutib. simpliciter accipiatur. Et confirmatur hoc, quia in lra uirt⁹ distinguitur cōtra scientiam & artē. ¶In corpore eiusdem primi articuli, nota primo, q istæ cōparationes in ista posite, inter prudēt. & &c. habebunt in hac eadē quæstione proprios articulos, & iō ibi examinādos relinquo. Nota secūdo, q author loquitur de uirtute pfecta scdm statum, quę sola dicitur simpliciter uirtus, cum negat eā posse intēdi scdm se, qd est intendi p extēsionem ad plura nunc q̄ prius, ut superius declarauimus diffuse. Et hinc manifeste habes, q de intentione authoris est doctrina dicta de cōnexione. s. q uirtus pficit in ppria materia, & iā cōnexa illis materijs. Si enim nō esset hoc, iam posset extēdi, ad quę prius non se extēdebat. Nota tertio, q hinc habetur differentiam quandā inter uirtutes intellectuales, & morales in hoc, q illę ēt imperfectæ scdm statū dicūt uirtutes: istæ aūt nisi sint scdm statum perfectæ, non dicūtur uirtutes. Dr. n. in lrā, q scientia & ars nō semper extendunt se ad oia sua: uirtus aūt ad oia sua se extendit. Et in pmptu cā huius est, q.s. minus exigitur ad cōstituēdū imperfectū, q̄ pfectū: uirtutes aūt intellectuales imperfectę habēt rōnem uirtutis nō em̄ sunt uirtutes nisi secundū qd: morales aūt hēnt pfecte rōnē uirtutis, ut patet ex iā pdictis. Nota quatuor cās in lra augmēti intēsiui uirtutum. s. consuetudinē, naturalē inclinationem, iudicium pspicacius, & grām. Et simul nota duas contra Stoicos rōnes, alteram ex latitudine medij, alterā ex latitudine uiæ ad indiuisibile mediū. Propinquior enim est scdm se indiuisibili, s iustitiæ medio uir pspicacioris iudicij, q̄ minoris acutę, & scdm opus distribuens æqualib. quasi æqualia, quàm multum distantia ab æqualitate. Propinquior quoq; est ad indiuisibile mediū inclinat⁹ naturaliter ad illud, quā non naturaliter: exercitatus, quàm nō exercitatus.

313 *Porrecta per totum.* Inf. art. 2. cor. & q. 73. arti. 2. ad 3. & q. 112. ar. 4. cor. Et 2. 2. q. 5. ar. 4. Et 3. d. 36. art. 4. Et ma. q. 2. ar. 9 ad 8. Et uir. q. 5. ar. 3. *Gl. ordinar. ib. d. *tex. 116. tom. 2. *tc. 19. t. c.

tum intellectualiū adinuicē. A

¶Sexto, De cōparatione uirtutum theologicarū adinuicē.

ARTICVLVS I.

Vtrum uirtus possit esse maior, uel minor.

AD PRIMVM sic procedirur. Vr̄ q uirtus non possit esse maior, uel minor. Dicitur enī in Apoc. 21. q latera ciuitatis Hierusalē sunt ꝥ æqualia: p hæc aūt significant uirtutes, ut glosa dicit ibidem.* ergo omnes uirtutes sunt æquales. nō ergo potest esse uirtus maior uirtute. B

¶2 Præt. Omne illud, cuius rō cōsistit in ᵇ maximo, non pōt esse maius, uel minus: sed rō uirtutis cōsistit in maximo. est. n. uirt⁹ ultimū potētię, ut Philos. dicit in 1. de cœlo.* & Aug. in 2. de lib. arbit. † ait, q uirtutes sunt maxima bona, quib. nullus pōt male uti. ergo vr̄, quòd uirtus nō possit esse maior, neque minor. C

¶3 Præt. Quantitas effectᵃ pēsatur secundū uirtutem ʰ agentis: sed uirtutes pfectę, quę sunt uirtutes infusæ, sunt à Deo, cuius uirtus est uniformis, & infinita. ergo uidetur quòd uirtus non possit esse maior uirtute.

SED CONTRA. Vbicunque potest esse augmentū, & superabūdantia, pōt esse inæqualitas: sed in uirtutib. inuenitur superabūdātia, & augmētū. dr̄. n. Matt. 5. D Nisi abundauerit iustitia uestra plus q̄ Scribarū, & Pharisęorū, nō intrabitis in regnū cęlorū. Et Prouer. 16. dr̄, In abūdāti iustitia uirt⁹ maxima est. ergo vr̄ q uirtus possit esse maior, uel minor.

RESP. Dicendū, q cū q̄ritur, utrum uirtus una possit esse maior alia, dupliciter intelligi pōt q̄stio. Vno mō i uirtutib. spē differentib. & sicᵐ manifestū est q una uirtus est alia maior. ᵒsemp E enim est potior cā suo effectu: & in effectib. tanto aliqd ē potiusᶜ, quāto est cāæ propinquus. Manifestū ē aūt ex dictis, q cā, & radix humani boni est rō: & iō prudentia, quę pficit rōnem, pfertur in bonitate alijs uirtutibus moralib. pficientibus uim appetitiuam, inquantū participat rōnem: & in his etiam tāto est una altera melior, quāto magis ad rōnem accedit. unde, & A iustitia, quæ est in uoluntate, pfert alijs uirtutib. moralibus: & fortitudo, quæ est in irascibili, pfertur temperantiæ quæ ē in cōcupiscibili, q̄ minus participat rōnē, ut patet iⁿ 7. Eth. † Alio mō pōt intelligi quæstio in uirtute eiusdem spēi. & sic scdm ea, quæ dicta sunt supra,* cum de intentionib. habituum agereē, uirtus pōt dupliciter dici maior & minor, uno mō scdm seipsam: alio mō ex parte participantis subiecti. Si igiē scdm seipsam consideret, magnitudo, uel paruitas eius attenditur scdm ea, ad q̄ se extendit.ᵖ Quicūq; B aūt habet aliq̄ uirtutem, puta tēperantiā, hēt ipsā quantum ad oia, ad q̄ se temperantia extendit, ᵠ qd de scientia, & arte nō cōtingit. Non. n. quicunq; est Grāmaticus, scit oia, q̄ ad Grāmaticā ptinēt. & secundū hoc bene dixerunt Stoici, ut Simplici⁹ dicit* in cōmēto Prędicamētorū, q ʳuirtus nō recipit magis neq; minus,ᵘ sicut sciētia uel ars, eo q rō uirtutis consistit in maximo. Si uero cōsideret uirtus ex parte subiecti participātis, sic contingit uirtutē esse maiorē uel minorē, siue scdm diuersa tēpora in eodem, siue in diuersis hominibus: quia ad attingēdū mediū uirtutis, qd est ꝭm rōnē rectam, unus est C melius dispositus quam alius, uel pp maiorē assuetudinem, uel pp meliorem dispositionem naturæ, vel pp pspicacius iudicium rationis, aut etiam propter maius gratiæ donum, quod unicuique donaē scdm mēsurā donationis Christi, ut dicit ad Ephes. 4. Et in hoc deficiebant Stoici, æstimantes nullum esse uirtuosum dicendum, nisi, qui summe fuerit dispositus ad uirtutem. Non enim exigitur ad rōnē uirtutis, q attingat rectæ rōnis mediū in indiuisibili, sicut Stoici putabant, sed sufficit ppe mediū esse, ut in 2. Eth.* dicitur. Idem ēt indiuisibile signū un⁹ propinqus, & prōptius attingit, quā ali⁹, sicut D ēt patet in sagittatorib. trahentib. ad certū signum.

AD PRIMVM ergo dicendum, q æqualitas illa nō solū est scdm quantitatem absolutam, sed est ēt secundū pportionem intelligenda: q.a oēs uirtutes pportionaliter crescūt in homine, ut infra diceē*.

AD 2ᵐ dicendū, q illud ultimum quod pertinet ad uirtutem, potest habere rationem magis, uel minus boni secundum prædictos modos, cum non sit ultimum indiuisibile, ut dictum est*.

AD 3ⁿ dicēdum, q Deus non operatur secundum necessitatem naturæ, sed secūdum ordinē suæ sapientiæ, secundum quam diuersam mensurā uirtutis hoibus largitur, secundum illud ad Ephes. 4. E Vnicuique uestrum data est gratia secundum mensuram donationis Christi.

*c. 6. t. 59. *Q. 52. ac ti. 1. concl. *In pdica. qualitatis. concl. *c. 6. t. 30. *Art. seq. *In corp art.

ARTICVLVS II.

Vtrum omnes uirtutes simul in eodem existentes sint æquales.

AD SECVNDVM sic procediaur. Vr̄ q non oēs uirtutes in uno, & eodē sint æqualiter intensæ. Dicit enim Apostolus 1. ad Corint. 7. Vnusquisq; enim

SVPER Q. LXVI. ART. II.

Med. ar. 2.

IN titulo articuli secundi quæstionis sexagesimæsextæ, titulum loquitur de uirtutibus sicut in præcedenti titulo, scilicet de uirtutibus simpliciter, ut patet in processu.

314 *Porrecta per totum.* Sup. ar. 1. ad 1. & infra q. 71. ar. 2. ad 3. Et 2. d. 42. q. 2. ar. 5. ad 6. Et 3. d. 36. a. 4. et mal. q. 2. ar. 9. ad 8. Et uirt. q. 5. ar. 3.

sia.

¶ In corpore eiusdem articuli, hoc primum declarandū occurrit Nouit [?] q̄ nō æqualitatis, q̄ ex Augu. ista tractat. cōsistit hoc. Si virtutes nō essent æquales, oporteret q̄ aliqua haberet istas quatuor cōditiones inæquales, nā ad æqualitatē requirit æqualitas oīum, sicut ad cōnexionē simultas omnium: q̄a æqualitas est q̄dā cōnexio uirtutū sc̄dm q̄titatē, ut patet sed non pōt fieri, ut vna uirtus minus habeat de vna illarum quatuor conditionū, quàm de alijs. ergo. Probatur minor ponēdo duos, in quorū vno sit fortitudo minus habēs de cōditione prudentiæ, & in altero fortitudo magis habens prudentiæ, & deducendo ad incōueniens, q̄ similiter sunt æquales in fortitudine, & inæquales in fortitudine & patet sequela quo ad primā partē ex aduersario. quo ad sc̄dam ex ueritate: q̄a alteri᾽ fortitudo est prudentior, ac p̄ hoc maior apparet, q̄ ēt in uno, & eodē oportet æquales esse has quatuor cōditiones i qualibet materia cardinaliū virtutū. idē est enim iudiciū in vno, & eodem, & in duobus.

*Cap. 4. tom. 3.

¶ Declarādū est sc̄do, q̄ q̄a uirtutes sc̄dm inclinatiōes ad p̄prios actus nō sūt æquales nec q̄titatiue, nec p̄portionaliter, ut in lra dr̄: in cōsione ad sc̄dm dr̄. Vnus & idē hō promptior est ad actū uni᾽ uirtutis, q̄ ad actū alterius: & ad hūc sensū reducēda uidentur dicta alibi ab authore. ita q̄ si dicā uirtutes æquales sc̄dm habitū, & nō sc̄dm actū, ut in 36. d. tertij hoc dicentes seq̄ vr̄ author: sed dica, q̄ uirtutes sc̄dm formale in habitu, sunt æquales: sc̄dm, uero materiale sunt inæquales, q̄d est dicere, Habitus uirtutū, ut gnc. ut subiecta uirtuti à prudētia, uel charitate. sunt æquales p̄portionaliter: ut uero ph sūt eadē, ut tēdēcia in p̄pt as materias, sunt inæquales.

*Ar. p̄ced.

concl. m

habet propriū donum à Deo, F alius quidem sic, alius aūt sic: nō esset aūt unum donū magis proprium alicui, quàm alio, si omnes uirtutes dono Dei infusas q̄libet [h] æqualiter haberet. ergo vr̄ quòd nō omnes uirtutes sint æquales in vno, & eodem.

¶ 2 Præ. Si omnes uirtutes essent æque intēsæ in uno, & eodē, sequeretur q̄ quicunque excederet aliquē i una uirtute, [h] excederet ipsum in oībus alijs uirtu G tibus, sed hoc patet esse falsū: q̄a diuersi sancti de diuersis uirtutibus p̄cipue laudantur: sicut Abrahā de fide, Moyses de mānsuetudine, Iob de patientia. vn̄ de quolibet Cōfessore cantat̄ i Ecclesia; Nō est inuētus similis illi, q̄ conseruaret legē Excelsi, eo q̄ q̄libet habuit p̄rogatiuā alicuius virtutis. n̄ ergo oēs uirtutes sūt æquales i uno, & eodē.

¶ 3 Præt. Quanto habitus est in- H tēsior, [h] tanto hō s̄m ipsum delectabilius, & prōptius operat̄: sed experimēto patet, q̄ unus hō delectabilius, & prōpti᾽ operat̄ actū uni᾽ uirtutis, quā actū alterius. non ergo oēs uirtutes sunt æquales in uno, & eodem.

Sed contra est, q̄ Aug. dicit in 6. de Trinita. Quòd quicunq; sunt æquales in fortitudine, æquales sunt in prudētia & tēperātia, & sic de alijs: hoc aūt n̄ es- I set, nisi oēs uirtutes uni᾽ hoīs essent æquales. ergo oēs uirtutes vnius hominis sunt æquales.

Resp. Dicendū, q̄ q̄titas uirtutū, sicut ex dictis patet, pōt attendi dupliciter. Vno mō s̄m rōnē spēi, & sic nō est dubiū, q̄ una uirtus unius hoīs sit maior, q̄ alia, sicut charitas fide, & spe. Alio mō pōt attendi s̄m participationē subiecti, prout. s. intendit̄, uel remittit̄ in subiecto: & [m] K s̄m hoc oēs uirtutes unius hoīs sunt æquales quadā æqualitate proportionis, inquantum æqualiter crescunt in hoīe [o] sicut digiti manus sunt inæquales s̄m quantitatem, sed sunt æquales sc̄dm proportionem, cum proportionabiliter augeant̄ hmōi aūt æqualitatis oportet eodem mō rōnem accipere, sicut, & connexionis. Aequalitas enim est quædā connexio uirtutum s̄m quantitatem. Di- F ctum est autem supra, * quòd ratio connexionis virtutum dupliciter assignari potest. Vno modo secūdum intellectum eorum, qui intelligunt per has quatuor uirtutes, quatuor conditiones generales virtutum, quarum una simul inuenitur cum alijs in qualibet materia: & sic uirtus in qualibet materia non potest æqualis dici, nisi habeat omnes istas conditiones æquales. Et hanc rationem æqualitatis virtutum assignat Aug. in 6. de Tri. * dicens. Si dixeris æquales esse istos fortitudine, sed illum prǽstare prudētia, sequitur quòd huius fortitudo min᾽ prudens sit, ac per hoc nec fortitudine æquales sint, q̄n G est illius fortitudo prudētior: atq; ita de cæteris uirtutib. inuenies, si oēs eadē cōsideratione percurras Alio modo assignata * est rō connexionis uirtutum secundum eos, qui intelligunt hmōi uirtutes habere materias determinatas: & secundum hoc rō connexionis uirtutum moraliū accipitur ex parte prudentiæ, & ex parte charitatis quantum ad uirtutes infusas: non autem ex parte inclinationis, quę ē ex parte subiecti, ut supra dictum est. * Sic igitur, & rō æqualitatis uirtutum potest accipi ex parte prudētiæ quantum ad id, quod est formale in omnib. uirtutibus moralibus. Existente enim ratione æquali- H ter perfecta in uno, & eodē, oportet q̄ proportionaliter secundum rationem rectam medium constituatur in qualibet materia uirtutum. [p] Quantū uero ad id, quod est materiale in uirtutibus moralib. scilicet, inclinationem ipsam ad actū uirtutis, pōt esse vnus homo magis promptus ad actum unius virtutis, quàm ad actum alterius uel ex natura, uel consuetudine, vel etiam ex gratiæ dono [q].

*q. 65. ar. 1.

*Ca. 4. circa princ. tom. 3.

*q. p̄ced. ar. 4.

*q. 65. art. 1. & 2.

concl. p

Ad primum ergo dicendū, q̄ uerbum Apostoli potest intelligi de donis gratiæ gratis datæ, quę nō sunt cōia omnibus, nec omnia æqualia in uno & eodem: vel potest dici quòd refertur ad mensuram I gratiæ gratum facientis, secūdum quam unus abūdat in omnibus uirtutib. plus quàm alius, propter maiorem abundantiam prudentiæ, uel etiam charitatis, in qua connectuntur omnes uirtutes infusę.

Ad 2m dicendū, q̄ vnus [d] sanctus laudatur prę- cipue de una uirtute, & alius de alia propter excellentiorem promptitudinem ad actum unius uirtutis, quàm ad actum alterius. Et secūdum hoc etiam patet responsio ad tertium.

[d] 17.

ARTICVLVS III.

Vtrum virtutes morales praeemineant intellectualibus.

AD TERTIVM sic procedit̄. K Vr̄ q̄ uirtutes morales p̄eemineant intellectualib. Quod enim [n] magis est necessarium & permanētius, est melius: sed uirtutes morales sunt permanentiores ēt disciplinis, quæ sunt virtutes intellectuales, & sūt ēt magis necessariæ ad uita humanam. ergo sunt præferendę uirtutibus intellectualibus.

¶ 2 Præt. De rōne virtutis est,

SVPER Q. LXVI. ART. III.

Med. ar. 3.

IN arti. 3. eiusdem 66. quæstionis dubium occurrit circa distinctionem in litera factam de uirtute, quòd sumitur dupliciter, scilicet secundum rationem speciei in ordinē ad obiectū, & secundū ordinem ad actum. Hęc nanq; distinctio conuenientia habet membra: nam uirtus secundum rationem speciei habet ordinē ad actum, & econuerso:

*Porrò per totum. Sup. q. 61. ar. 1. ad 3. & infr. q. 68. ar. 7. & 8. cor. Et 2. 2. q. 23. ar. 6. ad 1. & q. 161. art. 5. cor. Et 4. d. 33. q. 3. ar. 3. co. Et vit. q. 1. ar. 12. cor.

uarso: quia potentiæ & habitus specificantur ex actibus, & actus ex obiectis, ut habetur in secundo de anima.

¶Ad hoc dr̃, ꝙ uirtus dupliciter respicit actū. primo ut specificantē ipsam: Scđo, ut effectū ipsius. & primo mō actus cadit sub primo mēbro implicite, ut obiectio probat: scđo aūt mō spectat ad sedm mēbrū. Intendit. n. author, ꝙ uirtus pōt considerari dupliciter, primo scđm specificā differentiā, seu rōnem ut sic: secūdo scđm hāc conditionem, s. esse principium actus recti: & uult, ꝙ prima consideratio iudicet uirtutē simpliciter, quia scđm proprium cōstitutiuū essentialiter: secunda iudicet eam scđm quid, quia secundum communia. & consequenter uult, ꝙ uirtutes intellectuales sint nobiliores simpliciter, ꝙ̃ morales: quia habēt nobilius obiectum. Morales autem sunt nobiliores secundū quid: quia dant non solum facultatem actus recti, sed facultatem recte utendi ipsa facultate, quod est manifeste esse perfectius principiū actus: & hoc habet uirtus moralis, quia perficit appetitum, cuius est mouere seipsum, & cæteras potentias. Hæc autem ideo breuiter transeo, quia superius declarata sunt.

*ca. 12. in fine. to. 5.

*cap. ult. com. 5.

C

¶In eodem tertio articulo dubium est de rōne in litera assignata, quare obiectum rationis nobilius est obiecto appetitus, quia scilicet ratio apprehendit aliquid in uniuersali: appetitus autē tendit in res, quæ habent esse particulare, tum quia, & ratio apprehendit particulare, & appetitus tendit in uniuersalia. appetimus enim famam, & gloriam in communi, & odimus latronum genus: tum quia res habent nobilius esse in particularib. quàm in uniuersali: quia illud est reale, hoc rationis: illud simpliciter, hoc secundum quid.

¶Ad hoc dicitur, quòd quia de nobilitate intellectus, & uoluntatis in prima parte dictum est, ideo author breuiter pertransiens, hanc rationem affert, in qua duo tanguntur, scilicet modus operandi utriusq;, & cōditiones obiectorum. Vniuersalitas D nanq; & particularitas extra conditiones sunt obiectorum rōnis & appetitus. tendere aūt ad extra, & habere in se, modi sunt operandi, ille appetitus, iste intellectus: & illa quidem in litera exprimitur, iste aūt non, sed insinuatur, & ex opposito, & ex cōditione obiecti, quia uniuersale in aīa est. Est igr̃ nobilior ratio appetitu, quia apprehendit in uniuersali, idest, quia respicit res scđm esse eleuati, in quo uniuntur oīa particularia, ꝗ in re diuisa sunt. Cum. n. dispersa in inferiorib. unita sint in superiori, & particularia in uniuersali uniātur, in seipsis dispergantur, cōsequens est ut uniuersale altioris sit ordinis: & hoc directe intēdit litera, ꝗ ex obiecto testat̃ se procedere. Modus aūt operādi, q optimā quoq; constituere rōnē, hic nō est necius: sed in uti illo memēto cū de uoluntate, & intellectu respectu Dei in patria loquerer: ibi. n. stāte paritate obiecti ex mō preminet intellectus. Ad obiecta aūt in oppositum dr̃, ꝙ psens sermo non comparat rōnē appetitui intellectiuo in spem, sed appetitui cōmuni, uo E luntati, irascibili, & concupiscibili. Vnde patet, quòd sicut ratio per se primo est uniuersalis, & reflexe particularis: ita appetitus per se respicit res in particulari permissiue, inquantum intellectiuus est, respicit uniuersale. Cōparatio autem fit scđm primaria, nō scđm secūdaria obiecta. Dr̃ scđo, ꝙ quia appetitus hoc ipsum ꝙ tendat in uniuersale, habet à ratione ideo ratio, quę ea seipsa hoc habet, & in hoc est nobilior. Et ut excludatur omnis cauillatio, dicito ꝙ uis rationis consistit in hoc, ꝙ ratio tendit ex se in uniuersale, ita ꝙ habet ipsum ut proprium, quòd nulli alteri conuenit: quia appetitus si tendit in uniuersale, habet hoc ex alio, & ut communicatum & participatiue tm̃ cuius signum appetitus tendit in uniuersale magis ex ea parte qua distribuit̃ in particularia, ꝗ̃ inquantum in se unit illa, cuius oppositū accidit in intellectu, & est magnitudo ratione uniuersalis Appetimus n. gloriam in uniuersali, proquanto uellemus gloriam extēdi

ꝙ bonū faciat habentem: sed scđm uirtutes morales dicitur hō bonus, non aūt secundum uirtutes intellectuales, nisi forte secundum solam prudentiam. ergo uirtus moralis est melior ꝙ̃ uirtus intellectualis.

¶3 Præt. Finis est nobilior his, ꝗ sunt ad finem: sed sicut dr̃ in 6. B Eth.* uirtus moralis facit rectā intentionē finis, prudētia aūt facit rectā electionem eorum, ꝗ sunt ad finē. ergo uirtus moralis est nobilior prudentia, ꝗ est uirtus intellectualis circa moralia.

Sed contra. Virtus moralis est in rationali ꝑ participationē: uirtus aūt intellectualis in rōnali ꝑ essentiā, sicut dr̃ in 1. Eth.* sed rationale per essentiam est nobilius, ꝙ̃ rationale ꝑ participationē. ergo uirtus intellectualis est nobilior uirtute morali.

Resp. Dicendū, ꝙ aliquid pōt dici maius uel minus dupliciter. Vno mō, simpliciter. Alio mō, secundum quid. Nihil. n. prohibet aliquid esse melius simpliciter, ut Philosophari, ꝙ̃ ditari: qđ tamen non est melius scđm qđ, idest, necessitatem patiēti. Simpliciter aūt consideratur unumquodq; quando consideratur secūdum propriam rationem speciei: habet antem uirtus speciē ex obiecto, ut ex dictis patet.* Vnde simpliciter loquendo, illa uirtus nobilior est, quæ habet nobilius obiectum. Manifestum est aūt ꝙ obiectum rationis est quàm in particulari.

A ad oēm gloriā. Et similiter odio habemus latronū genus, ꝓquanto ad oēs latrones odiū extendimus: intelligimus hæc in uniuersali ecōuerso pro qto, s. diuisa ad unū cōtemplando tenemus.

¶Ad secundā aūt obiectionē dr̃, ꝙ esse in uniuersali non sumitur pro denominatione, ꝗ dr̃ uniuersalitas, s. ꝓ esse in materiali à quo in anima existente res extra denominatur extrinsece uniuersalis. Constat aūt, ꝙ esse materiale est reale, & nobilioris ac altioris ordinis adeo, ut unū indiuiduum immaterialis ordinis æquiualeat īfinitis particularib. materialiter. Et licet esse immateriale rerū materialiū sit esse earum scđm quid, est tm̃ in se, & in ordine uniuersi esse simpliciter, & eminentius: sicut bos in Sole non est bos simpliciter, tamen esse Solis ꝙ est eminenter bos, est esse simpliciter nobilius. unde consueuit dici, ꝙ bos est simpliciter bos in particulari, & bos, & scđm qd in anima: esse tamē ens nobilius in aīa, quàm in particulari. & hoc sufficit proposito, ubi de nobilitate simpliciter obiecti, & non respectu huius, nec illius specialis ꝓdicati, puta bouis, equi &c. est sermo.

*Q. 60. a. 5.

¶In eodem artic. 3. dubiū est, quia author uidetur in calce articuli quasi retractare conclusionē huius articuli, s. ꝙ uirtutes intellectuales sunt simpliciter loquendo, nobiliores ꝙ̃ morales, dū dicit, ꝙ ratio uirtutis magis cōpetit morali, & ꝙ uirtutes intellectuales sunt nobiliores habitus: quasi dicat, ꝙ nō sunt nobiliores uirtutes, ꝗuis sint nobiliores habitus. Et confirmat̃ hæc sententia ex supradictis in art. 3. q. 56. ubi dictū est, ꝙ uirtutes intellectuales sunt uirtutes scđm quid: morales aūt sunt uirtutes simpliciter, ꝓp rōnē hic tactā, & ibi explicatā: quia. s. moralis ꝑficit ad rectitudinē actus in se, & in eius usu, intellectualis aūt in se tm̄: ex hoc. n. arguitur facile sic. Quod est tale simpliciter, est nobilius in esse tali, quàm quod est tale secundum quid: sed moralis est uirtus simpliciter, intellectualis secundum quid. ergo moralis est nobilior uirtus quàm intellectualis.

¶Ad hoc dr̃ concedēdo, ꝙ author in calce articuli declarauerit intentionem suam, ꝙ intendit has tres propositiones esse ueras & stare simul. Virtutes intellectuales sunt nobiliores moralibus. Virtutes intellectuales sunt nobiliores habitus, quam morales. Virtutes morales sunt nobiliores uirtutes, quàm intellectuales: ꝗm in prima fit cōparatio non scđm hanc uel illam rōnē, sed simpliciter: in secunda in ratione habitus: in tertia in rōne uirtutis. Sed huic expositioni obstat, primo, quia sermo authoris debet esse formalis, ac per hoc in tractatu de uirtutib. nono, dicēs, ꝙ intellectuales uirtutes sunt nobiliores moralibus, debet uerificari formaliter, s. de uirtutibus, inquātū uirtutes sunt. Obstat, secundo, quia author ipse in hac litera uult, ꝙ uirtus inquātum uirtus habet speciem ex obiecto, & ex hoc iudicetur nobilior simpliciter. Si. n. à doctrina sensus formalis tollitur, obiecta incertitudinis plena sunt, ut dr̃ in 4. Metaphysicæ. Dicendum E est ergo, ꝙ intentio authoris hæc est, duas tantum propositiones constituere, s. primā simpliciter, & tertiam secundum quid. i. cū determinatione, ut declarabitur secunda. n. incidit cum prima ut declarabitur. in sensu enim exposito impertinens: nō enim hic de habitus ratione tractatus est.

¶Ad quorū euidentiā sciendum est, ꝙ dupliciter exponi potest sermo de uirtutibus, inquantum uirtutes. pōt nanq; ibi; inquantum determinare rōnē communem uirtutis: & potest determinare specificas differentias uirtutū. si determinet cōmunis ratio uirtutis; sic uirtutes morales sunt nobiliores intellectualib. quia communis ratio uirtutis, ut in litera dr̃, sumitur ex ordine ad actum, in quo præstant morales intellectualibus. si uero determinentur specificæ differentiæ uirtutum, sic intellectuales præstant moralibus: quia habent nobilius obiectū, unde specificas sortiuntur differentias: & totum oppositum est eius, quod præcedens expositio credidit, quia uirtutes intellectuales sunt

simpliciter nõ solũ nobiliure entia, sed nobiliores uirtutes moralib. licet sint ignobiliores sc̃dm communem rõnẽ uirtutis, q̃ magis conuenit moralib. immo eis simpliciter, & intellectualibus sc̃dm quid. Sed hæc maior nobilitas, s. habere communem rõnam uirtutis simpliciter, non dat maiorẽ nobilitatem simpliciter, sed sc̃dm quid: quia spectat ad esse principiũ act⁹. Vnde, ut in litera dr̃, nõ sumitur nobilitas simpliciter maior, sed sc̃dm quid: & similiter ex eo, q intellectuales uirtutes sunt sc̃dm quid uirtutes secundum communẽ uirtutis rationem, non nisi secundum quid ignobiliores censentur. Et propterea in litera concluditur, quòd uirtutes intellectuales, licet minus communem uirtutis rõnem habeãt,

*q.9.ar.3. sunt nobiliores habitus simpliciter, & non in ratione habitus.

concl. m Si enim essent nobiliores in ratiõe habitus tantum, essent nobiliores secundum quid, cum sit prædicatum ualde commune unde prima propositio est simpliciter uera & formalis, scilicet, Virtutes intellectuales sunt nobiliores moralibus: quia ex propriis rationibus specificis uendicant sibi maiorem nobilitatem quàm morales. Tertia autem propositio est uera cum determinatione: unde & in litera non habetur. Nec acceptarem eam nisi cum determinatione hoc modo, uirtutes morales sunt nobiliores uirtutes secundum communem rationem uirtutis, quàm intellectuales: sine hac enim determinatione contradictoriam concederem. Nec obstat doctrina superius habita in quæst. 56. & pluries repetita de uirtute simpliciter, & secundum quid: quia secundum communem uirtutis rationem intelligitur. hunc sensum memento reducere, similia inuenies.

¶In corpore eiusdem articuli aduerte primo, quòd Scotus cum sequacibus, quia tenet uoluntatem nobiliorem intellectu, consequenter ponit uirtutem moralem nobiliorem prudentia, quę est intellectualis. & nõ solũ in hoc principio discordat, sed quia ponit prudentiam & uirtutem moralem circa idem obiectũ, ac per hoc æqua est apud ipsum nobilitas ex parte obiecti, & aperte errat: quia licet sit idem obiectum materiale, puta, agibilia, prudentiæ tamen obiectum est sub ratione ueri, uirtutis autem moralis sub ratione boni: ueri autem ratio nobilior est simpliciter, quia absolutior. Aduerte secundo, ne te decipiat materia intellectualis uirtutis, puta artis, & propterea neges eã nobiliorem simpliciter, respice ad rationem literæ, quia scilicet est de eis in uniuersali, & quiesces non abnegando ignobilitatem secundum quid pro quanto ad uilia experiendo descendit uirtũ que.n. eis conuenit, ut in primo Metaphysicæ dr̃, iudicare scilicet, & agere. & propterea sic suscipere memento, quòd prudentia, & ars sunt circa singularia, ut prius, & essentialius, inquantũ cognoscitiuæ sunt circa uniuersalia: unde nobilitatem simpliciter retinent, ut in litera dicitur.

¶In responsione ad tertiũ eiusdem articuli, dubium arduũ occurrit in uia amborũ, & simpliciter, quomodo. s. sit uerum Prudentiam dirigere morales uirtutes ẽt in præstituendo finem: & simpliciter quidẽ in Sc̃da secundæ discutiendam erit in q. 47. Ad hominem uero nunc duplici rõne differendum puto. Primo, quia hoc repugnat a uł superius dictis, & inferius in Secunda secundæ loco allegato. superioribus quidem pro quanto dictum fuit, quòd prudentia principium, quod est finis, habet à uirtute morali: quia qualis unusquisque est, talis ei finis uidetur. inferioribus autem, quia expresse negabitur ex proposito, prudentiam præstituere finem moralibus uirtutibus. Secundo, quia ex hoc pendet principale intentum huius articuli quo ad prudentiam, an scilicet nobilior sit prudentia uirtute morali, ut tius argumentu tangit.

¶Ad huius difficultatis euidentiam ponendus ante oculos est progressus nostræ mentis in illis, ut ex eo rationem dictorum sumere, & reddere ualeamus, & quid simpliciter, & quid secundum quid intelligatur, discernamus. In mente nostra primo omnium est synderesis, qua non solum omne bonũ prosequen-

nobilius, q̃ obiectum appetit⁹, ratio.n. appręhendit aliquid in uniuersali, sed appetitus tendit in res, q̃ habẽt esse particulare. unde simpliciter loquendo, uirtutes intellectuales, quæ perficiũt rationem, sunt nobiliores quàm morales, quæ perficiunt appetitum. Sed si consideretur G uirtus in ordine ad actũ, sic uirtus moralis, quæ perficit appetitũ, cuius est mouere alias potentias ad actum, ut supra dictũ est, *nobilior est. Et quia uirtus dr̃ ex eo, quod est principium alicuius actus cum sit perfectio potentiæ, sequitur ẽt q[m] ratio uirtutis magis competat uirtutib. moralib. q̃ uirtutibus intellectualibus: quamuis uirtutes intellectuales sint nobiliores habitus simpliciter[n].

Ad primum ergo dicendum, q uirtutes morales sunt magis permanentes, quàm intellectuales pp exercitium earum in his, quæ pertinent ad uitam communem. Sed manifestum est, q obiecta disciplinarum, quę sunt necessaria, & semper eodem mõ se habentia, sunt permanentiora quàm obiecta uirtutum moralium, quæ sunt quædam particularia agibilia. Quod au-

F dum, & malum fugiendum, felicitatem appetendam, & miseriam fugiendam: sed bonum rationis prosequendum, & malum oppositum uitandum iudicamus naturaliter. & hinc in appetitu naturaliter inest non solum inclinatio ad bonum prosequendum, & malum uitandum, ad beatitudinem appetendã, & miseriã fugiendã: sed imperfecta quædam inclinatio ad uiuendum sc̃dm rectam rationem. Et licet synderesis sit uirtus, quia est intellectus principiorum, inclinatio tamẽ hæc appetitus non est uirtus, quia imperfecta est. Ratio autem quare in appetitu non est perfecta naturalis inclinatio, ut sit sufficiens ad uirtutem, sicut in ratione est iudicatorium naturale sufficiens ad uirtutem, est, quia appręhensio trahit res ad se, & iudiciũ perficitur sc̃dm esse, quod res habent in nobis: appetitus autem tendit ad res in se, & perficitur in adeptione rei. Ex hoc.n. prouenit, quòd inclinatio ad bonum eget habitu rectificante electionem, in uoluntate quidem quo ad bonum rationis in operationib. in appetitu uero sensitiuo quo ad bonum rõnis in passionib. qua adipiscatur finem, & ipsa impotens ad hoc à rõne uirtutis deficiat: iudicium aũt naturalis iudicii circa principia tali adminiculo non eget, sed in seipsũ manens recti semper sit principium actus perfecti, qui est iudicare. Synderesis igitur in intellectu iudicante, & proponente non solum finem ultimũ, sed fines proprios uirtutum moralium, dum in passionibus, & operationibus sc̃dm rationem uiuendum iudicat, & appetitu inchoatiue inclinato ad hos fines, scilicet bonum rationis in operationibus, bonum rationis in timoribus, & audacia, bonũ rationis in delectationibus &c. discurritur ex huiusmodi principiis firmatis in intellectu, & inchoatis in appetitu, subsumendo aliquod minus uniuersale, puta, abstinere à delectationibus uenereis, rẽpublicam defendendã, & concluditur modus in delectationibus, & sic de aliis. Hic aũt discursus prudentiæ generatiuus est, & conclusio eius est modus in operationibus, seu pas- J sionibus seruandus, qui nil aliud est quàm medium rationis in materia morali. principium autem eius est synderesis ex parte appręhensiua, & naturalis inclinatio ad bonum rationis in concupiscẽtiis & delectationibus ex parte appetitiua. Ad hunc quoque discursum perfectum, iudicio scilicet, & præcepto, sequitur in appetitu conclusio electionis, qua scilicet eligimus delectationes in ordine ad modum illum, medium illud, bonum illud rationis. In hac enim electione potest perficere simul duo ex parte obiecti, scilicet passiones ipsas modificatas, & modum ipsum. & intueri quòd modus spectat ad finem moralis uirtutis, quia est ipsum rationis bonum participatum in materia morali: passiones autem ipsę spectant ad id, quod est ad finem: utuntur enim eis uirtutes propter bonum rationis. Et sicut prudentia generatur frequenti discursu ex fine, sic præexistente, & concludente medium: ita uirtus moralis generatur ex frequenti electione subsequente simul. genita autem iam utraque uirtus sic connectitur, ut humana ratio non solum synderesi, sed prudentia rectificata de K fine uirtutis illa rectificante eam de finalitio absoluto, ista rectificante eandem de eodem applicato ad minus uniuersala, quam sit uniuersale synderesis, uel etiam ad singulare, quoniam prudentia est etiam singularium r & rursus mota non solum ab appetitu naturali talis finis, sed perfecta uirtute inclinante in talem finem, discurrit ad ulteriores conclusiones, donec perueniatur ad perfectionem status uirtutis, uel ad firmandum easdem, & proportionaliter ad eligendum mouetur appetitus. Hic est progressus mentis nostræ, in quo triplicem aduertere potes distinctionem, unde clarificari ambigua occurrentia possunt. Prima est de fine uirtutis moralis, quòd sumitur dupliciter, scilicet absolute, seu in sua communitate, & applicata ad speciales actus occurrentes in exercitio uitæ humanæ. Secunda est de uirtutibus moralibus & prudentia, quòd sumuntur dupliciter scilicet in fieri, & in facto esse secũdũ essentiam.

Tertia

tē virtutes morales sunt magis necessariæ ad uitā humanā, nō ostēdit eas esse nobiliores simpliciter, sed quo ad hoc. quinimmo virtutes intellectuales speculatiuæ ex hoc ipso, q nō ordinant ad aliud, sicut utile ordinatur ad finē, sūt digniores. Hoc. n. cōtingit, qa ſm eas quodāmō inchoatur in nobis beatitudo, quæ consistit in cognitione ueritatis, sicut supra dictum est.*

B

Ad 2m dicendum, q secundū virtutes morales dicitur homo bonus simpliciter, & non ſm intellectuales uirtutes ea rōne: qa appetitus mouet alias potētias ad suum actum, ut supra dictū est. Vnde per hoc ēt non probatur, nisi quòd virtus moralis sit melior secundum quid.

C

Ad 4m dicendũ, q dona directiua, q ptinent ad rõnẽ, donis exequentibus digniora sunt si considerẽt p comparationẽ ad actus, prout egrediunt à potentijs. Rõ enim appetitiuæ peminet, ut regulãs regulato: sed rõne materiæ adiungitur consiliũ fortitudini, sicut directiuũ exequenti, et similiter sciẽtia pietati, qa. s. cõsiliũ, et fortitudo in arduis locũ habent: scientia autem, et pietas etiam in communibus. et iõ consilium simul cum fortitudine rõne materiæ numeratur ante scientiam, et pietatem.

SVPER Q. LXVIII. ART. VIII.

O Mißis articulis quinto, sexto, & septimo, in octauo attende, proponens hinc rõnẽ q est caput uirtutum, & uirtutes intellectuales & morales, unde Deũ. & uirtutes theologicas, & dona: & uidebis proportionalitatẽ hic teneri quãad excellentiã coniunctionis ad caput: qua author egebat, ut cõcluderet theologicas esse nobiliores donis, & ñ quo ad motionẽ moraliũ ab intellectualibus, & donorũ à theologicis, ibi. ll. n. deh oiũ est, q morales infusæ sic se habent ad theologicales: dona aũt sic se ad ipsas solas, sed adiuncto instinctu Spiritus sancti.

Articulus viii.

Vtrum virtutes sint præferendæ donis.

Ad octavvm sic proceditur. Videtur q virtutes sint præferendæ donis. Dicit. n. Aug. in 15. de Trinit. de charitate loquens. Nullum est isto Dei dono excellentius, solũ est qđ diuidit inter filios regni æterni, et filios pditionis æternæ. dant, et alia p Spiritũ sanctum munera, sed sine charitate nihil psunt: sed charitas ẽ uirt'. ergo uirtus est potior donis Spiritus sancti.

¶ 2 Præt. Ea, q sunt priora naturaliter, videntur esse potiora: sed virtutes sunt priores donis Spiritus sancti. dicit enim Greg. in 2. Moral. q donũ Spiritus sancti in subiecta mẽte ante alia iustitiã, prudentiam, fortitudinẽ, et tẽperantiã format: et sic eandẽ mẽtẽ septẽ mox uirtutibus, idest, donis temperat, ut contra stultitiã, sapiẽtiã: 9 hebetudinẽ, intellectũ: contra pcipitationẽ, cõsiliũ: 9 timorẽ, fortitudinẽ: 9 ignorãtiã, sciẽtiã: 9tra duritiã, pietatẽ: cõtra superbiam, Dei timorem. ergo uirtutes sunt potiores donis.

¶ 3 Præt. Virtutibus nullus male uti potest, ut Aug. dicit: donis autem potest aliquis male uti, dicit enim Greg. in 1. Moral. q hostiã nostrę precis immolamus ne sapiẽtia eleuet: ne intellectus dũ subtiliter currit, oberret: ne cõsiliũ dũ se multiplicat, cõfundat: ne fortitudo dũ fiduciã pbet, præcipitet: ne scientia dũ nouit, & nõ diligit, inflet: ne pietas dũ se infra rectitudinẽ inclinat, intorqueat: ne timor dũ plus iusto trepidat, in desperationis foueã mergat. ergo virtutes sunt digniores donis Spiritus sancti.

Sed contra est, qđ dona dantur in adiutoriũ uirtutum contra defectus, ut patet in authoritate inducta, & sic vr q perficiant quod virtutes perficere non possunt. sunt ergo dona potiora uirtutibus.

Resp. Dicendũ, q sicut ex supradictis patet, Virtutes in tria genera distinguunt. sunt enim qdã uirtutes theologicæ, qdã intellectuales, qdã morales. Virtutes qdẽ theologicæ sunt, qbus mens humana Deo coniungit. Virtutes aũt intellectuales sunt, quibus rõ ipsa pficitur. Virtutes aũt morales sunt, qb. vires appetitiuę perficiuntur ad obediendum rõni. Dona aũt Spiritus sancti sunt, qbus oẽs uires aię disponuntur ad hoc, q subdantur motioni diuinę. Sic ergo eadem vr esse cõparatio donorũ ad uirtutes theologicas, p quas hõ vnitur Spiritui sancto mouenti, sicut virtutũ moraliũ ad uirtutes intellectuales, per quas perficitur rõ, quæ est uirtutum moralium motiua. Vnde sicut virtutes intellectuales prę feruntur uirtutibus moralibus, & regulãt eas: ita virtutes theologicæ pferunt donis Spiritus sancti, & regulant ea. Vñ Greg. dicit in 1. Moral. q neq; ad denarii perfectionem septem filij, idest, septem dona pueniunt, nisi in fide, spe, & charitate fiat oẽ qđ agunt. Sed si comparemus dona ad alias uirtutes intellectuales, uel morales, dona pferuntur uirtutibus, q qa dona perficiunt uires animæ in cõparatione ad Spiritum sanctũ mouentem: virtutes autem perficiunt, vel ipsam rõnẽ, uel alias uires in ordine ad rõnem. Manifestum est autem, q ad altiorem motorẽ oportet maiori pfectione mobile esse dispositũ. Vnde perfectiora sunt dona uirtutibus.

Ad primum ergo dicẽdũ, q charitas est uirtus theologica, de qua concedimus q sit potior donis.

Margin notes: Art. 3. huius q. — concl. — C. 3. t. 5. — 352 Porrecta per totum. Inf. q. 69 ar. 1. ad 1. Et 2. 2. q. 9. ar. 1. ad 3. Et q. 34. q. 1. ar. 3. ad 5. & d. 35. q. 2. ar. 3. & q. 2. ad 2. Et vir. q. 2. artt. 2. ad 17. Paluđ 1. d. 31 q. 4. Mod. ar. 8. — lib. 15. c. 18. in princ. tom. 3. — Lib. 2. Moral. c. 36. aš medio — Lib. 2. de lib. arb. c. 19. t. c. — c. 35. circa mediũ — In arg. 2 — q. 57. & 58. & 62. — concl. — C. 28. circa mediũ — concl.

AD 2m dicendũ, q aliqd est prius altero dupliciter. Vno mõ ordine pfectionis & dignitatis, sicut dilectio Dei est prior dilectione pximi: & hoc mõ dona sunt priora uirtutib.intellectualib.& moralibus, posteriora vero virtutib.theologicis. Alio mõ ordine generationis, seu dispositiõis: sicut dilectio pximi pced.t dilectionẽ Dei q̃tũ ad actũ, & sic uirtutes morales, & intellectuales pcedũt dona: q̃a p hoc, q hõ bene se habet circa rõnẽ ppriam, disponitur ad hoc, q se bene habeat in ordine ad Deũ.

AD 3m dicendũ, q sapiẽtia, & intellectus, & alia hmõi, sunt dona Spiritus sancti, fm qd p charitatẽ informant, q̃ nõ agit pperã, ut dr 1.ad Cor.13. & iõ G sapiẽtia, & itellectu, & alijs hmõi nullus male utit, fm q sunt dona Spiritus sancti: sed ad hoc q à charitatis perfectione non recedant, unum ab altero adiuuatur. & hoc est quod Greg. intendit dicere.

SVPER Q. LXIX. ET LXX.

Quæstio 69 & 70. Quæstione freque ... meditatio neque tugi egent, oõ expositione: duo th Nouio quo ad speculatione aduertant, alterũ 1o 63.f. q licet dona oĩa supradicta sint se habere ot exequẽtia in ordine ad instinctũ Spiritus sã cti, sicut morales oĩt tutes in ordine ad iõ nẽ, sic õpatent th dona licet se, aliqua dñt dirigẽtia, ut sapientia, scientia, & consilium, & aliqua exequentia, vt reliqua. ¶Alterũ in q.70. q de lectari in aliquo pp se furmaliter, nõ distinguit in lla contra delectari pp se finaliter q̃olibet, se finaliter vlumate: & hoc vel simpliciter, oel in illo ordioe. Oẽ.n. delectans pp se formaliter, est & pp se finaliter aliquo mõi: põt th sobordinari alteri ut finis, ut in eodem primo articulo dicitur.

QVAESTIO LXIX.

De beatitudinibus, in quatuor articulos diuisa.

DEINDE considerandum est de beatitudinibus.
Et circa hoc quærũtur quatuor.
¶Primo, Vtrũ beatitudines a donis & uirtutib. distinguantur. H
¶Secundo, De præmijs beatitudinum, vtrum pertineant ad hanc uitam.
¶Tertio, De numero beatitudinum.
¶Quarto, De conuenientia præmiorum, quæ eis attribuunt.

ARTICVLVS I.

Vtrum beatitudines distinguantur à virtutibus, & donis.

Medina artic. 1.

353 Porrecta per totum. q.70.ar.2 cor. Et 3. d.34.q.1. aro.4. Et Isa.1.lec.1. Et Mat.5. li.1.c.9. paulo post prin.

AD PRIMVM sic proceditur. I Vĩ q beatitudines à uirtutibus, & donis non distinguant. Aug. enim in lib. de ser.do.i mõte, * attribuit beatitudines, in Matth. enumeratas, donis Spiritus sancti. Ambr. † aũt super Lucam h attribuit beatitudines ibi enumeratas quatuor uirtutibus cardinalibus. ergo beatitudines non distinguuntur a virtutibus, & donis.

*lib.2.4. †Amb. li. 5.10 Luc. sup illud Lu.6. Beati paupe res spiritu, circa fi.t.5. *q.19.ar. 4. †q.68.ar. 1.

¶2 Præt. Humanæ uoluntatis nõ est nisi duplex regula, s. rõ, & lex æterna, ut supra dictũ est: * sed uirtutes pficiunt hoĩem in ordine ad rõnẽ: dona aũt in ordine ad legẽ æternam Spiritus sancti, ut ex dictis patet. † ergo nõ põt esse h aliquid aliud pertinens ad rectitudinẽ uoluntatis humanæ pter uirtutes, & dona. non ergo beatitudines ab eis distinguuntur.

¶3 Præt. In enumeratione beatitudinum ponitur h mititas, & iustitia, & misericordia, quæ dicũtur esse quædam uirtutes, ergo beatitudines non distinguũtur à donis, & uirtutibus.

SED CONTRA est, quod quædam enumerantur inter beatitudines, quæ nec sunt uirtutes, nec dona, sicut paupertas, & luctus, & pax. differunt ergo F beatitudines à uirtutibus, & à donis.

RESP. Dicendũ, q sicut supra dictũ est, Beatitudo est ultimus finis humanæ uitæ. Dr. n. aliqs iã finẽ habere pp spẽ finis obtinendi. vñ, & Philos. dicit in 1. Eth. * q pueri dñr beati pp spem. Et Apostolus dicit Ro. 8. Spe salui facti sumus. Spes aũt de fine psequendo insurgit ex hoc, q aliquid conuenienter mouetur ad finẽ, & appropinquat ad ipsum, qd q̃dẽ fit per aliquam actionem. Ad finem autem beatitudinis mouetur aliqs, & appropinquat per operationes virtutum, & præcipue per operationes donorum, si loquamur de beatitudine æterna, ad q̃ rõ non sufficit, sed in eam inducit Spiritus sanctus, ad cuius obedientiam, & sequelam per dona perficimur: & iõ m beatitudines distinguuntur qdem à virtutibus, & donis, non sicut habitus ab eis distincti, sed sicut actus distinguuntur ab habitibus*.

*q.2.& 3. *Ca.9. ad fi.t.5.

concl. m

AD PRIMVM ergo dicẽdũ, q Aug. & Amb. attribuunt beatitudines donis, et virtutibus, sicut act* attribuuntur habitib. Dona aũt sunt eminentiora virtutib. cardinalibus, ut supra dictũ est: * & iõ Ambr. exponẽs beatitudines turbis ppositas, attribuit eas virtutib. cardinalibus. Aug. aũt exponens beatitudines discipulis propositas in monte, tanquam perfectioribus, attribuit eas donis Spiritus sancti.

*q.68 ar. 8.

*Locis sup. ci.t.1.

AD 2m dicendum, q ratio illa probat, quòd non sunt alij habitus rectificantes humanam uitam præter virtutes, & dona.

AD 3m dicendũ, quòd mititas accipitur p actu mansuetudinis. Et similiter dicẽdum est de iustitia, & misericordia. & quãmuis hæc videantur esse uirtutes, attribuuntur tamen donis: quia etiam dona perficiunt hominem circa omnia, circa quæ perficiunt virtutes, ut dictum est. *

*q.68 ar. 4.

ARTICVLVS II.

Vtrum præmia, quæ attribuuntur beatitudinibus, ad hanc vitam pertineant.

Medina artic. 2.

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur q præmia quæ attribuuntur beatitudinibus, non ptineant ad hanc vitam. Dicuntur enim aliqui beati propter spem præmiorum, ut dictum est: * sed obiectum spei h beatitudo est futura. ergo præmia ista pertinent ad vitam futuram.

354 Porrecta per totum. 2.2.q.8. arti.7. Et Matt.5. *ar. pced.

¶2 Præt. Luc. 6. ponuntur q̃dã pœnæ per oppositũ ad beatitudines, cũ dr, Væ uobis, qui saturati estis, qa esurietis. Væ uobis, qui ridetis nũc, qa lugebitis, & flebitis: sed istæ pœnæ non h intelligũtur in hac uita, q frequenter hoies in hac uita non puniũtur, fm illud Iob. 21. Ducunt in bonis dies suos. ergo nec pmia beatitudinum pertinent ad hanc uitam.

¶3 Præt. Regnum cęlorũ qd ponit pmium paupertatis, est beatitudo cælestis, vt Aug. dicit 19. de ciuit. Dei, plena et saturitas nõ nisi in futura uita habetur, fm illud ps. 16. Satiabor, dum apparuerit gloria tua. Visio etiam Dei, & manifestatio filiationis diuinæ ad vitam futuram ptinent, secundvm illud 1. Ioan. 3. Nunc filij Dei sumus, & nondum apparuit qd erimus. scimus quoniam cum apparuerit, similes ei erimus: quoniam videbimus eum sicuti est. ergo h præmia illa pertinent ad vitam futuram.

SED

Sed contra est, qd Aug. dicit in lib. de ser. Dñi A in monte. *Ista quidē in hac vita cópleri pñt, sicut cópleta in Apostolis esse credimus: nam illa omnimoda, & in angelicā formā mutatio, quæ post hāc uitam promittitur, nullis uerbis exponi potest.

*li.1. circa finem pri mi fol. 3. a princ. lib. & c. 9. t. 4.

Resp. Dicendū, q circa ista pmia expositores sacræ scripturæ, diuersimode sunt locuti. Quidam. n. oia ista pmia ad futurā beatitudinē ptinere dñt, sicut Amb. super Luc. *Aug. uero dicit ea ad psentē uitā ptinere. Chrys.† aūt in suis Homilijs, qdā eorū dicit ptinere ad futurā vitā, qdam aūt ad psentē. Ad cuius euidentiā cōsiderandū est, q spes futuræ beatitudinis pōt esse in nobis pp duo. Primo q- B dē pp aliquā pparationē, uel dispositionē ad futurā beatitudinē, qd est per modū meriti: alio mō per quandā inchoationē imperfectā futuræ beatitudinis in uiris sanctis ēt in hac vita. Aliter. n. hr spes fructificationis arboris, cū uirescit frōdibus, & aliter cū iā primordia fructuū incipiunt apparere. Sic igitur [m] ea, quæ in beatitudinibus tangunt tanquā merita, sunt qdam præparationes, uel dispōnes ad beatitudinē, uel perfectā, uel inchoatam [n], ea uero [p] quæ ponuntur tanq̄ præmia, possunt esse uel ipsa beatitudo pfecta, & sic ptinēt ad futurā uitam: vel aliqua inchoatio beatitudinis, sicut est in uiris perfectis, & sic præmia ptinent ad præsentē uitam [q]. Cum. n. aliquis incipit proficere in actibus uirtutū, & donorū, pōt sperari de eo, q perueniet ad perfectionem uiæ, & ad perfectionem patriæ.

*Ambr. li. 5. c. 6. & in Lucā in c. eiuslis titulus est. de beati udinib. t. 5. † Chryso. Homil. 6. ex uarijs locis in Matt. c. 2.

concl. m

concl. p

Ad primum ergo dicendū, q spes est de futura beatitudine sicut de ultimo fine: pōt ēt esse & de auxilio gratiæ, sicut de eo, qd ducit ad finem, sm illud ps. 27. In Deo sperauit cor meū & adiutus sum.

Ad 2m dicendum, q mali etsi interdū in hac uita D tpales pœnas nō patianē, patiuntur tñ spūales. vnde Aug dicit in 1. Confess.* Iussisti dñe, & sic est, ut pœna sibi sit inordinatus animus. Et Philos. dicit in 9. Eth.† de malis, q cōtendit ipsorū aia, hoc quidē huc trahit, illud aūt illuc. & postea concludit. Si aūt sic miserū est malū esse, fugiendū est malitiā intentè: & similiter econuerso, boni etsi in hac uita qnq; nō hēant corporalia præmia, nunquàm tñ deficiūt à spiritualibus ēt in hac uita, sm illud Matth. 9. & Mar. 10. Centuplum accipietis, etiā in hoc sæculo.

*Capi. 12. in fi. to. 1. † Capi. 4. non procul a fi.

Ad 3m dicendū, q oia illa præmia perfectè quidem consumabunt in uita futura, sed interim ēt in hac uita quodāmodo inchoant. Nam regnum cœlorum, ut Aug. dicit, pōt intelligi perfectæ sapiētię initiū, sm quod incipit in eis spiritus regnare. Pos- E sessio ēt terræ significat affectū bonum aiæ quiescentis per desideriū in stabilitate hæreditatis ppetuę per terrā significatę. Consolantur aūt in hac uita per Spiritum sanctū, qui paraclitus, idest, consolator dr, participando. Saturant ēt in hac uita illo cibo, de quo dñs dicit: Meus cibus est, ut faciam uoluntatē Patris mei. In hac ēt uita consequuntur hoies misericordiam Dei. In hac ēt uita purgato oculo per donū intellectus, Deus quodammodo uideri pōt. Similiter ēt in hac uita, qui motus suos pacificant ad similitudinē Dei accedentes, filij Dei nominantur: tamen hæc perfectius erunt in patria.

Articvlvs III.

Utrum conuenienter enumerentur beatitudines.

Medina art. 3.

Ad tertium sic procedit. Videt q inconuenienter enumerent beatitudines. Attribuunt eñ beatitudines donis, ut dictū est. *donorū aūt quędā pertinent ad uitā contemplatiuā, s. sapientia, & intellectus: nulla aūt beatitudo ponit in actu [h] contemplationis, sed oēs in his, q ptinent ad uitā actiuam. ergo insufficienter beatitudines enumerant.

*Porrecta per totum. 3. d. 34. q. 1. art. 4. *art. 1. huius quæst.

¶2 Præt. Ad uitā actiuam non solum pertinet dona exequentia, sed ēt qdam dona dirigentia, ut scia, & consilium: nihil aūt ponit inter beatitudines qd directè ad [h] actum scientię, uel consilij pertinere videat. ergo insufficienter beatitudines tanguntur.

¶3 Præ. Inter dona exequentia in uita actiua, timor ponit ad paupertatē pertinere, pietas autem videt pertinere ad beatitudinē misericordię: [h] nihil autē ponitur directè ad fortitudinem pertinens. ergo insufficienter enumerantur beatitudines.

¶4 Pręt. In sacra scriptura tāgunt multę alię beatitudines, sicut Iob 5. dr. Beatus hō, q corripit à Deo. Et in Psal. 1. dr, Beatus vir, q nō abijt in cōsilio impiorū. Et Prouerb. 3. Beatus vir, q inuenit sapientiam. ergo insufficienter beatitudines enumerant.

Sed contra. Videtur quòd superflue enumerentur. sunt enim septem dona Spiritus sancti: beatitudines autem tanguntur in octo.

Pręt. Luc. 6. ponunt quatuor tm̄ beatitudines. superflue ergo enumerant septē, uel octo in Matth.

Resp. Dicendū, q [m] beatitudines istæ cōuenientissime enumerant[n]. Ad cui9 euidentiā est cōsiderādū, q triplicē beatitudinē aliqui posuerunt. Quidā. n. posuerūt beatitudinē in uita uoluptuosa, quidā in uita actiuia, quidā uero in uita cōtēplatiua. Hæ aūt tres beatitudines diuersimode se hñt ad beatitudinē futurā, cuius spe dicimur hic beati. Nā beatudo uoluptuosa, qa falsa est, & rōni cōria, impedimentū est beatitudinis futurę. Beatitudo uero actiuæ uitæ dispositiua est ad beatitudinē futurā. Beatitudo aūt cōtemplatiua, si sit pfecta, est essentialr ipsa futura beatitudo: si aūt est imperfecta, est qdā inchoatio ei9. & iō Dñs primo qdē posuit quasdā beatitudines quasi remouentes impedimentū uoluptuosæ beatitudinis. Cōsistit. n. uoluptuosa uita in duob9. Primo qdē in affluentia exteriorū bonorū, siue sint diuitiæ, siue sint honores, à qbus qdē retrahit hō p uirtutē sic, ut moderate eis utat: per donū aūt excellentiori mō, ut. s. hō totaliter ea cōtemnat. Vnde prima beatitudo pon. r, Matt. 5. Beati pauperes spiritu, qd pōt referri uel ad contemptū diuitiarū, uel ad contemptū bonorū, qd fit per humilitatē. Secundo uero uoluptuosa uita consistit in sequendo proprias passiones siue irascibilis, siue cōcupiscibilis. A sequela aūt passionū irascibilis retrahit uirtus, ne homo in eis superfluat, sm regulā rōnis: donū aūt excellentiori modo, ut. s. homo sm uoluntatē diuinā totaliter ab eis tranquill9 reddat. Vnde secunda beatitudo ponit, Beati mites. A sequela uero passiorū cōcupiscibilis retrahit uirtus, moderate hmōi passionibus utendo: donum uero

concl.

eas, si necesse fuerit, totaliter abijciendo: quinimò F si necessarium fuerit, uoluntariũ luctũ assumendo. Vnde tertia beatitudo ponitur, Beati qui lugent.

Actiua uero uita in his cõsistit præcipue, q̃ pro ximis exhibemus vel sub rõne debiti, uel sub rõne spõtanei bñficij, & ad primũ quidẽ nos uirt⁹ dispo nit, ut ea, q̃ debemus ꝓximis, nõ recusemus exhibe re, qđ ꝑtinet ad iustitiã. Donum aũt ad hoc ipsum abũdantiori quodã affectu nos inducit, ut. s. ferueñti desiderio opa iustitię ipleam⁹, sicut feruẽti deside rio esuriẽs, & sitiẽs cupit cibũ, uel potũ. Vñ quarta beatitudo ponit̃, Beati, q̃ esuriunt, & sitiũt iustitiã. Circa spõtanea uero dona nos ꝑficit uirt⁹, ut illis G donemus, q̃bus rõ dictat esse donãdũ, puta amicis, aut alijs nobis ꝯiunctis, qđ ꝑtinet ad uirtutẽ libe ralitatis: sed donũ ꝑꝑ Dei reuerẽtiã solũ necessitatẽ cõsiderat in his, q̃b. gratuita bñficia ꝓstat. vnde dr̃ Lucæ 14. Cũ facis prandiũ, aut cęnã, noli uocare amicos, aut frẽs tuos &c. sed uoca pauperes, & debiles &c. qđ ꝓprie est misereri. Et iõ quinta beati tudo ponit̃, Beati, misericordes. Ea uero, q̃ ad cõtẽ platiuã uitã ꝑtinent, uel sunt ipsa beatitudo finalis, uel aliqua inchoatio ei⁹: & iõ ñ ponunt̃ in beatitu dinib⁹ tanq̃ merita, sed tãquã ꝓmia: ponunt̃ aũt tã q̃ merita effect⁹ actiuæ uitæ, q̃b. hõ disponit ad cõ H templatiuã uitã. effect⁹ aũt actiuæ uitæ, quantũ ad uirtutes, & dona, q̃b. hõ ꝑficit in seipso, est mundi tia cordis, ut. s. mens hoĩs passionib⁹ nõ inquinetur. Vnde sexta beatitudo ponit̃, Beati mundo corde. Quantũ uero ad uirtutes, & dona, qb⁹ hõ perficit in cõparatione ad proximum, effectus actiuæ uitæ est pax, secundum illud Isa. 30. Opus iustitiæ pax. Et ideo septima beatitudo ponitur, Beati pacifici.

Ad primvm ergo dicendũ, ꝙ actus donorũ per tinentiũ ad uitam actiuam, exprimunt̃ in ipsis meri tis: sed actus donorũ pertinẽtiũ ad uitã ꝯtẽplatiuã, exprimunt̃ in ꝓmijs rõne iã *dicta. Videre. n. Deum I rñdet dono intellectus, & conformari Deo quadã filiatione adoptiua, pertinet ad donum sapientię.

*In corp. arti.

Ad 2m dicendũ, ꝙ in his, q̃ ꝑtinent ad actiuã ui tã, cognitio nõ q̃rit̃ ꝑꝑ seipsam, sed ꝑꝑ opatione, ut ẽt Philos. dicit in 2.* Ethi. Et iõ q̃a beatitudo ali qđ ultimũ importat, nõ cõputant̃ inter beatitudi nes actus donorũ dirigentiũ in uita actiua, quos. s. eliciunt: sicut cõsiliari est act⁹ cõsilij, & iudicare est actus sciæ: sed magis attribuunt̃ eis act⁹ opatiui in qb⁹ dirigunt̃, sicut sciæ lugere, & cõsilio misereri.

*Ca. 2. to. 5.

Ad 3m dicendũ, ꝙ in attributione beatitudinum ad dona, pñt duo cõsiderari. Quorũ unũ est, cõfor mitas materiæ: & ẽm hoc prime oẽs quinq; beatitu K dines pñt attribui sciæ, & cõsilio, tanquã dirigen tibus: sed inter dona exequẽtia distribuunt̃: ita. s. ꝙ esuries, & sitis iustitiæ, & ẽt misericordia ꝑtineant ad pietatẽ, q̃ ꝑficit hoiem in his, q̃ sunt ad alterũ, mititas aũt ad fortitudinẽ. Dicit. n. *Amb. sup Lucã, ꝙ fortitudinis est irã uincere, indignationẽ cohibe re. est. n. fortitudo circa passiones irascibilis: paup tas uero, & luct⁹ pertinet ad donũ timoris, quo hõ se retrahit à cupiditatib⁹, & delectationib⁹ mundi. Alio mõ possumus in his beatitudinib⁹ cõsiderare motiua ipsarũ, & sic quantũ ad aliqua eorũ oportet aliter attribuere. ꝑcipue. n. ad mãsuetudinẽ monet reuerentia ad Deũ, q̃ pertinet ad pietatẽ: ad lugeñ dũ aũt mouet ꝑcipue scia, per quam hõ cognoscit defectus suos, & rerũ mundanarũ, ẽm illud Eccl. 1. Qui addit sciam, addit, & dolorẽ. Ad esuriendũ aũt iustitiæ opera, ꝑcipue mouet animi fortitudo: ad miserendũ uero, ꝑcipue mouet cõsiliũ Dei, ẽm il lud Dan. 4. Cõsiliũ meũ regi placeat: Peccata tua eleemosynis redime, & iniquitates tuas misericor dijs pauperũ. Et hunc modum attributionis sequi tur Aug. in lib.* de sermone Domini in monte.

*Amb. in suo lib. 5. sup Lucã. cuius titul⁹ est, De serm. Iesu & beatitudini bus pro bonũ to. 5.

*li. 1. c. 5. tom. 4.

Ad 4m dicendũ, ꝙ necesse est beatitudines oẽs, G q̃ in sacra scriptura ponunt̃, ad has reduci uel quan tũ ad merita, uel quantũ ad ꝓmia: q̃a necesse est, ꝙ oẽs pertineant aliquo mõ ad uitã actiuã, uel ad ui tã cõtemplatiuã. vñ qđ dr̃, Beat⁹ uir, q̃ corripitur à Dño, ꝑtinet ad beatitudinẽ luct⁹: qđ uero dr̃, Beat⁹ uir, q̃ nõ abijt in cõsilio impiorũ, ꝑtinet ad mundi tiã cordis: qđ uero dr̃, Beatus uir, q̃ inuenit sapien tiam, pertinet ad pręmium septimæ beatitudinis. Et idem patet de omnibus alijs, quæ pñt induci.

Ad 5m dicendũ, ꝙ octaua beatitudo est q̃dã cõ firmatio, & manifestatio oĩum ꝑcedentiũ. ex hoc . n. ꝙ aliq̃s est cõfirmatus in paupertate spũs, & mi H titate, & alijs sequentibus, ꝓuenit ꝙ ab his bonis ꝑꝑ aliquã persecutionẽ nõ recedit. vñ octaua bea titudo quodãmodo ad septem ꝑcedentes pertinet.

Ad 6m dicendũ, ꝙ Lucas narrat sermonẽ Dñi fa ctũ esse ad turbas. vñ beatitudines enumerant̃ ab eo ẽm capacitatẽ turbarũ, q̃ solã uoluptuosam, & tpalẽ, & terrenã beatitudinẽ nouerũt. vñ Dñs per quatuor beatitudines q̃tuor excludit, q̃ ad ꝑdictã beatitudinẽ ꝑtinere vñr. Quorũ primũ est, abũdãtia bonorũ exteriorũ, qđ excludit ꝑ hoc ꝙ dicit, Beati pauperes. Scđm est, ꝙ sit bene hoĩ quãtũ ad corpus I in cibis, & potibus, & alijs huiusmodi: & hoc exclu dit per ẽm ꝙ ponit, Beati, q̃ esuritis. Tertium est, ꝙ sit hoi bene quantum ad cordis iucunditatẽ: & hoc excludit tertio dicens, Beati, q̃ nunc fletis. Quartũ est, exterior hoium fauor: & hoc excludit quarto dicẽs, Beati eritis cũ uos oderint homines. Et sicut* Amb. dicit paupertas ꝑtinet ad tpantiã, q̃ illecebrosa nõ q̃rit: esuries ad iustitiã, q̃a, qui esurit, cõpatitur, & cõpatiendo largit̃: fletus ad prudentiã, cuius est flere occidua, pati odiũ hominũ ad fortitudinem.

*lib. 5. in Luc. in ca. cuius titu lus est de beatitudi nibus nõ remote a fi. to. 5.

Articvlvs IIII.

Vtrum præmia beatitudinum conuenienter enumerentur.

Medina art. 4.

Ad qvartvm sic ꝓcedit̃. Vr̃ ꝙ ꝓmia beatitudinũ K incõuenienter enumerent̃. In regno. n. cœlo rũ, qđ est uita æterna, bona oĩa cõtinent̃. posito er go regno cœlorũ, nõ oportuit ħ alia ꝓmia ponere.

356. Porrecta per totum. 3. dist. 34. q. 1. art. 4.

¶ 2 Pręt. Regnum cœlorum ponitur pro præmio & in prima beatitudine, & in octaua. ergo ħ eadem ra tione debuit poni in omnibus.

¶ 3 Præt. In beatitudinibus procedit ascendendo, si cut Aug. dicit.* In præmijs aũt vr̃ procedi ħ descen dendo, nã possessio terræ est minus q̃ regnũ cœlo rũ. ergo inconuenienter hmõi præmia assignantur.

*Lib. 1. de ser. dñi in mõte c. 9. nõ remo te a prin. to. 4.

Sed contra est authoritas ipsius Domini, prę mia huiusmodi proponentis.

Respon. Dicẽdum, q̄ præmia ista conuenientissimæ assignantur cõsiderata cõditione beatitudinũ ſm̃ tres beatitudines supra assignatas. Tres.n. primæ beatitudines accipiunt̃ p retractionẽ ab his, in qbus voluptuosa beatitudo consistit, q̃ hõ desiderat qrens id, qđ naturaliter desideratˀ, nõ ubi qrere dẽt.f.in Deo, sed in reb. temporalibus, & caducis: & iõ pmia triũ primarũ beatitudinũ accipiunt̃ ſm̃ ea, q̃ in beatitudine terrena aliq̃ qrunt. Quærũt.n. hoies in reb. exteriorib.f. diuitijs, & honorib. excellentiã quandã, & abundantiã, quorũ utrunque importat regnum cęlorũ, per qđ homo ꝯsequitur excellẽtiam, & abũdantiam bonorum in Deo: & iõ regnũ cęlorum Dñs pauperib. spiritu repromisit. Quęrũt aũt hoies feroces, & immites per litigia, & bella securitatẽ sibi acqrere, inimicos suos destruendo: vñ Dñs repromisit mitibus securã, & quietã possessionẽ terræ uiuentiũ, p q̃ significatur soliditas æternorũ bonorũ. Quærũt aũt hoies in cõcupiscentijs, & delectationibus mundi habere consolarionẽ ꝯ pręsentis vitæ labores: & iõ Dñs consolationẽ uitę lugentibus repromittit. Aliæ uero duæ beatitudines ptinent ad opera actiuæ beatitudinis, q̃ sunt opera virtutũ ordinantiũ hoiem ad proximũ, a quib. operibus aliq̃ retrahunt̃ pp inordinatũ amorẽ proprii boni: & iõ Dñs attribuit illa pmia his beatitudinibus, pp quæ hoies ab eis discedunt. Discedũt.n. aliq̃ ab operibus iustitiæ nõ reddentes debitũ, sed potiᵘˢ aliena rapientes, ut bonis tẽpalib: impleant̃: & ideo Dñs esurientib. iustitiam, saturitatẽ repromisit. Discedunt ẽt aliq̃ ab operib. misericordiæ, ne se immisceãt miseriis alienis: & iõ Dñs misericordib. repromittit misericordiã, p q̃ ab oĩ miseria liberent̃. Aliæ vero duæ vltimæ beatitudines ptinẽt ad cõtẽplatiuã felicitatẽ seu beatitudinẽ: & iõ ſm̃ ꝯueniẽtiã dispositionũ, q̃ ponunt̃ in merito, pmia reddunt̃. nã mũditia oculi disponit ad clare uidẽdũ: vñ mũdis corde diuina uisio repromittit. Cõstituet̃ uero pacẽ, uł in seipso, uł inter alios, manifestat hoiem eẽ Dei imitatorẽ, q̃ ẽ Deus unitatis, & pacis: & iõ p pmijs reddit̃ ei gloria diuinæ filiationis, q̃ est in perfecta coniunctione ad Deum per sapientiã consumatã.

Ad primum ergo dicendũ, q̄ sicut Chrys. dicit, Oĩa pmia ista unũ sunt in re. f. beatitudo æterna, q̃ intellectus humanus non capit: & iõ oportuit q̄ p diuersa bona nobis nota, describereᵗ obseruata cõuementia ad merita, quibus præmia attribuuntur.

Ad 2ᵐ dicendum, q̄ sicut octaua beatitudo est firmitas quędã oĩum beatitudinũ, Ita debentur sibi oĩum beatitudinũ pmia: & iõ redit ad caput, ut intelligant̃ sibi consequenter oĩa pmia attribui. Vel ſm̃ Ambros. pauperib. spiritu repromittit regnũ cælorũ, quantum ad gloriam aĩæ: sed passis persecutionem in corpore, quantum ad gloriam corporis.

Ad 3ᵐ dicendũ, q̄ etiam præmia secundum additionem se habent adinuicem: nam plus est possidere terram regni cęlorũ, quàm simpliciter habere. multa enim habemus, q̃ non firmiter, & pacifice possidemus. Plus ẽ ẽt consolari in regno, quàm habere & possidere: multa enim cum dolore possidemus. Plus est ẽt saturari, quàm simpliciter consolari: nam saturitas abundantiã consolationis importat. Misericordia uero excedit saturitatẽ, ut plus s. homo accipiat, quàm meruerit, uel desiderare potuerit. Adhuc autem maius est Deum uidere: sicut maior est, q̃ in curia regis non solum prandet, sed etiam faciem regis uidet. Summam autem dignitatem in domo regia filius regis habet.

Homil. 15 in Matth. ante mediũ & Hom. 6. ex uarijs locis in Matth.

Lib. 5. in Luc. in c. 6. cuius titulus est de beatitudinibus c. 5.

QVAESTIO LXX.

De fructibus Spiritus sancti, in quatuor articulos diuisa.

DEinde considerandum est de fructibus. Et circa hoc quæruntur quatuor.

¶ Primo, Vtrum fructus Spiritussancti sint actus.
¶ Secundo, Vtrum differant à beatitudinibus.
¶ Tertio, De eorum numero.
¶ Quarto, De oppositione eorum ad opera carnis.

ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrum fructus Spiritus sancti, quos Apostolus nominat ad Galat. 5. sint actus.

Medina artic. 1.

AD primum sic proceditur. Videtur q̄ fructus Spiritussancti, quos Apostolus nominat ad Galat. 5. non sint actus. Id enim cuius est alius fructus, non debet dici fructus, sic enim in infinitum iretur: sed actuum nostrorum est aliqs fructus. dicitur enim Sapient. 4. Bonorum laborum gloriosus est fructus. Et Ioan. 4. Qui metit, mercedem accipit & fructum congregat in vitam æternam. ergo ipsi actus nostri non dicuntur fructus.

¶ 2 Præt. Sicut Aug. dicit in 10. de Tri. Fruimur cognitis, in qbus uoluntas ipsa delectata conquiescit: sed voluntas nostra non dẽt conquiescere in actib. nostris, pp se. ergo actᵘˢ nostri fructᵘˢ dici nõ debẽt.

¶ 3 Pręt. Inter fructus Spiritus sancti enumerant̃ ab Apostolo aliq̃ virtutes. s. charitas, mansuetudo fides, & castitas: virtutes aũt nõ sunt actus, sed habitus, vt s. dictum est. ergo fructus non sunt actus.

Sed contra est, q̄ dr̃ Matth. 12. Ex fructu arbor cognoscitur. i. ex operib. suis homo, ut ibi exponitur a sanctis. ergo ipsi actus humani dicuntur fructus.

Resp. Dicendũ, q̄ nomen fructus à corporalibᵘˢ ad spiritualia est translatum. Dicitur autem in corporalibus fructus id, quod ex planta producit, cum ad perfectionem peruenerit, & quandam in se suauitatem habet. Qui quidem fructus ad duo comparari potest. f. ad arborem producentẽ ipsum, & ad hominem, qui fructum ex arbore adipiscitur. secũdum hoc igitur, nomẽ fructus in rebus spiritualib. dupliciter accipere possumus. Vno modo, ut dicat̃ fructus hominis quasi arboris id, qđ ab eo producitur. Alio modo, ut dicatur fructus hoĩs id, qđ homo adipiscitur: non aũt omne id, quod adipiscit̃ homo, habet rõnem fructus, sed id, qđ est ultimũ delectationem habens. Habet.n. homo agrũ, & arborem, q̃ fructus non dñr, sed solum id, quod est vltimum, quod. f. ex agro, & arbore homo intẽdit habere: & secundum hoc fructus hoĩs dicitur ultimᵘˢ hominis finis, quo debet frui. Si autem dicatur fructus hominis id, quod ex homine producitur, sic ipsi actus humani fructus dicuntur. Operatio.n. est actus secundus operantis, & delectationẽ habet, si sit cõueniẽs operanti. Si igit operatio hoĩs pcedat

Sup. e. 20. per totum.

Gal. 5. lec. 6. co. 1. & 2.

Cap. 10. paulo a princ. t. 5.

q. 55. ar. 1.

ab hoīe ſm facultatē ſuæ rōnis, ſic dr̄ eſſe fruct⁹ rōnis: ſi vero ꝓcedat ab hoīe ſm altiorē uirtutem, q̄ eſt uirtus Spiritus ſancti, ſic dr̄ eſſe operatio hoīs fructus Spirit⁹ ſancti, quaſi cuiuſdā diuini ſeminis. Dicitur in 1. Ioan. 3. Oīs, qui natus eſt ex Deo, peccatum non facit, quoniā ſemen ipſius in eo manet.

concl.

AD PRIMVM ergo dicendū, ꝙ cū fructus habeat quodāmō rōnē ultimi, & finis, nihil ꝓhibet alicui⁹ fructus eſſe aliū fructū, ſicut finis ad finē ordinatur: Opera igitur noſtra inquantū ſunt effectus qdā Spiritus ſancti in nobis operantis, habent rōnē fruct⁹. ſed inquantum ordinantur ad finem uitę æternę, ſic magis habēt rationem florum. unde dicitur Eccleſ. 24. Flores mei fructus honoris, & honeſtatis.

AD 2m dicēdum, ꝙ cum dr̄ uolūtas in aliquo ꝑꝑ ſe delectari, pōt intelligi dupliciter. Vno mō ſm qd ly, ꝑꝑ dicit cām finalē, & ſic ꝑꝑ ſe ñ delectatur aliqs niſi i vltimo fine. Alio mō ſm qd deſignat cām formalem, & ſic ꝑꝑ ſe aliquis pōt delectari in oī eo, quod delectabile eſt ſm ſuam formam: ſicut patet ꝙ infirmus delectatur in ſanitate ꝑꝑ ſe, ſicut in fine: in medicina aūt ſuaui non ſicut in fine, ſed ſicut in habente ſaporē delectabilē: in medicina aūt auſtera nullo mō ꝑꝑ ſe, ſed ſolum ꝑꝑ aliud. Sic igit dicēdū eſt, ꝙ in Deo delectari dēt hō ꝑꝑ ſe, ſicut ꝑꝑ vltimum finem: in actibus autem virtuoſis non ſicut ꝑꝑ finem, ſed propter honeſtatem, quam continet delectabile in uirtuoſis. vnde Amb. dicit* quòd opera virtutum dicuntur fructus, quia ſuos poſſeſſores ſancta, & ſyncera delectatione reficiunt.

*In li. de Paradiſo, ca. 13. ad finem, t. 4.

AD 3m dicēdū, ꝙ noīa virtutum ſumuntur qñq; pro actibus earum, ſicut Aug. dicit, † ꝙ fides eſt credere quod non uides: & charitas eſt motus animi ad diligendum Deum, & proximum. & hoc mō ſumuntur nomina virtutū in enumeratione fructuū.

†Ser. 27. de verbis Apoſt. hī 1. parte huius. Scdã vero li. 3. de doct. Chri. c. 10. t. 3. & in Enchirid. cap. 8.

ARTICVLVS II.

Vtrum fructus à beatitudinibus differant.

Medina artic. 2.

*Gal. 5. lect. 9.

358 Porrecta per totum.

*q. 69. ar. 3.

AD SECVNDVM ſic ꝓcedit. Vr̄ ꝙ fructus à beatitudinibus non differant. Beatitudines. n. attribuuntur donis, ut ſ. dictū eſt:* ſed dona ꝑficiunt hominem ſecundū quod mouetur à Spiritu ſancto. ergo beatitudines ipſæ ſunt fructus Spiritu ſancti.

¶ 2 Præt. Sicut ſe hēt fructus vitæ ęternæ ad beatitudinem futurā, q̄ eſt rei, ita ſe habent fructus ꝑſentis vitę ad beatitudinē ꝑſentis uitæ, quæ eſt ſpei ſed fructus uitæ æternæ eſt ipſa beatitudo futura. ergo fructus uitæ præſentis ſunt ipſę beatitudines.

¶ 3 Præt. De rōne fructus eſt, ꝙ ſit quiddā ultimū, & delectabile: ſed hoc ꝑtinet ad rōnē beatitudinis, vt ſupra dictum eſt.* ergo eadem rō eſt fructus, & beatitudinis. ergo non debent abinuicem diſtingui.

*Q. 3. & 4. arti.

SED CONTRA. Quorum ſpēs ſunt diuerſæ, ipſa quoq; ſunt diuerſa: ſed in diuerſas partes diuidunt & fructus, & beatitudines, vt patet ꝑ numerationē vtrorumq;. ergo fructus differunt a beatitudinib.

RESP. Dicendum, ꝙ plus requirit ad rōnē beatitudinis, q̄ ad rōnē fructus. nā ad rōnē fructus ſufficit, ꝙ ſit aliqd habens rōnē ultimi, & delectabilis: ſed ad rōnē beatitudinis ulterius requirit, ꝙ ſit aliquid ꝑfectum, & excellens, vnde oēs beatitudines poſſunt dici fructus, ſed non conuertit. ſunt enim fructus quæcunq; virtuoſa opera, in qbus hō delectatur: ſed beatitudines dñr ſolum perfecta opera, quæ ēt ratione ſuæ perfectionis magis attribuūtur donis, quàm uirtutibus, ut ſupra dictum eſt.*

concl.

*Q. 69. ar. 1. & 3.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd ratio illa ꝓbat, quòd beatitudines ſint fructus, non autem ꝙ omnes fructus beatitudines ſint.

AD 2m dicendum, quod fructus uitæ æternæ eſt ſimpliciter ultimus, & perfectus: & iō in nullo diſtinguitur à beatitudine æterna futura. Fruct⁹ aūt ꝑſentis uitæ non ſunt ſimpliciter ultimi, & perfecti: & ideo non omnes fructus ſunt beatitudines.

AD 3m dicendum, ꝙ aliquid amplius eſt de rōne beatitudinis, q̄ de ratione fructus, ut dictum eſt.*

*In corp. art.

ARTICVLVS III.

Vtrum fructus conuenienter enumerentur ab Apoſtolo.

359 Porrecta per totum. 3. d. 34. q. 1. ar. 5. co. Et uit. q. 2. ar. 2. ad 12. Et Galat. 5. le. 6.

AD TERTIVM ſic proceditur. Vr̄ ꝙ Apoſtolus inconuenienter enumerat ad Gal. 5. duodecim fructus. Alibi enim dicit eſſe tantum unū fructum ꝑſentis uitæ, ſecundum illud Rom. 6. Habetis fructū veſtrū in ſanctificatione. Et Iſa. 27. dicitur. Hic eſt omnis fructus, ut auferatur peccatum. non ergo ponendi ſunt duodecim fructus.

¶ 2 Præt. Fructus eſt, q ſpirituali ſemine exoritur, vt dictum eſt:* ſed Dñs Matt. 13. ponit triplicem terræ bonæ fructū ex ſpirituali ſemine prouenientem, ſ. centeſimum, ſexageſimum, & trigeſimum. ergo non ſunt ponendi duodecim fructus.

*Ar. 1. huius q.

¶ 3 Præt. Fructus habet in ſui ratione, quòd ſit ultimum, & delectabile: ſed ratio iſta non inuenitur in oībus fructibus ab Apoſtolo enumeratis. Patientia enim, & longanimitas uidentur in rebus contriſtantibus eſſe: fides autem non habet rōnē ultimi, ſed magis rationem primi fundamenti. ſuperflue igitur huiuſmodi fructus enumerantur.

SED CONTRA. Videtur ꝙ inſufficienter, & diminute enumerentur. Dictū eſt enim,* ꝙ oēs beatitudines fructus dici poſſunt, ſed non omnes hic enumerantur: nihil enim hic ponitur ad actum ſapientiæ pertinens, & multarum aliarum uirtutum. ergo uidetur quòd inſufficienter enumerentur fructus.

*Ar. præc.

RESP. Dicendum, ꝙ numerus duodecim fructuum ab Apoſtolo enumeratorū cōueniens eſt, & poſſunt ſignificari ꝑ duodecim fructus, de quibus dicitur Apocal. vlt. Ex utraque parte fluminis lignum uitæ, afferens fructus duodecim. Quia uero fructus dr̄, quod ex aliquo principio procedit ſicut ex ſemine, uel radice, attendēda eſt diſtinctio horum fructuum ſm diuerſum proceſſum Spiritus ſancti in nobis, qui quidem proceſſus attenditur ſecundum hoc, ut in primo mens hominis in ſeipſa ordinetur: ſecundo uero ordinetur ad ea, quæ ſunt iuxta: tertio uero ad ea, quæ ſunt infra. Tūc autem bene mens hominis diſponitur in ſeipſa, quando mens hoīs bene ſe habet in bonis, & in malis. Prima aūt diſpoſitio mentis humanæ ad bonū, eſt per amorem, qui eſt prima affectio, & omniū affectionum radix, ut ſupra dictum eſt:* & ideo inter fructus ſpiritus primo ponit charitas, in qua ſpecialiter Spiritus ſanctus datur ſicut in ꝓpria ſimilitudine

concl.

*Q. 25. ar. 1. & 2.

dine

dine, cũ & ipse sit amor. Vnde dr̃ Rom. 5. Charitas Dei diffusa est in cordibus nr̃is per Spiritũ sanctũ, qui datus est nobis. Ad amorẽ aũt charitatis ex necessitate sequit̃ gaudiũ: oĩs.n. amans gaudet ex coniunctione amati. charitas aũt semper hẽt pñsentem Deũ quẽ amat, ſm illud 1. Io. 4. Qui manet in charitate, in Deo manet, & Deus in eo. Vnde sequela charitatis est gaudiũ: pfectio autem gaudij est pax quãtũ ad duo. Primo qdẽ, quantũ ad qetẽ ab exteriorib^9 cõturbantibus. Non.n. põt pfecte gaudere de bono amato, qui in eius fruitione ab alijs pturbat̃. & iterũ, Qui pfecte cor hẽt in uno pacatum, à nullo alio molestari põt, cũ alia quasi nihil reputet. vnde dr̃ in psal. 118. Pax multa diligentib. legẽ tuã, & nõ est illis scandalũ: quia.s. ab exteriorib. nõ perturbant̃, quin Deo fruant̃. Secundo, quantũ ad sedationẽ desiderij fluctuantis: nõ.n. pfecte gaudet de aliquo, cui nõ sufficit id, de quo gaudet. Hęc aũt duo importat pax.s. ut neq; ab exterioribus pturbemur, & ut desideria nr̃a quiescant in uno: vñ post charitatẽ, & gaudiũ, tertio ponit̃ pax. In malis aũt bene se hẽt mens quantũ ad duo. Primo qdẽ, ut nõ pturbet̃ mens per imminẽtiã malorũ, qd̃ pertinet ad patientiã. Scd̃o, ut non perturbet̃ in dilatione bonorũ, qd̃ pertinet ad longanimitatẽ: nam carere bono, habet rationem mali, ut dicitur in 5.* Ethic.

*Cap. 1. & 9. circa finẽ to. 5.

Ad id aũt qd̃ est iuxta hoiem.s. proximum, bene disponit̃ mens hoĩs. Primo quidẽ, quantũ ad uoluntatẽ bene faciendi, & ad hoc ptinet bonitas. Scd̃o, quantũ ad beneficentiæ executionẽ, & ad hoc ptinet benignitas, dñr.n. benigni, quos bonus ignis amoris feruere facit ad benefaciẽdũ proximis. Tertio, quantũ ad hoc, ꝙ æquanimiter tolerent̃ mala ab eis illata: & ad hoc ptinet mansuetudo, q̃ cohibet iras. Quarto, quantũ ad hoc, ꝙ non solum per irã proximis non noceamus, sed ẽt neq; p fraudẽ, uel per dolũ: & ad hoc pertinet fides, si pro fidelitate sumatur. sed si sumatur pro fide, qua creditur in Deum, sic per hanc ordinatur homo ad id, qd̃ est supra se, ut scilicet homo intellectum suum Deo subijciat, & per cõsequens omnia, quæ ipsius sunt.

Sed ad id, qd̃ infra est, bene disponit̃ hõ, primo quidẽ quantũ ad exteriores actiones per modestiã, quæ in oĩbus dictis, & factis modũ obseruat: quantũ ad interiores cõcupiscẽtias p cõtinẽtiã, & castitatẽ, siue hæc duo distinguant̃ p hoc, ꝙ castitas refrænat hoiem ab illicitis, ꝯtinẽtia uerò à licitis: siue p hoc, ꝙ ꝯtinẽs patitur cõcupiscẽtias, sed nõ deducitur: castitas aũt neq; patitur, neque deducitur.

Ad primum ergo dicendũ, ꝙ sanctificatio fit p oẽs uirtutes, p quas ẽt peccata tollunt̃. vñ fructus ibi singulariter noĩatur p uirtutẽ gñis, qd̃ in multas species diuiditur, ſm quas dñr multi fructus.

Ad 2^m dicendũ, ꝙ fructus cẽtesimus, sexagesimus, & trigesimus nõ diuersificantur ſm diuersas species uirtuosorũ actuum, sed ſm diuersos perfectionis gradus ẽt unius uirtutis: sicut cõtinentia cõiugalis dr̃ significari per fructum trigesimum, cõtinentia uidualis per sexagesimum, uirginalis aũt p centesimũ. Et alijs ẽt modis sancti distinguunt tres euãgelicos fructus ſcd̃m tres gradus uirtutis, & ponuntur tres gradus, quia cuiuslibet rei perfectio attenditur secundum principium, medium, & finem.

Ad 3^m dicendum, ꝙ hoc ipsum qd̃ est in tristitijs non perturbari, rõnem delectabilis habet: & si des ẽt si accipiatur prout est fundamentum, habet quandam rõnem ultimi, & delectabilis, secundum quod continet certitudinem. Vnde glo. exponit, Fides, idest, de inuisibilibus certitudo.

Ad 4^m dicendũ, ꝙ sicut* Aug. dicit s. epistolã ad Gal. Apostol^9 nõ hoc ita suscepit, ut doceret quot sũt, uel opera carnis, uel fruct^9 spiritus: sed ut ostẽderet in quo genere illa uitãda, illa uero sectanda sint. Vnde potuissent, uel plures, uel ẽt pauciores fruct^9 enumerari: & tñ oẽs donorũ, & uirtutũ act^9 põt ſm quandã cõuenientiã ad hæc reduci, ſcd̃m qd̃ oẽs uirtutes, & dona necesse est ꝙ ordinẽt mẽtem aliquo pdictorũ modorũ. Vnde, & actus sapiẽtiæ, & quorumcũq; donorũ ordinantium ad bonũ, reducuntur ad charitatẽ, gaudium, & pacem. Iõ tñ potius hæc, q̃ alia enumerauit: quia hic enumerata magis importãt, uel fruitionẽ bonorũ, uel sedationem malorũ, quod v̄r ad rõnem fructus pertinere.

*In expositione c. 5. ad Gal. aliquãtulum ante finẽ to. 4.

ARTICVLVS IIII.

Vtrum fructus Spiritus sancti contrarientur operibus carnis.

160 Porrecta per totum. Gal. 5. leo. 6. fin.

Ad quartum sic procedit̃. V̄r ꝙ fructus nõ ꝯtrarient operib. carnis, q̃ Apostolus enumerat. Contraria.n. sũt i eodẽ gñe: sed opera carnis nõ dicunt̃ fructus, ergo fructus Spirit^9 eis nõ cõtrariant̃.

¶ 2 Præt. Vnũ uni est contrariũ: sed plura ennmerat Apostolus opera carnis, q̃ fructus spiritus. ergo fructus spiritus, & opera carnis nõ contrariantur.

¶ 3 Præt. Inter fructus spiritus primo ponũtur charitas, gaudium, & pax, quibus nõ correspõdẽt ea, quæ primo enumerant inter opera carnis, q̃ sunt fornicatio, immunditia, & impudicitia. ergo fructus spiritus non contrariantur operibus carnis.

Sed contra est, qd̃ Apost. dicit ibidẽ, ꝙ caro cõcupiscit aduersus spiritũ, & spirit^9 aduersus carnẽ.

Resp. Dicendũ, ꝙ opera carnis, & fructus spiritus põt accipi dupliciter. Vno modo, ſm cõem rõnem, & ſm hoc mõ in cõi fructus Spũs sancti cõtrariantur operibus carnis. Spiritus.n. sanctus mouet humanã mentẽ ad id, qd̃ est ſm rõnem, uel potius ad id, qd̃ est supra rõnem: appetitus autem carnis, qui est appetitus sensitiuus, trahit ad bona sensibilia, quę sunt infra hoiem. vnde sicut mot^9 sursum, & motus deorsum cõtrariantur in naturalibus: ita in operibus humanis contrariant̃ opera carnis fructibus spiritus. Alio modo põt considerari ſm prias rõnes singulorũ fructuũ enumeratorũ, & operũ carnis. & sic non oportet, ꝙ singula singulis ꝯponantur, quia sicut* dictũ est, Apostolus non intendit enumerare omnia opera spiritualia, nec oĩa opera carnalia. Sed tñ ſm quandã adaptationem Aug.* super epistolã ad Galat. cõtraponit singulis operib. carnis singulos frctus* sicut fornicationi, q̃ est amor explendæ libidinis à legitimo cõnubio solutus, opponitur charitas, per quam anima coniungitur Deo, in qua etiam est uera castitas: immunditiæ aũt sunt omnes perturbationes de illa for-

concl. *ar. præc. concl. *Loco citato art. præc. ad 4.

nicatione cõceptæ, q̃bus gaudiũ trãquillitatis opponitur. Idolorũ aũt seruitus, per quã bellũ est gestũ aduersus euangeliũ Dei, opponiť paci. Contra ueneficia aũt, inimicitias, & contentiones, animositates, æmulationes, & dissensiones opponunť longanimitas ad sustinendũ mala hominũ, inter quos uiuimus, & ad curandũ benignitas, & ad ignoscẽdũ bonitas. Hæresib* aũt opponiť fides: inuidiæ mansuetudo: ebrietatib* & comessationibus cõtinẽtia.

Ad primum ergo dicendũ, φ id, qđ ꝓcedit ab arbore ꝯ naturã arboris, nõ dr̃ esse fruct* eius, sed magis corruptio q̃dã. Et q̃a uirtutũ opera sunt connaturalia rõni, opa uero uitiorũ sunt ꝯ rõnẽ: ideo G opera uirtutũ fruct* dñt, non aũt opera uitiorum. *Cap. 4. par. 4. in ter me. & finem.

Ad 2m dicendũ, φ bonũ cõtingit uno mõ, malũ uero omnifariã, ut* Diony. dicit 4. ca. de di. no. Vnde, & uni uirtuti plura uitia opponunť: & pp hoc ñ est mirũ, si plura ponunť opa carnis, q̃ fruct* spũs.

Ad 3m patet solutio ex* dictis. *In corp. arti.

F corporalium, uel quarumcunque rerum.

¶ 2 Præt. Virtus nominat quandam perfectionẽ* potentiæ: sed uitium nihil nominat ad potentiam pertinens. ergo uitium non contrariatur uirtuti.

¶ 3 Præt. Tullius dicit in 4. de Tusc. quæstionibus, φ uirtus est quædam sanitas animæ. sanitati aũt opponitur ægritudo, uel morbus, magis quàm uitiũ. ergo uirtuti non contrariatur uitium. *Lib. 4. in fol. 6. a prin. lib.

Sed contra est, qđ dicit* Aug. in li. de Perfectione iustitię, φ uitiũ est qualitas, ẽm quam malus est aĩus: uirtus aũt est qualitas, quæ facit bonũ hõiem, ut ex supradictis patet. ergo uitiũ ꝯriatur uirtuti. *Circa fi nem 4. ra tiocina nonis, to. 7. *q. 55. ar. 3. & 4.

Resp. Dicendũ, φ circa uirtutem duo possumus considerare. s. ipsam essentiã uirtutis, & id, ad quod est uirtus. In essentia qđe uirtutis aliqđ cõsiderari põt directe, & aliqđ ex ꝯñti. Directe quidẽ uirtus importat dispõnem quandã alicuius conuenienter se habentis ẽm modũ suæ naturæ. Vnde Philosoph. dicit in 7.* Phys. φ uirtus est dispõ perfecti ad optimũ, dico aũt perfecti, qđ est dispositũ ẽm naturã. ex cõsequenti aũt sequiť, φ uirtus sit bonitas q̃dã. In hoc. n. cõsistit uniuscuiusq; rei bonitas, φ conueniẽter se hẽt ẽm modũ suæ naturæ. Id, aũt, ad qđ uirtus ordinať, est act* bonus, ut ex supradictis patet.* Scđm hoc igiť tria inueniunť opponi uirtuti*, quorũ ũ ũ est peccatum, qđ opponiť sibi ex parte eius, ad qđ uirtus ordinať. Nã pcĩm proprie noiat actũ inordinatũ: sicut actus uirtutis est act* ordinatus, & debitus. Scđm aũt qđ ad rõnẽ uirtutis consequitur, φ sit bonitas quædã, opponiť uirtuti malitia: sed ẽm id, qđ directe est de rõne uirtutis, opponiť uirtuti uitiũ. Vitium. n. uniuscuiusq; rei esse vř, φ non sit disposita ẽm quod conuenit suæ naturę. Vnde Aug. dicit in 3.* de lib. arb. Quod perfectioni naturæ deesse perspexeris, id uoca uitium. H *Li. 7. tex. 17. to. 2. *concl. m. *q. 56. ar. 3. *Cap. 14. in fin to. 1.

I Ad primum ergo dicẽdũ, φ illa tria non contrariantur uirtuti secundum idem, sed peccatũ quidẽ contrariatur, secundum quod uirtus est operatiua boni: malitia autem secundum quod est bonitas q̃dam: uitium autem proprie ẽm quod est uirtus.

Ad 2m dicendũ, φ uirtus nõ solũ importat perfectionẽ potẽtiæ, q̃ est principiũ agẽdi: sed ẽt importat debitã dispõnẽ ei*, cui* est uirtus. & hoc iõ: q̃a unũquodq; operať ẽm qđ actu est. Requiriť ergo φ aliqđ sit in se benedispositũ, qđ dẽt esse boni operatiuum, & ẽm hoc uirtuti uitium opponitur.

K Ad 3m dicendum, φ sicut Tull. dicit in 4. de Tuscu. quæst. Morbi, & ęgrotationes partes sũt uitiositatis. In corporibus. n. morborũ appellat toti* corporis corruptionẽ, puta febrẽ, uel aliqđ hmõi: ęgrotationẽ uero morbũ cũ imbecillitate: uitiũ aũt, cũ partes corporis inter se dissident. Et quamuis in corpore q̃nq; sit morbus sine ægrotatione, puta, cũ aliquis est interius male dispositus: nõ tñ exteri* pt* pe[d]itur à solitis operationibus. In aĩo tñ, ut* ipse dicit, hæc duo non pñt nisi cogitatione secerni. Necesse est. n. φ q̃ncunq; aliqs interius est male dispositus hñs inordinatũ affectũ, φ ex hoc imbecillis reddať ad debitas opationes exercẽdas: q̃a unaquæq; arbor ex suo fructu cognoscitur, idest, homo ex opere, ut dicitur Matth. 12. sed uitium animi *Li. 4. nõ multũ te mote ante med. li. *Li. 4. Tusc. quæst. in fol. 6. a prin. lib.

SVPER Q. LXXI.

IN tit. q 71. & articulorum aduerte Nou-te, φ licet tractando de uirtutib. non fuerit distinctũ de uirtutis habitu, & actu eius l uocabulis, quia caremus illis nominibus: tñ in hoc tractatu habemus nomina, & uitij quidẽ nomine habitũ uitij significamus: peccati aũt nomine actũ ipsum uitij. pp qđ author utrunq; ponit in principio q̃t onis & in articulis distincte q̃tit de eis. Attentus ergo esto q̃ñ de uitio, & quando de peccato est sermo.

SVPER Q. LXXI. ARTIC. I.

IN 1. artic. memor esto doctrinæ posterioristicæ de p se, & p se 2do, & essentialiter: & uidere poteris, φ sicut hoĩ conuenit primo rationale, & consequenter animal, ita uirtuti sua differentia cõstitutiua, & consequenter cõmune pdicatũ essentiale, l. esse bonitatem. Manda quoq; memoriæ oppositionẽ, & distinctionem horũ triũ, uitij peccati, & malitiæ, ut possis intelligere sequentia.

QVAESTIO LXXI.

De uitijs, & peccatis, in sex articulos diuisa.



Consequenter considerãdum est de uitijs, & peccatis.

Circa quæ sex consideranda occurrunt. Primo quidẽ, de ipsis uitijs, & peccatis ẽm se. Secũdo, de distinctione eorũ. Tertio, de comparatione eorum adinuicẽ. Quarto, de subiecto peccati. Quinto, de causa eius. Sexto, de effectu ipsius.

Circa primum quæruntur sex.

¶ Primo, Vtrum uitium contrarietur uirtuti.

¶ Secundo, Vtrum uitium sit cõtra naturam.

¶ Tertio, Quid sit peius, utrum uitium, uel actus uitiosus.

¶ Quarto, Vtrum actus uitiosus possit esse simul cum uirtute.

¶ Quinto, Vtrum in omni peccato sit aliquis actus.

¶ Sexto, De diffinitione peccati, quam Aug. ponit 22. contra Faustum, Peccatum est dictũ, uel factum, uel concupitum contra legem æternam.

ARTICVLVS I.

Vtrum uitium contrarietur uirtuti.

Medina art. 1.

AD primum sic proceditur. Videť φ uitiũ non contrarietur uirtuti.* Vni. n. unum est ꝯrium, ut probatur in 10. Metaph. sed uirtuti ꝯriantur peccatum, & malitia. non ergo cõtrariatur ei uitium, quia uitiũ dicitur etiam si sit indebita dispositio membrorum

370 *Pe resta per totum sup. q. 68. ar. 1. ad 1. & 2. & 1. ter. q. 54. a. 6 ad 1. Et uir. q. 1 ar. 1. ad 1. & 5. & q. 1. ar. 13. corp. *tex. 17.

eod li. nō remotam se med. ut Tul. ibid. dicit, est habitus, aut affectio aĩ in tota uita incōstãs, & a seipsa dissentiens. q̃ quidẽ inueniẽtur ẽt absq; morbo, uel ægrotatione, ut pote cũ ali qs ex infirmitate, uel ex passione peccat. usi i plus se hẽt uitiũ, q̃ ægrotatio, uel morb. sicut ẽt uirtus i plus se hẽt, quã sanitas. nam sanitas ẽt quædam uir te. 7. 10. a tus ponitur in 7. phys.* & ideo uirtuti cōueniẽtius opponitur uitium, quam ægrotatio, uel morbus.

SVPER QVÆST.

LXXI.

ART. II.

Medina ar. 2.

¶Ad rationem antem Scoti, quòd peccatum sit priuatio, scilicet quia peccans ex hoc peccat, quòd actum uolūtarium facit absque concordia ad legem, & actus ipse uoluntarius ideo est peccatum, quia potest esse concors regulæ. ergo præcisa ratio peccati est priuatio concordiæ ad legem. Facile respondetur dicēdo, quòd insufficienter resoluit peccatum: tr b. namque existentib. in ipso, duo tantum considerauit. Est enim in peccato intemperantiæ actus uoluntarios, qui est materia bonitatis, & malitiæ moralis: est & malitia moralis contraria temperātiæ, puta, intemperantiæ forma: est & consequens priuatio rectitudinis temperantiæ debitæ illi actui uoluntario. Et licet primum non sit formale peccatum: non sequitur, ergo tertiū, stat enim q sit secundum, sicut in ueritate probatum est asse. Et hæc pro præcedente articulo, & primo dubio Et ad secundum descendamus, dicendo q processus literæ nō est directe ab torētuoe ad peccatū, sed iuxta scđm modū tactū in arguēdo à peccato in ordine ad peccantē ad peccatum scđm se. Nec est processus à scđm quid ad simpliciter: sicut esset arguere à peccato, ut est malum simpliciter, ad peccatū scđm se. Et ratio est, quia peccatū secun

A dum ista totū, & ambas eius partes, s. contrariā, & priuatiuā, intētum habet rōnem peccati, inquantum est à peccante. Intemperantia. n. neq; contraria est rōni, neque priuat rectitudinem rōnis, nisi ut est à peccante: non n. est peccatū nisi peccātis. Et usq; adeo est uerū hoc, q si nullius peccantis esset peccatū non esset. unde intemperantia cōtraria in ordine ad Deū, à quo est, nō est peccatū, & inordinatā concomitās nō cōcomitatur ipsam nisi quatenus est à peccāte Loquis ergo de peccato ut est à peccāte, & de peccato scđm se, idē est: quia scđm se sumptum claudit in sua rōne esse à peccante, sic qđ ex hoc sortitur peccati rōnem: & qm peccatū est à peccante ex hoc, q eius uoluntate est uoluntarium, qđ per intentionem, quę est respectu finis, qui est propriū obiectū uoluntatis, exprimitur, consequens est q peccatū in ord ne ad peccantē, & ad intentionem peccantis, & ut uoluntariū, & scđm se, idem sunt. Et processus literæ ex hoc, q peccatum ut peccatum, est uolūtariū uoluntate peccantis, inferens q specifice distingui, dēt scđm differētias uolūtarii p se, & nō uoluntarii p accidens, est processus optimus à simpliciter ad simpliciter, & nō à scđm quid ad simpliciter. Fuisset autē à scđm quid ad simpliciter, immo ab accidēte ad substantiam, argueret ab inordinatione: quoniam illa est peccatum inquantum uoluntaria & quia non est uoluntaria nisi per accidens, non est peccatum nisi per accidens, per actum scilicet cōtrariū quē cōcomitatur ut est à peccāte. Et ex his patet, q si etiā procederatur à specie intentionis peccantis ad speciem peccati, non esset error: quoniam intentio peccantis ut sic, peccatum est, & inordinata contrarie & priuatiue, sicut cætera peccata.

D. 147. 785.

*q. 18. ar. 2. 992. concl. m

D. 987.

*q. 60. ar. 5.

E

¶In eodem. t. art. 7a q. in sōlutiona ad scđm, dubium occurrit, ex eo q author dicit, q si peccata distinguerentur scđm oppositas uirtutes, in idem rediret, s. q distinguerentur scđm obiecta. hoc. n. repugnat nunc dicto, s. q si distinguerentur scđm oppositas uirtutes, non posset haberi distinctio specifica peccatorū, sed multa peccata distincta specie essent eiusdem speciei.

¶Ad hoc dicitur, quòd intentio authoris est, quòd in idem rediret quoad hoc, quòd distinguerentur per obiecta, quia uirtutes distinguuntur per obiecta: sed non in idem rediret, quoad hoc, quòd haberentur distinctiua propria usque ad species specialissimas uirtutum, & peccatorum: sicut etiam non rediret in idem quoad hoc, quòd haberent proprie species nam priuationes specificæ non sunt proprie species, sed priuationes specierum unde nihil obstant uerba hic authoris determinationi factæ. Et ex hoc articulo nota regulam, quòd id quod concurrit per accidens, quāmuis necessario, nō dat speciē peccato.

SVPER

SVPER Q. LXXII. ART. II.

Medina ar. 2.

577 *Porrecta per totum* Inf. q. 71. a. 5. co. Et 1. 2. q. 118. a. 6. co. Et 1. corp. 6. lec. 3. Et 2. corp. 7.

IN 2. arti. nihil scribendũ occurrit, nisi ut notes in principio corporis, quod I ois peccato inuenit appetit⁹ alicuius boni cõmutabilis, & inordinatio: & consequenter in oi peccato uera est doctrina supradicta de specificatione ex parte cõuersionis, & non auersionis.

ARTICVLVS II.

Vtrum conuenienter distinguantur peccata spiritualia a carnalibus.

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur quod inconuenienter distinguantur peccata spiritualia à carnalibus. Dicit. n. Apostol⁹ ad Galat. 5. Manifesta sunt opera carnis, quæ sunt fornicatio, immũdatia, impudicitia, luxuria, idolorum seruitus, ueneficia &c. ex quo vr quod oia peccatorũ genera sunt opera carnis: sed peccata carnalia dicuntur opera carnis. ergo nõ sunt distinguenda peccata carnalia à spiritualibus.

¶ 2 Præt. Quicunq; peccat, sm carnẽ ambulat, sm illud Ro. 8. Si sm carnẽ uixeritis, moriemini: si aũt spiritu facta carnis mortificaueritis, uiuetis. sed uir tute, uel ambulare sm carnẽ, vr ptinere ad rõnem peccati carnalis. ergo oia peccata sũt carnalia. si er go sũt distinguenda peccata carnalia à spiritualib.

¶ 3 Præt. Superior pars aiæ, quæ est mẽs, uel ratio, spiritus nominatur, scdm illud Ephes. 4. Renouamini spiritu mentis uestræ. ubi spiritus pro rõne ponit, ut ibi glo. dicit: sed oẽ peccatũ, qđ scdm carnẽ cõmittit, à rõne deriuatur per consensum: quia superioris rationis est consentire in actum peccati, ut infra dicetur. ergo eadẽ peccata sunt carnalia, & spiritualia. non ergo sunt distinguenda adinuicem.

*In gloss. ordinar. & interli neari ibidem. *q. 74. ar. 7.

¶ 4 Præt. Si aliqua peccata spãliter sũt carnalia, hoc potissimẽ intelligendũ vr de illis peccatis, qb. in corp⁹ suũ peccat aliqs: sed sicut Apostol⁹ dicit 1. ad Cor. 6. Oẽ peccatũ qđcunq; fecerit hõ, extra corpus est: qui aũt fornicat, in corp⁹ suũ peccat. ergo sola fornicatio esset peccatũ carnale, cũ tñ Apostol⁹ ad Eph. 5. ẽt auaritiã carnalib. peccatis annumeret.

SED CONTRA est, quod Gregor. 31. Moral. dicit, quod septem capitalium uitiorum, quinque sunt spiritualia, & duo carnalia.

*Cap. 31. a med.

RESP. Dicendũ, quod sicut dictũ est, peccata recipiũt speciẽ ex obiectis. Omne aũt peccatũ cõsistit in appetitu alicuius cõmutabilis boni, qđ inordinate appetit, & põns in eo iã habito inordinate ali qs delectat. ut aũt ex superiorib. patet, duplex est delectatio. Vna qdẽ aĩalis, quæ cõsummat in sola apprehensione alicui⁹ rei ad uotũ habitæ, & hæc ẽt pôt dici delectatio spũalis: sicut cũ aliqs delectat in lau de humana, uel i aliquo hmõi. Alia uero delectatio ẽ corporalis, siue nãlis, quæ in ipso tactu corporali pficit, quæ pôt ẽt dici delectatio carnalis. Sic igit illa peccata, quæ pficiunt in delectatione spũali, uocant peccata spũalia: illa uero, quæ pficiunt in delectatiõe carnali, nocant peccata carnalia: sicut gula, quæ pficit i dlectatione ciborũ: & luxuria, quæ pcit i delectatione uenereorũ: vñ & Apostolus dicit 2. ad Cor. 7. Emundemus nos ab omni inquinamento carnis, & spiritus.

*Art. pce. *q. 31. ar. 4. *concl.

AD PRIMVM ergo dicendũ, quod sicut gl. ibidẽ dicit, illa uitia dicunt opera carnis, nõ qa in uoluptate carnis pficiant, sed caro sumit ibi p hoie, quæ dũ sm se uiuit, sm carnẽ uiuere dr, ut ẽt Aug. dicit 41. de ci. Dei. Et huius ratio est ex hoc, quod ois rõnis humanæ defectus ex sensu carnali aliquo mõ initiũ habet. Et per hoc ẽt patet responsio ad secundum.

*Ex Aug. sumit sic eo mox dicen. *Ca. 2. a6 procul a fi. & cap. 3. a med. tom. 5.

Ao 3m dicendũ, quod in peccatis ẽt carnalib. est aliqs act⁹ spiritualis, s. actus rõnis: sed finis horũ peccatorũ, à quo denominantur, est delectatio carnis.

AD 4m dicẽdũ, quod sicut gl. ibidẽ dicit, specialiter in fornicationis peccato seruit ai a corpori, intantũ ut nihil aliud i ipso momẽto cogitare hoi liceat: delectatio aũt gulæ etsi sit carnalis, si ira absorbet rõnẽ. Vel pôt dici, quod in hoc peccato ẽt qdã iniuria fit corpori, dũ inordinate maculat: iõ p hoc solum peccato dr spãliter hõ in corpus peccare. Auaritia uero, quæ carnalib. peccatis connumerat, pro adulterio ponit, qđ est iniusta usurpatio uxoris alienæ. Vel pôt dici, quod res in qua delectat auarus, corporale quoddã est, & quãtũ ad hoc connumerat peccatis carnalibus: sed ipsa delectatio nõ ptinet ad carnẽ, sed ad spũm. & iõ Greg. dicit quod est spũale pctm.

*D. 84. *Lib. 31. mora. ca. 31.

SVPER Q. LXXII. ART. III.

Medina art. 3.

578 *Porrecta per totum.* 2. 2. proi. Et 3. dist. 22. q. 1. a. 1. corp.

IN 3. arti. hoc solũ notandũ, quod cũ audire, uel legere soles, quod peccata, & act⁹ humani specificant iuxta diuersitatẽ motiuorũ, intelligas de motiuis in genere causæ finalis, & nõ effectiuæ, i. de his, quæ mouẽt ut fines, id est, de intẽtione finib. & nõ d his, quæ mouẽt pure actiue pp qđ peccatũ adulterii ex timore, uel amore factũ, nõ differt specie. & simile est de aliis causis spulsiuis Aduerte tñ hic, quod sermo ptens est soe melis, ô intelligit de causis actiuis ut hic. Vnde qñ cãz actiuæ inducerent ad aliũ finẽ, tũc nõn ex rõne causæ actiuæ, sed ex rõne finis pôt diuersificari species peccati. Cõtingit n. quod mulier ne pdat dilectũ sacralegũ, consentiat alicui laico: & tũc actus ille ex illo timore erit ẽt in specie sacrilegii, ad qđ cõseruandũ ordinat: q̃uis absolute fuisset simplex fornicatio, uel adulteriũ. Contingit ẽt quod ne pdat bone sua, cõtentiet alicui: & tũc qa nullus redundat ex tali timore impulsiuo finis malus, non datur peccato inde species

ARTICVLVS III.

Vtrum peccata distinguantur specie secundum causas.

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur quod peccata distinguantur specie secundum causas. Ab eodẽ enim hẽt tres speciẽ, à quo hẽt esse: sed peccata hñt esse ex suis causis. ergo ab eis etiam speciem sortiũtur. differunt ergo specie secundum diuersitatem causarum.

¶ 2 Præt. Inter alias causas min⁹ vr pertinere ad speciem causa materialis: sed obiectũ in peccato est sicut eã materialis. cum ergo secũdum obiecta peccata specie distinguantur, vr quod peccata multo magis secundũ alias causas distinguantur specie.

¶ 3 Præt. Aug. super illud psal. Incensa igni, & suffossa: dicit quod omne peccatũ uel ex timore male humiliante, uel ex amore male inflammante. dr. eñ 1. Io. 2. quod oẽ quod est in mundo aut est cõcupiscentia carnis, aut est cõcupiscentia oculorũ, aut superbia vitæ. dicit aũt aliquid esse in mũdo pp peccatum, sm quod mundi noie, amatores mundi significãtur, ut Aug. dicit sup Io. Greg. ẽt 31. Moral. distinguit omnia peccata secundũ septẽ uitia capitalia. oẽs aũt hmõi diuisiones respiciunt causas peccatorum. ergo uidetur quod peccata differãt specie secundum diuersitatem causarum.

*Ps. 79. in 8. *Aug. tra. 2. in me. & ante to mo 9. *cap. 31.

SED CONTRA est, qa sm hoc, oia peccata essent vnius speciei, cũ ex una causa causentur. Dicitur enim Eccl. 10. quod initiũ omnis peccati est superbia.

species. & simile est: de amore, si cōsentiat pp habendū unde ui uat, ut communiter pauperes faciunt. nō .n. ppea incurrūt in aliā speciem: immo minuitur peccatum ex bonitate finis.

Et 1. ad Timotheum vltimo, q radix omnium malorū est cupiditas. Manifestum est aūt esse diuersas species peccatorum. non ergo peccata distinguuntur specie ſm diuersitates causarum.

Resp. Dicendū, q cum quatuor sint cāarum genera, diuersimode diuersis attribuunt. Causa.n.formalis, & materialis respiciunt proprie substantiam rei: & ideo substantiæ ſm formā, & materiā, specie, & genere distinguunt. Agens aūt, & finis respiciunt directe motū, & operationē: & iō motus, & opationes ſm hmōi causas specie distinguuntur, diuersimode tn̄. nā principia actiua naturalia, sūt determinata semper ad eosdē actus: & ideo diuersæ species in actibus naturalibus attendunt nō solū ſm obiecta, quę sunt fines, uel termini: sed ēt ſm principia actiua, sicut calefacere, & infrigidare distinguuntur specie ſm calidum, & frigidum. Sed principia actiua in actibus uoluntarijs, cuiusmodi sunt actus peccatorū, non se habent ex necessitate ad unum: & ideo ex uno principio actiuo, uel motiuo possunt diuersæ species peccatorū procedere: sicut ex timore male humiliante pōt procedere q homo furetur, & q occidat, & q deserat gregem sibi commissum: & hæc eadem pn̄t procedere ex amore. Vnde manifestum est, q [m] peccata non differant specie ſcd̄m diuersas causas actiuas, uel motiuas, sed solum secundum diuersitatē causæ finalis [*]. finis autem est obiectum uoluntatis. ostensum est enim supra, q actus humani habent speciem ex fine.

concl. m

* q.1.ar.3. & q.18.ar.4. & 6.

Ad primum ergo dicendū, q principia actiua in actibus uoluntarijs, cum non sint determinata ad unum, non sufficiunt ad producendum humanos actus, nisi determinetur uoluntas ad unum per intentionē finis, ut patet per* Philosophū in 9 Meth. & ideo à fine perficitur. & esse, & species peccati.

* tex.15.& 16.to.3.

Ad 2m dicendū, q obiecta, ſm qđ cōparantur ad actus exteriores, hn̄t rōnem materiæ circa quam: sed ſcd̄m qđ cōparantur ad actum interiorem uoluntatis, hn̄t rōnem finium, & ex hoc habent q dent speciē actui. Quamuis ēt ſcd̄m quod sunt materia circa quam, habeant rōnem terminorum, à quibus motus specificantur, ut dr̄ in 5. * Phys. & in 10. Ethic. sed tn̄ etiam termini motus dant speciē motibus, inquantum habent rationem finis.

* text.4.& 10. Eth.c.4. to.2.& 5.

Ad 3m dicendū, q illæ diuisiones peccatorum non dantur ad distinguendas species peccatorum, sed ad manifestandas diuersas causas eorum.

SVPER Q. LXXII. ART. IIII.

Medina art.4.

384

Porrecta per totum. 2.d.42.q.2.ar.2.q.2. & psal.25.

In quarto uero articulo, aduerte, q codices multi corrupti sunt euidēter primus.n. ordo debet esse ordo diuinæ legis, secundus rationis, tertius socialis: nisi quis dicat q ly, primus, secundus, & tertius, nō referuntur ad numerationē factam in litera, sed numerationē ſcd̄m naturæ ordinē & qa qō. hæc non est de rebus, dicat q̄s quae vt vult. Et in eodē art. nota regulam uniuersalem datam in r̄nsione ad secundum de intelligēdis, ac exponendis comparationibus eorum, quorū unū clauditur in reliquo: & si scies eā applicare, multas solues qōnes.

Articvlvs IIII.

Vtrum peccatum conuenienter distinguatur in peccatum in Deum, in seipsum, & in proximum.

Ad quartum sic proceditur. Videt q inconuenienter peccatū distinguatur per peccatum qđ est in Deū, in proximū, & in seipsum. Illud.n. quod est cōe h omni peccato, nō dēt poni quasi pars in diuisione pc̄ti: sed cōe est oī peccato, q sit ꝯ Deū. ponit.n. in diffinitione pc̄ti q sit ꝯ legē Dei, vt * sup. dictū est. nō ergo pc̄m in Deū dēt poni quasi pars i diuisione pc̄tōrū.

* q.71.ar.6.

¶ 2 Præt. Omnis diuisio dēt fieri per opposita: sed h ista tria gn̄a pc̄tōrū non sunt opposita. quicumq; .n. peccat in proximū, peccat in seipsum, & in Deum. non ergo peccatum conuenienter diuiditur ſcd̄m hæc tria.

¶ 3 Præt. Ea, h quæ sunt extrinsecus, nō cōferūt speciē: sed Deus, & proximus sunt extra nos. ergo per hæc nō distinguunt peccata ſm speciem. inconuenienter igitur ſcd̄m hæc tria peccatum diuiditur.

Sed contra est, quod Isid. in lib. de summo bono distinguens peccata, dicit q homo dicitur peccare in se, in Deum, & in proximum.

Respon. Dicendum, q sicut * s̄. dictū est, Peccatū est act⁹ inordinatus: triplex aūt ordo in hoīe dēt esse. Vnus qdē ſm cōparationē ad regulam rōnis, prout .s. oēs actiones, et passiones nr̄æ dēnt ſcd̄m regulā rōnis cōmensurari. Alius aūt ordo est p cōparationē ad regulā diuinæ legis, p quā hō in omnibus dirigi dēt. Et si quidē hō naturaliter esset aīal solitariū, hic duplex ordo sufficeret: sed qa homo est naturaliter aīal politicū, et sociale, ut probatur in 1.* Polit. ideo necesse est, q sit tertius ordo, quo hō ordinet ad alios hoīes, quib. conuiuere dēt. Horū aūt ordinū primus cōtinet ſm, & excedit ipsum. Quæcunq; .n. cōtinent sub ordine rōnis, continentur sub ordine ipsius Dei: sed quędam continentur sub ordine ipsius Dei, q̄ excedunt rōnem humanā, sicut ea, quæ sunt fidei, & quæ debentur soli Deo. vnde, qui in talibus peccat, dr̄ in Deum peccare, sicut hæreticus, & sacrilegus, & blasphemus. Sir̄ ēt secundus ordo includit tertiū, & excedit ipsum, quia in oībus, in quibus ordinamur ad proximum, oportet nos dirigi ſm regulam rōnis: sed in quibusdā dirigimur ſcd̄m rōnem quantum ad nos tm̄, non autē quantum ad proximum: & qn̄ in his peccatur, dr̄ homo peccare in seipsum, sicut patet de guloso, luxurioso, & prodigo. qn̄ uero peccat hō in his, quibus ad proximum ordinatur, dr̄ peccare in proximum, sicut patet de fure, & homicida. Sunt aūt diuersa, quibus hō ordinatur ad Deum, ad proximum, & ad seipsum. unde hæc distinctio peccatorū est ſcd̄m obiecta, ſcd̄m quæ diuersificātur species peccatorum. vnde [m] hæc distinctio peccatorū proprie est ſcd̄m diuersas peccatorum species [n]. nā & uirtutes, quibus peccata opponuntur, ſcd̄m hanc dr̄iam specie distinguuntur. Manifestū enim ex * dictis, q uirtutibus theologicis homo ordinatur ad Deum: temperantia uero, & fortitudine ad seipsum, iustitia autem ad proximum.

* q.71.ar.6.

* Cap.2. tom.5.

concl. m

¶ Ex q.64.

Ad primum ergo dicendū, q peccare in Deum, secundum quod ordo, qui est ad Deū includit oēm humanum ordinē, cōmune est omni peccato: sed

quantum ad id, ꝙ ordo Dei excedit alios duos ordines, sic peccatũ in Deũ, est speciale genus peccati. F

AD 2m dicendum, ꝙ quando aliqua, quorũ vnũ includit alterum, abinuicem distinguuntur, intelligitur fieri distinctio non secundum id scd̃m quod vnum continetur in altero, sed secundum id scd̃m quod unum excedit alterum, sicut patet in diuisione numerorum, & figurarum. Non enim triangulus diuiditur, contra quadratum, secundum quod continetur in eo, sed ſm quod exceditur ab eo. & similiter est dicendum de ternario, & quaternario.

AD 3m dicendũ, ꝙ Deus, & proximus quamuis sint exteriora respectu ipsius peccantis, non tamẽ G sunt extranea respectu actus peccati, sed comparantur ad ipsum sicut propria obiecta ipsius.

ARTICVLVS V.

Vtrum diuisio peccatorum, quæ est secundum reatum diuersificet speciem.

AD QVINTVM sic proceditur. Videtur, quòd diuisio peccatorum, quæ est secundũ reatum, diuersificet speciem, puta, cum diuiditur scd̃m ueniale, & H mortale. Ea Enim, [b] quæ in infinitum differunt, nó possunt esse unius speciei, nec etiam unius generis: sed ueniale, & mortale peccatum differunt in infinitũ. ueniali enim debetur pœna tẽporalis, mortali pœna æterna: mensura autem pœnæ respondet quautitati culpæ, secundum illud Deut. 25. Pro mensura delicti, erit, & plagarum modus. ergo ueniale, & mortale nõ sunt I unius generis, nec dicendum ꝙ sint unius speciei.

¶ 2 Præt. Quædam peccata sunt mortalia [h] ex genere, sicut homicidiũ, & adulteriũ: quædã uero ex suo gñe sunt [h] peccata uenialia, sicut uerbũ otiosum, & risus superfluus. ergo peccatum ueniale, & mortale spẽ differũt.

¶ 3 Præt. Sicut se hẽt actus uirtuosus ad prẹmiũ, ita se hẽt peccatum ad pœnam: sed prẹmium K est finis uirtuosi actus. ergo, & pœna est finis peccati: sed peccata distinguuntur specie scd̃m [h] fines, ut * dictũ est. ergo etiam distinguuntur specie secundum reatum pœnæ.

SED CONTRA. Ea, quæ constituũt speciem, sunt priora, sicut differentiẹ specificẹ: sed pẹna sequitur culpa, sicut effectus eius. ergo peccata nõ differunt specie secundum reatum pœnæ.

RESP. Dicendũ, ꝙ eorum, quẹ specie differunt, duplex differentia inuenitur. Vna quidem, quẹ constituit diuersitatem specierum: & talis differentia nunquã inuenitur nisi in speciebus diuersis, sicut rationale, & irrationale, animatum, & inanimatũ. Alia autem differentia est consequens diuersitatem speciei: & talis differentia etsi in aliquibus consequatur diuersitatem speciei, in aliis tñ põt inueniri, quẹ sunt eadem specie, sicut album, & nigrum consequuntur diuersitatẽ speciei corui, & cygni: tñ inuenitur hmôi differẽtia in eadem hominis specie. Dicendum est ergo, ꝙ [m] differentia uenialis, & mortalis peccati, uel quæcunq; alia dr̃ia, quẹ sumitur penes reatum, non potest esse differentia constituens diuersitatẽ speciei *. Nunquàm enim id, qđ est per accidens, constituit speciẽ; id aũt, quod est præter intẽtionẽ agentis, est per accidens, vt patet in 2. Phys. Manifestum est aũt, quod pœna est præter intentione peccantis: unde per accidens se hẽt ad peccatũ ex parte ipsius peccantis. Ordinatur tñ ad peccatũ ab exteriori, scilicet ex iustitia iudicantis, qui ſm diuersas conditiones peccatorum diuersas pœnas infligit. Vnde differentia, quẹ est ex reatu pœnẹ, potest cõsequi diuersam speciẽ peccatorum, non autem constituit diuersitatem speciei. Differentia aũt peccati uenialis, & mortalis consequitur diuersitatẽ inordinationis, quẹ cõplet rõnem peccati. Duplex .n. est inordinatio, una per subtractionẽ principii ordinis: alia qua ẽt saluato principio ordinis fit inordinatio circa ea, q̃ sunt post principiũ: sicut in corpore aĩalis qñq; quidẽ inordinatio cõplexionis procedit vsq; ad destructionẽ principii uitalis, & hæc est mors: qñq; uero saluo principio uitæ fit deordinatio quẹdã in humoribus, & tunc est ẹgritudo. Principiũ aũt actus totius ordinis in moralibus est finis ultimus, qui ita se hẽt in operatiuis, sicut principium indemonstrabile in speculatiuis, ut dr̃ in 7. * Ethic. Vnde qñ anima deordinatur per peccatum usque ad auersionem ab ultimo fine, scilicet Deo, cui unimur per charitatẽ, tũc est peccatũ mortale: qñ uero fit deordinatio; citra auersionẽ à Deo, [d] tũc est pcm̃ ueniale. Sicut .n. in corporib. deordinatio mortis, q̃ ẽ p remotionẽ pricipii uitẹ, est irreparabilis ſm: nam: inordinatio

* Cap. 8. post med. to. 5.

D. 259.

SVPER Q. LXXII. ART. V.

Ferr. 3. cont. c. 139. 144. Medina art. 5.

380 IN art. 5. eiusdẽ 72. qõ. nota in primis regulã gñalẽ, ꝙ scd̃m reatus pẹnarum non distiguuntᷣ specie peccata. Et intelligitᷣ etiã hoc de pẹnis vt sic. & ex hoc sequitur, ꝙ peccata ex hoc quòd habent adiunctas pœnas excõicationis, & hmôi, non mutant speciem. vnde pertinent ad speciem ipsius actus subiecti pẹnæ, si sit malus, puta, furti: uel si non sit ex se malus, ad speciem illius uitij., cui subseruitur ea statuto, puta, gulæ, si præcipitᷣ abstinentia: & sic de alijs pensata natura pœnarum quo ad culpam. Excõicatio nãque semper supponit præceptum, irregularitas aũt non. Et simile est de suspensione, & interdicto. De pẹnia aũt alijs, quæ ad ius positiuũ spectant, qñq; implicant præceptum, & qñque nõ. Sufficit hic, ꝙ quantũ est ex ratione pẹnæ non uariatur species. ¶ Auerte secundo, ꝙ author non dicit, ꝙ ueniale, & mortale distinguuntur: quia unum est respectu finis, & alterum eius quod est ad finẽ: imò dicit oppositum, dũ dicit, quòd in eadem specie adulterij inuenitur utrumq;. Sed dicit, ꝙ distinguũtur ex hoc ꝙ unum scilicet mortale auertit à fine: alterum scilicet ueniale de ordinat citra auersionem à fine. Et intendit, ꝙ ueniale, & mortale non distinguuntur ex parte conuersionis, vnde habent peccata speciem: & propterea cõtingit, ꝙ vtrunque sit circa finem. idem tñ est obiectum adulterij, & primi motus eius infidelitatis, & primi motus eius. Sed ex parte auersionis, vnde peccata non habent speciem suam duos modos deordinationis auersiuæ, cõstituuntur hæc duo peccata. Cũ enim peccando auersio sit à fine, est peccatum mortale: cum aũt peccando auersio non simpliciter, sed quædam fit citra tamen postergationẽ finis, tunc fit peccatum ueniale, circa quodcunq; obiectum hæc accidant. ¶ Et hinc patet falsũ esse, quod in 22 dist. secundi, Scotus dicit, ꝙ ueniale, & mortale distinguuntur: quia hoc contra pẹceptũ, illud contra consiliũ. iam .n. patet utrunq; cadere sub præcepto. Sub præcepto namq; adulterij cadit adulterij peccatum: siue completum, quod est mortale: siue imperfectũ, ut primus motus, & hmôi. & simile est de alijs huiusmodi. Falsissimum quoque esse, qđ agens cõtra consilium peccet, Scriptura testante, neminem peccati arguens, quia non ingreditur religionem, qđ est de consilio. Authoritate quoq; Apostol. 1. ad Cor. 7. conuincitur, ubi cum dixisset, De virginibus pẹceptũ non habeo, consiliũ aũt do, subiunxit; Si acceperis vxorem

Porrecta per totum. Inf. q. 88. ar. 1. & 2. & 2. d. 27. q. 2 art. 5. cor. Et 2. d. 42. q. 1. at. 3. & 4. d. 16. q. 3. art. 2. q. 4. ad 5. & 3. contra. c. 139. fin. & 147.

* art. 2. ad 2.

co el. m

* Text. 50. com. 2.

D.1010. uxoré, non peccasti: & si nupserit virgo, nō peccauit. Distinguédū potius erat ex hac parte, q̄ cadere sub pcepto cōtingit dupliciter, primo sic, q̄ eius oppositū sit cōtra præceptū, & hoc est mortale. Scdo sic, q̄ eius oppositum sit præter præceptum, & hoc est ueniale.

¶In articulo eodé in rñsione ad primū, habes solutionem argumétorū Aureoli apud Capreolū in 43. di. 2. sent. cōtra hāc determinationē. Fundant enim oīa argumenta sup specificatione peccatorum ex parte auersionis, offensę, distantię in infinitum, oppositionis ad charitaté, & circunstantiarū, quorū oīa excepto ultimo, ex uno seu eodē soluūtur: quia peccata ex alio specificantur, s. ex obiecto: & ex alio hęc habent, scilicet ex auersione. Quo aūt circūstantia specificet, aut quō faciat de ueniali mortale, infera in qōne octuagesima octaua amplius dicetur.

¶In articulo eodem, in rñsione ad scdm habes qualiter uerba authoris, q̄ uidenť ex hac rōne, scilicet qa aliquid est mortale ex genere, & aliqd ueniale ex genere, sonare q̄ distingu ant specie, intellig, uel glossari, aut ternendi possint: ut in qōne de Mal. q̄stione secūda: articulo 8. habes.

D.75.

D.1008.

*In corp. art.

SVPER Q. LXXII. ART. VI.

Med ar.6.

IN articulo sexto eiusdē septuagesimæ secundæ qōnis, habes duas regulas. Altera est, q̄ cōmissio peccati, & omissio uirtutis oppositæ, nō distinguuntur specie morali, de quo sit sermo. Altera est, q̄ peccata nō distinguunť specie scdm diuersitatem pceptorum. Et hæc sequitur ex prima, ut patet: quia pcepta affirmatiua distant de actibus uirtutum: negatiua uero de actibus uitiorum. Committens autem actū uitij simul agit contra utrūque præceptū, cōmittédo actū

38. *Porretta per totum.* a.d.42.q. 2.ar.2.

*Gl. interlinearis, ibi.

aūt ægritudinis reparari potest A ppter id, quod saluatur principiū vitæ, similiter est in his, q̄ pertinent ad aīam. Nam in speculatiuis, qui errat circa principia, impersuasibilis est: qui aūt errat sal uatis principijs, p ipsa principia reuocari pōt. Et similiter in operatiuis, q peccando auertit ab vltimo fine, q̄tum est ex natura peccati hēt lapsum irreparabilē: & iō dr̄ peccare mortaliter, æternaliter puniendus. q uero B peccat citra auersionē à Deo, ex ipsa rōne peccati reparabiliter deordinať, qa saluať principiū: & iō dr̄ peccare uenialiter,[d] quia. s. non ita peccat, ut mereatur interminabilem pœnam.

AD PRIMVM ergo dicendū, q̄ pct̄m mortale, & ueniale differunt in infinitū ex parte auersionis, nō aūt ex parte cōuersionis. p q̄ respicit obiectū, unde pct̄m speciē habet. unde nihil phibet, C in eadē speciē[d] inueniri aliquod pct̄m mortale, & ueniale: sicut primus motus in genere adulterij est pct̄m ueniale, & uerbum otiosum, quod plerunque est ueniale, potest etiam esse mortale.

AD 2m dicendum, q̄ ex hoc, quòd inuenitur aliquod pct̄m mortale ex genere, & aliqd peccatū ueniale ex genere, sequit q̄ talis differentia consequatur diuersitatem peccatorum s̄m D speciem, non autem q̄ causet eam. Talis aūt differentia potest inueniri etiam in his, quæ sunt eiusdem speciei, ut * dictum est.

AD 3m dicendū, quòd præmium est de intentione merētis uel uirtuose agētis: sed pœna nō est de itētione peccātis, sed magis est contra uolūtatem ipsius: vnde non est similis ratio.

ARTICVLVS VI.

Vtrum peccatum commissionis, & omissionis differant specie. E

AD SEXTVM sic pcedit. Vr̄ q̄ pct̄m cōmissionis, & omissionis specie differant. Delictū. n. contra pct̄m diuiditur, Eph. 2. vbi dr̄. Cū essetis mortui delictis & peccatis uestris. & exponit ibi * gl. Delictis, idest, dimittēdo quæ iubentur: & peccatis, s. agēdo prohibita. Ex quo patet, q̄ per delictum intelligitur peccatum omissionis: per peccatum,

peccatū commissionis. differunt igit h specie, cū ex opposito diuidanť tanquàm diuersæ species.

¶2 Præt. Peccato per se, cōuenit q̄ sit contra legem Dei. ponitur enim in eius diffinitione, ut ex * supradictis patet: sed i lege Dei alia sunt h pcepta affirmatiua, cōtra quæ est pct̄m omissionis; & alia h pcepta negatiua, contra q̄ est pct̄m cōmissionis. ergo peccatum omissionis, & peccatum commissionis differunt h specie.

¶3 Præt. Omissio, & commissio differūt, sicut affirmatio, & negatio: sed affirmatio, & negatio nō possunt esse unius h speciei, qa negatio non habet speciē: non entis enim non h sunt spēs, neq; differentiæ, ut * Philosophus dicit. ergo omissio, & commissio non possunt esse unius speciei.

SED CONTRA. In eadem specie peccati inuenitur omissio, & commissio. Auarus enim, & alienus rapit, qd̄ est pct̄m cōmissionis, & sua non dat, quibus dare debet, quod est peccatum omissionis. ergo omissio, & commissio non differunt specie.

RESP. Dicendum, q̄ in peccatis inuenitur duplex differētia, vna materialis: & alia formalis. Materialis quidem attenditur secūdum naturalem speciē actuū peccati: formalis autem secundum ordinem ad unum finem proprium, quod ēt est obiectū propriū. unde inueniuntur aliq actus materialiter specie differentes, qui tñ formaliter sunt in eadem specie peccati, qa ad idē ordinantur: sicut ad eandē speciem homicidij pertinet iugulatio, lapidatio, & perforatio, q̄-

pᵇrohibitum, & omittendo actū mādati: & in una tantū peccati specie errat.

¶In eodem articulo, nota tōnem duplicē in rñsionead scdm, quare peccata nō diuersificantur scdm diuersitatem pceptorū, q uia scilicet peccatum non habet speciem ex parte auersionis. Et intendit dicere, q̄ quia esse contra legem, seu legis pceptum, (qd idē est,) spectat ad auersionē peccati. Auertitur enim peccans à lege, nec p se intendit contra legem facere, sicut nec inordinate facere, ut pdictum est, & peccatum non habet speciem ex parte auersionis, ideo diuersitas præceptorum non diuersificat speciem peccatorum. Sicut enim quia auersio non dat speciem peccato, diuersitas auersiōis nō specificat: ita quia esse contra præceptū, non dat speciem, qa pertinet ad auersionem, diuersitas præceptorum non diuersificat species peccatorum. Et dicit hoc author satisfaciens argumento in ducendo, q̄ peccato per se conuenit esse cōtra legē: vtq ex prima rōne hic assignata diducebamus, q̄ diuersificat p̄ceptū scdm affirmatiuum, & negatiuū nō variat speciem peccati: ex hac scda rōne discamus uniuersaliter q̄ diuersitas pceptorū nō cāt diuersitatē specificā peccatorum. Et ex hac doctrina habes, q̄ furtum ex hoc, quòd

*q.71.ar.6.

*Lib. 4. Phy. tex. 67. to. 2.

uis actus sint specie differentes s̄m speciem naturæ. Sic ergo m si loquamur de specie peccati omissionis, & cōmissionis, materialiter differūt specie,[n] large tñ loquendo de specie, s̄m quod negatio, uel priuatio speciem habere potest. [p] Si aūt loquamur de specie peccati omissionis, & commissionis formaliter, sic non differunt specie: [q] quia ad idem ordinantur, & ex eodem motiuo procedunt. Auarus enim ad congregandum pecuniam, & rapit, & non dat ea, quæ dare debet. Et similiter gulosus ad satisfaciendū gulæ, & superflua comedit, & ieiunia debita prætermittit: & idem est uidere in cæteris. Sēper enim in rebus negatio fundatur super aliqua affirmatione, quæ est quodammodo causa eius: unde etiam in rebus naturalibus eiusdem rationis est, q̄ ignis calefaciat, & quòd non infrigidet.

concl. m

concl. p

V 2

AD PRIMVM ergo dicendum, F quòd illa diuisio quæ est p commissionem,& omissionem,non est secundum diuersas species formales, sed materiales tantũ, vt * dictum est.

AD 2m dicendum, ꝙ necesse fuit in lege Dei proponi diuersa pręcepta affirmatiua,& negatiua, vt gradatim hoĩes introducerentur ad uirtutem, prius qui dẽ abstinendo à malo, ad quod inducimur p pcepta negatiua, G & postmodum faciẽdo bonũ, ad quod inducimur p præcepta affirmatiua. Et sic pcepra affirmatiua, & negatiua nõ ptinent ad diuersas virtutes,sed ad diuersos gradus virtutis, et p ꝯñs nõ oportet ꝙ contrarientur diuersis peccatis secundum speciem. Peccatum ẽt non habet speciẽ ex parte auersiõis, quia ſm hoc est negatio,uel priuatio: sed ex parte conuersionis, ſm quod est H actus quidam. unde secundũ diuersa præcepta legis nõ diuersificantur peccata ſm speciem.

AD 3m dicẽdum, ꝙ obiectio illa pcedit de materiali diuersitate speciei. Sciendum est tamẽ, ꝙ negatio etsi pprie non fit in specie constituitur tamẽ in specie per d reductionem ad aliquã affirmationem quam sequitur.

ARTICVLVS VII. I

Vtrũ conuenienter diuidatur peccatũ in peccatũ cordis,oris,& operis.

AD SEPTIMVM sic proceditur. Vr quòd inconueniẽter diuidatur pctm̃ in peccatũ cordis,oris,& operis. Aug.enim in 12. * de Trin.ponit b tres gradus peccati,quorum primus est cum carnalis sensus illecebram quãdam ingerit, quod est pctm̃ cogitationis. Secundus gradus K est,qñ sola cogitationis delectatione aliqs cõtentus est. Tertius gradus est, qñ faciendum discernitur p consensum:sed tria hæc ptinent ad peccatum cordis. ergo inconuenienter pctm̃ cordis ponit quasi unũ genus peccati. ¶2 Præt.† Greg.in 4.Mor. ponit quatuor gradus peccati, quorũ primus est culpa latẽs in corde: scd̃s,cũ exterius publicat: tertius est,cũ cõsuetudine roboratur: quartus est, cũ usque ad p̃sumptionẽ diuinę misericordię vel ad desperationem homo pceditubi non h distinguit pctm̃ operis à peccato oris, & addũt duo alij peccatorũ gradus.ergo incõueniens fuith prima diuisio. ¶3 Præt. Non põt esse pctm̃ in ore,vel in opere,nisi fiat pri° in corde. ergo ista peccata specie nonh differunt.non ergo debent contra se inuicem diuidi.

SED CONTRA est, qd ' Hiero. dicit sup Ezech. Tria sũt genera lia delicta,qbus humanũ subiacet genus: aut enĩ cogitatione, aut sermõe,aut opere peccam*.

RESP. Dicendum,ꝙ aliqua inueniuntur differre d specie dupliciter. Vno modo ex eo ꝙ utrũque habet speciem completam, sicut equus,& bos differunt specie. Alio modo, ſm diuersos gradus in aliqua generatione, uel motu accipiunt diuersę species: sicut ædificatio est cõpleta generatio domus,collocatio aũt fundamenti, & erectio parietis sũt spẽs incompletæ, ut patet per * Philosophũ in 10. Eth. & idẽ ẽt põt dici in generationibus animalium. Sic igitur m pctm̃ diuiditur per hæc tria,s. peccatũ oris, cordis, & operis, nõ sicut p diuersas species cõpletas: nã cõsumatio peccati est in opere, vñ pctm̃ operis habet speciem cõpletã, sed prima inchoatio eius ẽ quasi fundatio in corde. Secũdus aũt gradus eius est in ore, secundũ qd homo prorũpit facile ad manifestandũ conceptum cordis. Tertius aũt gradus iam est in cõsumatione operis. Et sic * hæc tria differunt ſm diuersos gradus peccati: ¶ patet tamen ꝙ hæc tria pertinent ad unam perfectam peccati speciem, cum ab eodem motiuo procedant. Iracundus enim ex hoc quòd appetit uindictam, primo quidem perturbatur in corde, secundo in uerba contumeliosa prorumpit, tertio vero procedit vsque ad facta iniuriosa: & idem patet in luxuria, & in quolibet alio peccato.

AD PRIMVM ergo dicendum, ꝙ omne peccatum cordis conuenit in ratione occulti, & secundum hoc ponitur unus gradus, qui tamen per tres gradus distinguitur, scilicet cogitationis, delectationis, & consensus. *Loco in ᵃ citato.

AD 2m dicendum, ꝙ pctm̃ oris, & operis conueniunt in manifestatione,& pp hoc ea * Gregorius sub uno ꝯputat: * Hierony. aũt distinguit ea, quia *Loco in arg. Sed contra * citato.

quòd est phibitum diuersis præceptis, pu sa, iuris diuini, naturalis, positiui, principis, prælat. &c. non acquirit aliam spẽm: & simile est de peccato ex iure positiuo *In corp. art. tñ multiplicatis præceptis à subordinatis prælatis. Assignata nãque ratio vniuersalis est, s. ꝙ peccans respicit præceptum ex parte auersionis. Propterea hic habes determinatũ in oppositũ, qd in qõne de mal. q. 2. art. 6. rõnabile indicatum est, s. peccata, quia prohibita, distingui secundum præcepta. semper enim peccatum ex parte conuersionis distinguitur specie, ut dictũ ẽ.

SVPER Q. LXXII, ART. VII.

Medina ar. 7.

IN articulo septimo eiusdem septuagesimæ secundę quæstionis nota, ꝙ diuisio peccati in pctm̃ cordis, oris, & operis dupliciter intelligi põt. Primo per modũ diuisionis totius uniuersalis in partes subiectiuas generis, s. in species. Secundo per modum quasi totius integralis in suas partes consequenter se D. 673. 1060. habentes: & hoc mõ tractatur in p̃senti lra. ¶Ad cuius euidentiã scito, ꝙ peccata sunt in duplici differẽtia: nam quædam sunt, q̃ perfectionem non habent nisi in opere, vt furtũ, homicidiũ, & adulteriũ, & hmõi peccata se habent ad 382 Porrecta per totum. peccata cordis, oris, & operis, quasi ut totũ integrale ad suas Inf. q. 100 ar. 5. & 6. partes, sicut domus ad fundamentum, cnr. Et 2. 2. prol. Et parietes ad tectum. 2. d. 42. q. Et sic tractatur in lra 2. ar. 2. q. i prima distinctio, & *Li. 12. de dr ꝙ distinguunt secundũ gradus eiusdẽ Tri. c. 12. circa me. speciei. Quædam autẽ tom. 3. sunt, quæ perficiuntur solo corde, ut hæresis: vel perficiuntur in ore, ut detractio. Et sic pctm̃ diuiditur in pctm̃ cordis, oris, & operis, ut in ueras, & perfectas species peccati, ut in ultima quæstione tertiæ partis, articulo penulti. ¶Li. 4. Mo ra. c. 37. a med. author docet. ¶ Circa eundem articulum dubium est duplex. Primo. Si distinctio secundũ gradus in peccato cordis oris, & operis sit, sicut sit etiam distinctio specifica secundum species imperfectas. Et ratio dubii est, quia litera hic proponit in cõis in amplificatione autem ad præsentem materiam nõ affirmat distinctionem secundum species imperfectas, sed solum negat distinctionem secundũ speciem perfectam, & affirmat distinctionem secundum gradus, ut patet intuenti. Non parum etiam *In illud Ezec. 43. Cũ. õpleueris expiationẽ tom. 5. refert si utroque modo dicatur. nam species imperfecta species est, & distincta secundum species imperfectas, distincta D. 509. erunt secundum speciem absolute, quam uis in ordine ad aliquid superueniens secũdum quid essent eiusdem speciei. Secundo dubitatur, quia litera discernere uidetur, & confundere peccatum oris, ꝙ habet perfectam speciẽ cum peccato oris, qđ *Ca. 4. f. in pnctat gradũ speciei. Nam ponit contumeliam pro progressu uindictæ: & constat ꝙ cõtumelia est pctm̃, quod perficitur in ore. undiqꝫ igitur dissona uidetur doctrina hæc. concl. ¶Ad hoc dr̃, ꝙ dupliciter contingit pctm̃ cordis, & oris ordinari ad peccatũ operis, ut imperfectum ad perfectum Primo per modum simplicis prosecutionis: sicut qui vult fornicari, & inuitat fornicariam. de hisconstat, quòd concl. y

ꝙ nulla est distinctio specifica in esse morali, sed solus unius speciei progressus. Secdo ꝑ modū cuiusdā intermedij termini, ut consensus in delectationē cogitati adulterij, & uerba prouocantia ad hoc, secdm se tñ delectabilia: & in illis apparet, ꝙ si aliqua specifica differentia secdm species imperfectas, sicut in generatione animalium, & ædificatione. sed re uera nō est ētiā sic aliqua diuersitas speciarū imperfectarū, sed similitudo potius earū. Nō. n. est hic distinctio particulariū formarum heterogenearū, sicut in ædificatione fundare, erigere, & cooperire distinguunt species: nec est hic aliqua forma media, ut una. sicut forma embrionis est in uia ad formam hoīs: sed tantūmō forma intenti finis ꝓprij diuersimode in corde, in ore, atq; opere se habens secdm pfectū, & imperfectum gratia materiæ. Et ratio est illa, q in litera ponit, quia. s. unicum tñ est motiuum obiectiue. ꝓp qd author in litera non affirmauit distinctionē imperfectarū specierū in hac moralium distinctione, ut dubitandu tactū est, quāuis ētiā iuxta authoris doctrinā in q. da potētia Dei, q. 3. ar. 9. ad 10. si distinguerentur specie imperfecta, ut embrio distinguit à perfecta specie, nō ppea essent peccata hic diuersarū specierū, sed oīa cōprehenduntur sub ꝑsō unius speciei: qa hmōi imperfectæ species nec sunt in genere, nec in specie, nisi ꝑ reductionē, eo mō, quo imperfectū reducitur ad pfectū. Nō .n. sunt q̄dam de per se species, ut terra, & elementa: sed sunt q̄dam p se, & essentialiter ordinatæ naturæ ad species, ut motus ad terminum, ita ꝙ sic habent ut quidam motus permanentes ad ipsas species non habētes alias species: sicut nec motus successiui absq; termino sūt speciebus, & p hęc patet solutio primi

383 Porrecta parisium. Mal. q. 2. art. 6. c. Et q. 14. art. 3.

*Arist. 1. meta. tex. 37.

in peccato oris est manifestatio tm̄, & principaliter intenta: in peccato uero operis est principaliter expletio interioris ꝯceptus cordis, sed manifestatio est ex ꝯsequēti: cōsuetudo uero, & desperatio sūt gradus cōsequētes post spēm ꝑfectam peccati, sicut adolescentia, & iuuentus post pfectā hoīs generationē.

Ad 3m dicendū, ꝙ peccatum cordis, & oris non distinguunt à peccato operis, qū simul cum eo cōiungunt, sed prout quodlibet horū per se inuenitur sicut etiam pars motus nō distinguitur à toto motu, quando motus est continuus, sed solum quādo motus sistit in medio.

ARTICVLVS VIII.

Vtrum superabundantia, & defectus diuersificent species peccatorum.

Ad octavvm sic proceditur. Videtur ꝙ superabundantia, & defectus non diuersificēt species peccatorum. Superabūdantia enim & defectus, differūt secundum magis, & minus, sed magis, h & minus non diuersificant speciem. ergo superabundantia, & defectus non diuersificant species peccatorum.

¶2 Præt. h Sicut peccatū in agibilibus est ex hoc, ꝙ receditur à rectitudine rōnis, h ita falsitas in speculatiuis est ex hoc, ꝙ receditur à ueritate rei: sed nō diuersificat species falsitatis ex hoc, ꝙ aliquis dicit plus, uel minus esse, quàm sit in re. ergo etiam non diuersificatur species peccati ex hoc, ꝙ recedit à rectitudine rationis in plus, uel minus.

¶3 Præt. h Ex duabus speciebus nō constituitur una species, ut * Porphyrius dicit: sed superabūdantia, & defectus uniuntur in uno peccato. sunt enim simul q̄dam illiberales, & prodigi, quorum duorū illiberalitas est peccatum secundum defectum: ꝓdigalitas aūt secundum superabundantiam. ergo superabundantia, & defectus non diuersificant speciem peccatorum.

Sed contra. Contraria differunt secundum speciem. nam contrarietas est differentia fm̄ A formam, ut dicitur in 10. * Metaphys. sed uitia, quæ differunt secundum superabundantiam, & defectum, sunt contraria, sicut illiberalitas prodigalitati. ergo differunt secundum speciem.

Resp. Dicendū, ꝙ cū in peccato sint duo, scilicet ipse actus, & inordinatio eius prout recedit ab ordine rationis, & legis diuinę, species peccati attendit non ex parte inordinationis, quæ est B præter intentionem peccantis, vt * sup. dictum est: sed magis ex parte ipsius actus, fm̄ quod terminatur ad obiectū in qd̄ fertur d intentio peccātis. & ideo vbicunq; occurrit diuersum motiuum inclinans intētionē ad peccandum, ibi est diuersa species peccati. Manifestū est aūt ꝙ nō est idē motiuum ad peccādum in peccatis, quæ sunt scdm̄ superabundātiam, & in peccatis, C quæ sunt scdm̄ defectum: quinimò sunt ꝯria motiua, sicut motiuum in peccato intēperantiæ, est amor delectationū corporaliū: motiuū aūt in peccato insensibilitatis est odium earū. vnde m huiusmodi peccata non solū differunt specie, sed etiam sunt sibiinuicem contraria n.

Ad primvm ergo dicendum, ꝙ magis, & minus, etsi non sint d cā diuersitatis speciei, conse- D quuntur tamen q̄nq; species differentes prout proueniunt ex diuersis formis, sicut si dicaī, ꝙ ignis est leuior aere. vnde * Philosophus dicit in 8. Ethic. ꝙ qui posuerunt nō esse diuersas species amicitiarum ꝑ hoc, ꝙ dñr secundum magis, & minus, non sufficienti crediderunt signo: & hoc modo superexcedere rationem, uel deficere ab ea pertinet ad diuersa peccata secundū spe- E ciem, inquantum consequuntur diuersa motiua.

Ad 2m dicēdum, ꝙ intentio peccantis non est ut recedat à rōne, & ideo non efficitur eiusdem rationis peccarū superabūdantiæ, et defectus ꝑ recessum ab eadem rationis rectitudine: sed q̄nq; ille, qui dicit falsum, intendit ueritatem occultare. vnde quantū ad hoc, non refert utrum dicat uel plus, uel minus: si tamen recedere à ueritate

dubij. Ad scdm aūt dr. ꝙ licet peccatum contumeliæ perficiatur in ore, ut cōmuniter vī in usu: si contumeliæ tñ nomine intelligatur dehonorationis peccatū, certū est ꝙ nō consumatur in ore, q̄uis multa in peccato oris dehonoratio sit. Plus namque dehonorat aliquā uxorem adulterio exponendo, q̄ dicendo ai, ꝙ uxor est adultera stāte eadē intentione. unde in litera cōparatur dicere uerba contumeliosa ad facere facta contumeliosa: & sine dubio sunt eiusdē speciei scdm illā rōnem formalem dehonorationis, & sia nulla est diuersio. Secus aūt est, q si aliquis contumelia iniuriatur uerbo, & facto, post modum ad uindictam alterius rei, q̄ honoris intendit, uel medio utitur scdm se malo ad uindictā honoris, ut in exemplo dato patet. Tunc .n. plures uindictas intendit, & in pluribus speciebus reponitur eius peccatum.

*Text. 13. & 14. to. 3.

*art. 1. huius quæst.

D. 785.

SVPER Q. LXXII. ART. VIII.

Medina art. 8.

In art. 8. & 9. eiusdē 72. quæst. not. ꝙ author distinguere peccatorū species intēdens, ex parte motiuorū finiū, vī digredi ad motiua ex parte agentis, breuitatis (ut puto) cā, uolēs intelligi ex tali distinctione diuersitatē obiectorū. uerbi gratia, cū dicit ꝙ intēperantia, & insensibilitas oriuntur ex cōtrarijs motiuis. s. ex delectationū amore, & odio earū, vult intelligi ex delectationib. amabilibus, & ex eisdem exosis. oportet. n. sumere motiua effectiue non ut sic, sed id, qd redundat in obiecto qd mouet finaliter: & sic ēt intellige nonum articulum. ¶ In cōclusione ad scdm prædicti 8. articu. intellige Nouitiæ duplicem modum recedendi à ueritate, s. ꝑ se intendendu recessum ab ea, & tunc nō differt specie magis, & minus, sicut, nec

concl. m

D. 648.

*Ca. 1. in 6. tom. 5.

V 3 in te-

la recessu à ratione ut sic, & non per se intēdendo: & tūc differt A specie, sicut aversio in peccatis ex motivis.

¶In responsione ad tertium eiusdem articuli, signa illam, & intuere illius veritatē, & in his, qui avarissimi sunt ad habendū etiam Iesu Christi patrimonium, & effundunt in meretrices, venatores, &c. sunt. n. simul avari, & prodigi, ut in litera dř, & experientia testatur abominabili, quam vanā nescire liceret.

fit præter intentionē, tūc manifestū est, q̄ ex diversis causis aliquis movet ad dicēdū plus, vel minus: & ſm hoc diversa est rō falsitatis. sicut patet de iactatore, qui superexcedit dicendo falsum, q̄rens gloriā, & de deceptore, q diminuit evadens debiti solutionē: unde, & q̄da falsæ opiniones sunt sibiinvicē cōtrariç. B

AD 3^m^ dicendū, q̄ prodigus, & illiberalis pōt esse aliquis ſm diversa, ut. f. sit aliquis illiberalis in accipiendo, quæ non debet, & prodigus in dando, quæ non debet: nihil autem prohibet cōtraria inesse eidem ſm diversa.

ARTICVLVS IX.

Vtrum peccata diversificentur specie secundum diversas circunstantias. C

AD NONVM sic proceditur. Videtur q̄ vitia, & peccata diversificent specie secundū diversas circunstātias, q̄a, ut dicit* Diony. 4. cap. de di. no. Malū contingit ex singularib. h defectibus: singulares aūt defectus sunt corruptiones singularū circunstantiarum. ergo ex singulis circunstantijs corruptis singulæ species peccatorū consequunt. D

¶2 Præt. Peccata sunt quidā act9 humani: sed act9 humani interdū accipiūt speciē à circunstātijs, ut supra habitū est.* ergo peccata differunt specie, ſcdm quod diversç circūstantiç corrūpunt.

¶3 Præt. Diversæ species gulæ assignant ſm particulas, quç in hoc versiculo cōtinent, Præpropere, laute, nimis, ardenter, studiose: hçc aūt pertinet ad diversas h circūstantias. nā præpropere est anteq̄ oportet: nimis, plus q̄ oportet, & idē patet in alijs. ergo species peccati diversificā tur ſm diversas circunstantias.

SED CONTRA est, qd̄ Philosophus dicit in 3. & 4. Eth.* q̄ singula vitia peccāt agendo plusquā oportet, & qñ nō oportet, & similiter ſm oēs alias circunstantias: nō ergo secundū hoc diversificanē peccatorū species.

RESP. Dicendū, q̄ sicut dictū est,* ubi occurrit aliud motivū ad peccandū, ibi est alia peccati species: q̄a motivū ad peccandum est finis, & obiectū. Contingit aūt qñq; q̄ in corruptionib. diversarum circunstantiarum, est idem motivum: sicut illiberalis ab eodem movetur, q̄ accipiat qñ non oportet, & ubi nō oportet, & plus q̄ oportet, & sic de alijs circunstantijs. hoc. n. facit pp inordinatum appetitū pecuniæ congregandæ: & in talibus diversarum circunstantiarum corruptiones non diver-

SVPER Q. LXXII. ART. IX.

Medina ar. 9.

IN ar. 9. eiusdē q̄st. 72. adverte, q̄ author mutat opinionē, quā i quarto senten. dist. 16. q̄st. 93. tenuit, s. q̄ circunstātia etsi non sit finis, dat speciē peccato, & vult hic idē esse iudicium de specificatiōe actus humani ex circunstātia in actu virtutis, & in actu vitij: q̄a utrobiq; oportet eā speciem dari à motivo, ut obiecto: & ideo q̄ circunstantiam ut sic, dare speciē. sed oportere eā transire in differētiam, seu conditionē obiecti iuxta superius determinata in q̄st. 18. Et q̄ā ibi voluit peccati species sumi ex parte privationis, hæc solvit responsione ad primum, & secundum. Nec est difficile solvere rationes, quç ibi afferuntur, scilicet de fure, qui vellet calicem quem furatur, esse sacrum, & quòd sola circunstātia, cur, mutaret speciem. insufficiens nō que signum nō finis est voluntas habentia voluntatē liberā deliberatā ed illud:

384 *Porrecta per totum.* 2. 2. q. 51. ar. 2. ad 3. & q. 92. a. 2. co. & q. 148. art. 4. ad 1. 2. & 3. Et 3. di. 36. ar. 5. & mal. q. 2. art. 6. & q. 14. art. 3. *Cap. 4. in par. 4. post medium.

sicut etiam accedens ad uxorem alterius mallet ipsam esse innuptam. Nec sequitur, q̄ sola circunstantia, cur, mutet speciem, sed quòd nec cur, nec aliqua circunstantia mutet speciē, nisi habeat rōnem alicuius motivi, ut finis: non ita quòd sit, aut apprçhendatur ut finis principaliter peccati. Non enim sacrilegum est finis furis, cum aliquis furatur sacrum; sed sufficit q̄ sit confinis. Et furtum enim sacrilegum est conversio ad bonū, commutabile, ut obiectum contrarium rationi, quia alienum & quia sacrum.

IN articu. 8. in responsione ad primum, habes id quod diximus, dum duas responsiones uides, primam, quòd consensus in delectatione potest esse uuius que rationis. secundam, quòd quando est rationis inferioris, est eius auersæ ab æternis regulis, quia deficit in ea ordinatio superioris rationis per rationes æternas. Ex hoc enim manifeste patet quod dictum est, scilicet consensum in delectationem morosam inferioris rationis semper esse etiam superioris saltem negatiue, alioquin non saluaretur diffinitio peccati supradicta, quod est cõtra legem æternam.

¶ In responsione ad quartum eiusdem articuli iuncta corpori articuli habet, q, & quare delectatio morosa cõiugat. de actu matrimonij cogitato, non est peccatum mortale. eadẽ enim ratio est de consensu in actu & in delectationem cogitati act⁹: & propterea sicut coniugi consensus in actum non prohibet̃, ita nec delectatio eius tam in opere, quam in cogitatione, per se loquendo: secus autẽ per accidens, puta, quia uane cogitat, qa periculose, in absentia peccaret.

¶ In respõsione ad q̃rtum aduerte, quod inter materiam luxuriæ, & iræ, licet in ueritate non sit differẽtia quoad rationem peccati mortalis, qa tam in his, quàm in cæteris materijs mortalibus, consensus in delectationem cogitati actus ratione cogitationis nõ est mortale, sed ueniale qñqs vel nullum, ratione vero cogitati actus semper est mortale: tamen qa in materia luxuriæ maxime timetur

402 Porrectas per totum 2. 2. q. 154. ar. 4. co. et q. 180. ar. 7. Et 2. di. 24. q. 3. ar. 4. Et uer. q. 15. ar. 4. Et mal. q. 15. a. 2. ad 16. & 17. Et quol. 12. ar. 43.

*Arg. 22. cõtra Faus. cap. 27 in prin. t. 6. & l. 1. de lib. arb. c. 16. te. primo.

† q. 71. ar. 6.

*ca. 3. 4. & 5. tom. 5.

metur hoc peccatum multoties forte creditur peccatũ, ubi nõ est: & ecõtra, ubi est delectatio de cogitata uindicta, quã tñ facere nõ vult, nõ æstimat. pp qd author in corporeæ tuculi affectũ hoīs ad actũ sc̃dm se pensandũ docet in hmõi discretione. Inclinatus.n. ad uindictã, facile de illa cogitata delectat: & alienus a uenereis non facile de cogitatis eius delectatur: q̃uis caro cõcupiscat aduersus spiritum.

Enchir. c. 71. in pri. com. 3.
*li. 12. ca. 12. a me. com. 3.

tionis: sed cõsentire in delectationẽ, q̃ cõsequit h cogitationẽ de homicidio, non est peccatũ mortale. ergo multo minus consentire in delectationẽ, q̃ consequitur cogitationẽ de fornicatione, est peccatum mortale.

¶6 Præt. Oratio dominica quotidie dr̃ pro remissione h venialium, ut Aug. dicit: sed cõsensũ in delectationẽ Aug. docet esse abolendum per orationẽ Dñicam. dicit.n. in 12. de Trinit. † φ hoc est longe minus peccatum, q̃ si opere statuat implendũ: & ideo de talibus quoq; cogitationibus venia petenda est, pectusque percutiendum atq; dicendum, Dimitte nobis debita nostra. ergo consensus in delectationem est peccatum ueniale.

*lib. 12. c. 12. de Trini. non longe a fin. com. 3.

Sed contra est, qđ Aug.* post pauca subdit, Totus hõ damnabit, nisi hæc, q̃ sine uolũtate operandi, seu tñ cũ uolũtate aĩm talib᷒ oblectandi, soli᷒ cogitationis sentiunt esse peccata, p Mediatoris gratiã remittant: sed nullus dãnat nisi p pcõ mortali. ergo consensus in delectationẽ est pct̃m mortale. C

Resp. Dicendũ, φ circa hoc aliqui diuersimode opinati sunt. Quidã.n. dixerũt, φ cõsensus in delectationẽ nõ est pct̃m mortale, sed veniale tm̃. Alij uero dixerũt, φ est pct̃m mortale: & hæc opinio est cõior, & verisimilior. Est .n. considerandũ, φ cum oĩs delectatio cõsequat aliquã operõnem, vt dr̃ in 10. Eth.* & iterũ, cũ oĩs delectatio habeat aliquod obiectum, delectatio q̃libet põt cõparari ad duo, s. ad operõnem quã consequit, & ad obiectũ in quo quis delectat. Contingit aũt φ aliqua operatio sit obiectũ delectationis, sicut, & aliqua alia res: q̃a ipsa operõ põt accipi ut bonũ, & finis, in quo q̃s delectatus requiescit, & qñq; quidẽ ipsamet operõ, quã cõsequit delectatio, est obiectũ delectationis, inquantũ. s. uis appetitiua, cuius est delectari, reflectit in ipsam operõnem sicut in quoddã bonũ, puta, cũ aliquis cogitat & delectat de hoc ipso qđ cogitat, inquantum sua cogitatio placet. Qñq; uero delectatio ɔñs unã operõnem, puta cogitationem aliquã, hẽt pro obiecto aliã operõnem quasi rem cogitatã: & tunc talis delectatio procedit ex inclinatione appetitus, nõ quidẽ in cogitationẽ, sed in operationẽ cogitatã. Sic igit aliquis de fornicationẽ cogitans, de duobus põt delectari. Vno mõ de ipsa cogitatione: alio mõ de ipsa fornicatione cogitata. Delectatio aũt de cogitatione ipsa sequit inclinationẽ affectus in cogitationẽ ipsam: cogitatio aũt ipsa ſm se, non est pct̃m mortale, imò qñq; est uenialet m̃, puta, cũ aliq̃s inutiliter cogitat de ea: qñq; aũt sine peccato oĩno, puta, cũ aliq̃s utiliter de ea cogitat, sicut cũ vult de ea p̃dicare, uel disputare. & iõ p ɔñs affectio, & delectatio, q̃ sic est de cogitatiõe fornicationis, nõ est de gñe pc̃i mortalis, sed qñq; est pct̃m ueniale, qñq; nullũ: vñ nec cõsensus in talẽ delectationẽ est pct̃m mortale, & ſm hoc prima opinio hẽt ueritatẽ. Quòd ãt ali-

▲ *cap. 4. a me. 10. 5.

concl.

A quis cogitãs de fornicatione delectet de ipso actu cogitato, hoc ɔtingit ex hoc, φ affectio ei᷒ inclinata est in hũc actũ. Vñ φ aliquis ɔsentiat in talẽ delectationẽ, hoc nihil aliud ẽ, q̃ φ ipse ɔsentiat ĩ hoc, φ affect᷒ suus sit inclinat᷒ in fornicationẽ. Null᷒.n. delectat, nisi in eo, qđ ẽ ɔforme appetitui eius. Qđ ãt aliq̃s ex deliberõne eligat, φ affect᷒ su᷒ ɔformet his, q̃ ſm se sunt peccata mortalia, est pc̃m mortale. vñ* talis ɔsensus in delectationẽ pc̃i mortalis, est pecccatũ mortale; vt secunda opinio ponit. *ar. præc.

Ad primvm ergo dicendũ, φ ɔsensus in delectationẽ põt esse nõ solũ rõnis inferioris, sed ẽt superioris, ut dictũ est.* & tñ ipsa rõ inferior põt auerti B à rõnibus æternis: q̃a etsi nõ intendit eis, vt ſm eas regulans, qđ est propriũ supioris rõnis: intendit tñ eis, ut ſm eas regulata: & hoc mõ ab eis se auertẽs, põt peccare mortaliter. nã, & actus inferiorũ uiriũ, & ẽt exteriorũ membrorũ pñt esse peccata mortalia, ſm quod deficit ordinatio superioris rationis regulantis eos secundum rationes æternas. concl.

Ad 2m dicendũ, φ cõsensus in peccatũ qđ est ueniale ex gñe, est ueniale peccatũ: & ſm hoc põt cõcludi, φ consensus in delectationẽ, q̃ est de ipsa uana cogitatione fornicationis, est peccatũ ueniale: sed delectatio, q̃ est in ipso actu fornicationis, de genere suo est pc̃m mortale: sed qđ ante consensũ sit ueniale peccatũ tm̃, hoc est per accidens, s. pp imperfectionẽ actus: q̃ quidẽ imperfectio tollitur p consensum deliberatũ supuenientẽ: unde ex hoc adducitur in suã naturã, ut sit peccatum mortale.

Ad 3m dicendũ, φ ratio illa procedit de delectatione, quæ habet cogitationem pro obiecto.

Ad 4m dicẽdũ, φ delectatio, q̃ hẽt actũ exteriorẽ p obiecto, nõ põt esse absq; cõplacentia exterioris actus ſm se, ẽt si non statuatur implendũ pp p̃hibitionẽ alicuius superioris. unde actus sit inor- D dinatus, & p cõsequens delectatio erit inordinata.

Ad 5m dđm, φ ẽt cõsensus in delectationẽ, q̃ p̃cedit ex cõplacentia actus homicidij cogitati, est pc̃m mortale: nõ aũt cõsensus in delectationẽ, quę p̃cedit ex cõplacentia cogitationis de homicidio.

Ad 6m dicendũ, φ oratio dominica non solũ ɔ peccata uenialia dicenda est, sed ẽt cõtra mortalia.

Articvlvs ix.

Vtrum in superiori ratione possit esse peccatum ueniale, secundum quod est directiua inferiorum uirium.

Egid. 2. s. d. 24 q. 2. ar 4. *D. Bon. d. 24 p. 2. ar. 1. q. 2.* *Medina art 9.*

E Ad nonvm sic proceditur. Videtur φ in superiori rõne non possit esse peccatũ veniale, sc̃dm qđ est directiua inferiorum uiriũ, idest, ſm quod consentit in actum peccati. Dicit.n. Aug. in 12. de Trin.* φ rõ superior inhæret rationib. æternis: sed peccare mortaliter est per auersionẽ à rationibus h æternis. ergo videtur φ in superiori ratione non possit esse peccatum, nisi peccatum mortale. 403

Porrecta per totum. Inf. ar. un. & locis ibidem inductis.
*cap. 7. in li. 10. 3.

¶2 Præt. Superior ratio se habet in uita spirituali tanquàm principium, sicut, & cor in uita corporali: sed infirmitates h cordis sunt mortales. ergo peccata superioris rationis sunt mortalia.

¶3 Præt. Peccatum ueniale fit mortale, si fiat ex cõ-

temptu: sed hoc nõ vr̃ esse sine contemptu, ꝙ aliqs ex deliberatione h peccet ẽt uenialiter. cũ ergo cõsensus rationis superioris semꝑ sit cũ deliberatione legis diuinæ, vr̃ ꝙ non possit esse sine peccato mortali propter contemptum diuinæ legis.

at.7.huj lus quęst. SED CONTRA. Consensus in actum peccati pertinet ad rõnem superiorẽ, ut supra dictũ est: sed cõsensus in actũ peccati uenialis est pct̃m ueniale. ergo in superiori rõne põt esse peccatum ueniale.

RESP. Dicendũ, ꝙ sicut Aug. dicit in 12. de Trin. *Ca.7.in li.10.3.* Ratio superior inhæret rõnibus æternis ꝯspiciendis, aut cõsulẽdis. Cõspiciendis qdẽ, ſm qđ earum ueritatẽ speculat̃. Cõsulendis aũt ſm ꝙ ꝑ rõnes æternas de aliis iudicat & ordinat: ad qđ pertinet, ꝙ deliberãdo ꝑ rõnes ęternas cõsentit in aliquẽ actũ, uel dissentit ab eo. Contingit aũt ꝙ inordinatio actus, in quẽ consentit, non cõtrariatur rõnibus æternis, quia nõ est cũ auersione à fine ultimo, sicut *concl.* m contrariatur actus peccati mortalis: sed est præter eas, sicut actus peccati uenialis. vnde m qñ rõ superior in actũ peccati uenialis consentit, non auertit̃ à rõnibus æternis: vnde non peccat mortaliter, sed venialiter n. Et per hoc patet responsio ad primũ.

D.401. AD 2m dicendũ, ꝙ duplex est infirmitas d cordis, Vna, q̃ est in ipsa substãtia cordis, & immutat naturalẽ cõplexionẽ ipsi9, & talis infirmitas sp est mortalis. Alia ẽ aũt infirmitas cordis ꝑꝑ aliqua inordinationẽ, uel mot9 ei9, vel alicui9 eorũ, q̃ circũstant cor: & talis infirmitas si semꝑ est mortalis. Et sĩr in rõne superiori semꝑ est peccatũ mortale, qñ tollit̃ totaliter ipsa ordinatio rõnis supioris ad propriũ obiectũ, qđ est rõnis æternæ: sed qñ est inordinatio circa hoc, non est peccatũ mortale, sed ueniale.

AD 3m dicendũ, ꝙ deliberatus consensus in peccatũ, nõ semꝑ pertinet ad contẽptũ legis diuinæ: sed solũ quando peccatũ legi diuinę contrariatur.

404
SVPER Q. LXXIIII. ARTIC. IX. ET X.

Porrecta per totum. Medina ar. 10.

2.q.34.q.3.ar.5. & vec.q.15. artic 5. & mal.ar.5. ad 12. & 17. & art. 3. ad 17. & art. 5.

IN arti. nono, & decimo eiusdem 64. quæst. nihil scribendum occurrit. Terminorũ.n. notitiã habẽtibus oĩa clara sunt. Opus est ut Nouitijs lector distinguat ex August. allata in litera, duas operationes superioris rõnis, s. intuitũ, & cõsultationẽ, & ad hanc scđm spectat deliberatio, & cõsensus: & scđm hanc dirigit inferiora, & reflectit sup seipsam, & uocat̃ in litera aliter cõsideratum de ꝓprio obiecto, ut attingibili ab eadẽ. Altius n. consideratur Deus, ut nõ creditur ꝑ deliberationẽ, q̃ ꝑ sub tũ motũ: quoniam hic Deus est tantũ obiectum, ib. est obiectũ, & lex. Et ppea hic contra primã operationem, ibi contra scđam: hic nõ est cõsensus, ibi cõsensus: qa legis cõsultatio hic nõ ẽ peccatũ mortale, ibi mortale.

ARTICVLVS X.

Vtrum in ratione superiori possit esse peccatum ueniale secundum seipsam.

AD DECIMVM sic procedit. Videtur, quòd in superiori rõne non possit esse peccatum ueniale scđm seipsam, idest, ſm quod inspicit rõnes ęternas. Actus.n. potentię nõ inuenit̃ esse deficiens nisi per hoc, ꝙ inordinate se hẽt circa suum obiectũ: sed obiectũ superioris rationis K sunt ęternę rõnes, à quib9 h deordinari non est sine peccato mortali. ergo in superiori rõne non potest esse peccatum ueniale secundum seipsam.

¶2 Præt. Cũ rõ sit uis deliberatiua, act9 rõnis semꝑ est cũ h deliberatione: sed oĩs inordinat9 motus in his, q̃ Dei sunt, si sit cũ deliberatione, est pct̃m mortale. ergo in rõne superiori ſm seipsã, nunquàm est peccatũ ueniale.

F ¶3 Præt. Cõtingit qñq;, ꝙ pct̃m ex subreptione, est pct̃m veniale: pct̃m aũt ex deliberatione est pct̃m mortale per hoc, ꝙ ratio deliberans recurrit ad aliquod maius bonũ, ꝯ qđ hõ agens grauius peccat, sicut cũ de actu delectabili inordinato rõ deliberat qđ est ꝯ legẽ Dei, grauius peccat consentiendo, q̃ si solum consideraret quod est ꝯ uirtutem moralẽ: sed rõ superior nõ põt recurrere ad aliqđ altius, q̃ sit suũ obiectũ. ergo si motus ex subreptione non sit peccatũ mortale, neq; etiã deliberatio superue-G niens faciet ipsum esse peccatũ mortale: quod patet esse falsum. non ergo in ratione superiori secũdum seipsam potest esse peccatum ueniale.

SED CONTRA. Motus surreptitius infidelitatis est peccatũ ueniale: sed pertinet ad superiorẽ rõnem secundũ seipsam. ergo in ratione superiori potest esse peccatum ueniale secundum seipsam.

RESP. Dicendũ, ꝙ rõ superior aliter fert̃ in suum obiectũ, atq; aliter in obiecta inferiorũ uirium, q̃ ꝑ ipsam dirigunt̃. In obiecta.n. inferiorũ viriũ non fertur, nisi inquantũ de eis cõsulit rõnes æternas. vnde non fert̃ in ea nisi per modũ deliberationis. H Deliberatus aũt cõsensus in his, q̃ ex gñe suo sunt mortalia, est mortale peccatũ: & iõ rõ superior sẽper mortaliter peccat, si actus inferiorum uiriũ, in quos cõsentit, sint peccata mortalia. Sed circa ꝓpriũ obiectũ hẽt duos actus, s. simplicẽ intuitũ, & deliberationẽ, ſm qđ ẽt de proprio obiecto cõsulit rõnes æternas: ſm aũt simplicẽ intuitũ põt aliquẽ inordinatũ motũ habere circa diuina, puta, cũ qs patit̃ subitũ infidelitatis motũ. Et quamuis infidelitas ſm suũ genus sit peccatũ mortale, tñ subit9 *D.1011.* motus d infidelitatis est peccatũ ueniale: qa peccatũ mortale nõ est nisi ꝯ legẽ Dei. Põt aũt aliqđ horũ, I q̃ pertinent ad fidẽ, subito rõni occurrere sub quadã alia rõne, anteq̃ super hoc consulatur, uel consuli possit rõ æterna, idest, lex Dei, puta cũ quis resurrectionẽ mortuorũ subito appręhendit ut impossibilẽ ſm naturã, & simul appręhendendo renititur, antequã ips habeat deliberandi, qđ hoc est nobis traditũ vt credendũ scđm legẽ diuinã. Si uero post hanc deliberationẽ motus infidelitatis maneat, est pct̃m mortale: & iõ m circa propriũ obie- *concl.* m ctũ, etsi sit pct̃m mortale ex genere, põt rõ superior peccare uenialiter in subitis motibus n, vel ẽt mortaliter ꝑ deliberatũ ꝯsensum. In his aũt, q̃ perti-K nent ad inferiores uires, semꝑ peccat mortaliter in his, q̃ sunt peccata mortalia ex suo genere, nõ aũt in his, q̃ scđm suum genus sunt uenialia peccata.

AD PRIMVM ergo dicendum, ꝙ peccatum quod est contra rationes æternas, etsi sit peccatũ mortale ex genere, põt tamen esse peccatum ueniale ꝑꝑ imperfectionem actus subiti, ut dictum est. *In corp. art.*

AD 2m dicẽdum, ꝙ in operatiuis ad rationem, ad quam pertinet deliberatio, pertinet etiam simplex intuitus eorum, ex quibus deliberatio procedit: sicut etiam in speculatiuis ad rationem pertinet & syllogizare, & propositiones formare: & ideo etiam ratio potest habere subitum motum.

AD 3^m dicendū, ꝙ una, & eadē tes pōt diuersas consideratiōnes habere, quarum una est altera altior: sicut Deū esse, pōt considerari, vel inquātū est cognoscibile rōne humana, uel inquātū tradit reuelatione diuina, q̄ est cōsideratio altior. & iō quis obiectū rōnis superioris sit qdā ſm naturā rei altissimū, tñ pōt ēt reduci in q̄dā altiorē ꝯsiderationē: & hac rōne, qđ in motu subito nō erat pctm mortale, ꝑ deliberationē reducentē in altiorē cōsiderationē fit peccatum mortale, sicut supra* expositum est.

*In corp. art.

QVAESTIO LXXV.

De causis peccatorum in generali, in quatuor articulos diuisa.

DEINDE considerandū est de causis peccatorum. ¶Et primo, in generali. Secundo in speciali. Circa primū quærunt quatuor. ¶Primum, Vtrum peccatum habeat causam. ¶Secundo, Vtrum habeat causam interiorem. ¶Tercio, Vtrum habeat causam exteriorem. ¶Quarto, Vtrum peccatum sit causa peccati.

ARTICVLVS I.

Vtrum peccatum habeat causam.

AD PRIMVM sic ꝓcedit. Vr ꝙ pctm non habeat causam. Peccatum enim habet rōnem mali, ut dictum est.* sed malum nō hābet cām, ut Dion. dicit 4. cap. de diui. no. ergo peccatum non habet causam.

¶2 Præt. Cā est, ad quā de necessitate sequitur aliud: sed qđ est ex necessitate, non vr esse peccatum, eo ꝙ omne pctm est voluntarium. ergo peccatum non habet causam.

¶3 Præt. Si pctm habet causam, aut habet pro cā bonū, aut malum: nō aūt bonū, q̄a bonū nō facit nisi bonū. nō. n. pōt arbor bona fructus malos facere, ut dr Matt. 7. Similiter aūt nec malum potest esse cā peccati, quia malum pœnæ sequitur ad peccatum: malū autem culpæ est idem quod peccatum. peccatū igitur non habet causam.

SED CONTRA. Omne qđ fit, hēt causam: quia ut dicitur Iob. 5. Nihil in terra sine cā fit: sed peccatum fit. est enim dictū, uel factū, vel concupitū cōtra legē Dei. ergo pctm habet causam.

RESP. Dicendum, ꝙ peccatum est quidam actus inordinatus. A Ex parte igitur actus potest habere per se cām, sicut & quilibet alius actus: ex parte autem inordinatiōis habet causam eo modo, quo negatio, uel priuatio potest habere causam. Negationis autem alicuius pōt duplex causa assignari. Primo quidē defectus causæ affirmationis idest, ipsius causæ, negatio est cā negationis secundum seipsam. B Ad remotionē enim cāæ sequit remotio effectus: sicut obscuritatis causa ē absentia solis. Alio modo cā affirmationis ad quam sequitur negatio, est ꝑ accidens cā negationis consequentis: sicut ignis causādo calorē ex principali intentione, cōsequenter causat priuationem frigiditatis quorū primum potest sufficere ad simplicem negationem. Sed cū inordinatio peccati, & quod libet malum non sit simplex ne C gatio, sed priuatio eius, qđ quidem natum est, & dēt habere, necesse est ꝙ talis inordinatio habeat cām agentem per accidēs. Quod enim natū est inesse, & dēt, nunquam abesset nisi ꝑ p causam aliquā impedientem: & secundum hoc consueuit dici, ꝙ malum, quod in quadam priuatione consistit, habet causam deficientem, uel agentem per accidens: omnis autem causa ꝑ D accidens reducitur ad causam per se. Cum igitur peccatū ex parte inordinationis hēat cām agentem per accidens, ex parte autem actus habeat cām agentem per se, sequitur quod inordinatio peccati cōsequatur ex ipsa cā actus. Sic igit^{ur} voluntas carens directione regulæ rationis & legis diuinæ, intendens aliquod bonum commutabile, causat actum quidem peccati ꝑ se, E sed in ordinationem actus per accidens & ꝓter intentionē.* ꝓuenit enim defectus ordinis in actu ex defectu directionis in voluntate.

AD PRIMVM ergo dicēdū, ꝙ peccatum non solum significat ipsam priuationē boni, quæ est inordinatio: sed significat actū sub tali priuatione, q̄ habent rōnem mali, quod quidem qualiter habeat causam, dictum est.*

AD 2^m dicendū, ꝙ si illa diffi-

SVPER Q. LXXV. ART. I.

Medina ar. 1.

IN corpore t. ar. q. 75. dubiū est, quia author subdisiunctionis nota dicit ꝙ malū habet cām deficiētē, uel agentem per accidens. an idem intelligat per utrunq; an diuersa: & si idē, quō explanat. & similiter si diuersa, quō prosequitur. nō. n. liquet. ¶Ad hoc dr. ꝙ author concludit illam disiūctionē ſcdm veritatē disiunctionis. Et intēdit, ꝙ ꝑꝑ̄a cam causa propria mali assignatur, aut assignat cā deficiens, aut assignatur cā per accidēs & hoc quia cām efficientem per se habere non pōt. Positiuā habere non pōt negatiua aūt, quæ per se est cā negationis, nō sufficit ad priuationē: quia oportet al q̄ cām aliam a negatione ponere impedientem oppositum habitum, ut fiat priuatio. Verum quia cā deficiens, & cā per accidens sunt deus subiecto, & dist ncte formaliter in uno sensu, & sunt idē subiecto, & formaliter in alio sēsu: iō author simul prosequitur, & oīa explanauit. Ad cu* cuidētiam recolere oportet, ꝙ cā per accidens dupliciter dr, s. accidente in cā, & accidente in effectu: & qđ vterque modus in ꝓposito inuenitur. Voluntas namque carēs directione legis, intēdenique aliquod bonum commutabile, causat actum peccati per se, & inordinationem per accidens. ita ꝙ defectus ordinis in actu est ex defectu directionis in uoluntate, ut in lfa dicitur: ubi habes primo, ꝙ voluntas per se causa actus, est cā per accidens ex parte effectus respectu inordinationis, dum causat actū, cui coniungitur inordinatio. Habes secundo, ꝙ uoluntas causādo actum, & non dādo ei ordinem illi debitum, est cā deficiēs respectu inordinationis deficit enim a dādo illi debitum ordinem, cū teneatur ad hoc. Habes tertio, ꝙ quia defect^{us} directionis in uoluntate ē cā defectus ordinis in actu, & non per se, ut dictum est, nisi in rōne negationis. ergo ꝑ accidēs ex parte cāæ quia est coniunctus voluntati. Defectus igitur in uoluntate, vnde uoluntas est cā deficiens, est idē subiecto, & formaliter causæ per accidens ex parte causæ: quia est ipsamet, & est idē subiecto tm̄ causæ ꝑ accidens ex parte effectus tm̄: quia est idē subiecto uoluntati, & dat uoluntati eē cām deficientem nō dādo causalitatē, sed deficientiam. Hæc est doctrina authoris & uera, & manifestata in lfa breuiter. Sed cōtra eam asserunt plus multa à Sco in 2. sent. di. 41. Verum q̄a ipse in uno tm̄ quoad ꝓpositum discordare vr, iō cæteris omissis, afferoillud. Non vult ipse, ꝙ defectus in uoluntate sit actus per accidens accidentalitate ex parte causæ inordinati actus accipiēdo defectū ꝓprie, ita ꝙ ex ipso, & nostra uolūtate fiat unū ꝑ accidens, sicut ex homine, & non albo: & unam tm̄ rōnē adducit, q̄a ante primū defectū uoluntatis esset defectus. Sed hæc facillime soluit negādo sequelam, utendo terminis ut significant: quia est statim in defectu regulæ n. conueniēte cū rōne mali tam culpæ, quā pœnæ, ut in respunsione ad tertium in litera dicitur. Vtendo aūt terminis ad bonum sensum. s. ante primum defectum, in actu peccati esset defectus patet responsio, ꝙ non inconueniens ante talem primū defectum, dari defectum absque ratione mali culpæ, & pœnæ.

404 Porrecta per totum

Inf art. 2. & 4. cur. & ad 1. et q. 77. a. 4. cor. Et 2. di. 35. ar. 2. corp.

*q. 71. ar. 6.

*c. 4. par. 4. antec.

D. 9. 7.

concl.

*In corp. art.

nirio causę, vniuersaliter debeat uerificari, oportet vt intelligatur de cã sufficienti, & non impedita. Contingit enim aliquid esse cãm sufficientem alterius, & tñ non ex necessitate sequitur effectus propter aliquod impedimentum superueniens: alioqn sequeretur quòd omnia ex necessitate contingerent, vt patet in 6. Meta.* Sic igitur etsi peccatum habeat causam, non tamen sequitur ꝙ sit necessaria: quia effectus potest impediri.

*Tex. 5. t. 3.

*Io corp. art.

Ad 3m dicendum, ꝙ sicut dictum est,* uoluntas sine adhibitione regulæ rationis, vel legis diuinæ, est causa peccati. Hoc autem quod est non adhibere regulam rationis, uel legis diuinæ, secundum se non habet ratiouem mali, nec pœnæ nec culpę, an tequam applicetur ad actum. vnde secundum hoc peccati primi non est causa malum, sed bonum aliquod cum absentia alicuius alterius boni.

Articvlvs II.

Vtrum peccatum habeat causam interiorem.

AD secvndvm sic proceditur. Vĩ quòd pc̃m non habeat causam interiorem. Id enim, qđ est interius alicui rei, semper adest ei. si igit̃ pc̃m habeat causam interiorem, semper homo peccaret, cum posita causa ponatur effectus.

¶2 Præt. Idem non est causa suiipsius: sed interiores motus hominis sunt peccatum. ergo non sunt causa peccati.

¶3 Præt. Quicquid est intra hominẽ, aut est naturale, aut uoluntariũ: sed id, qđ ẽ naturale, nõ pôt esse peccati cã, quia pc̃m ẽ cõtra naturam, ut dicit Damas. quod autem est voluntarium, si sit inordinatum, iam est peccatum. nõ ergo aliquid intrinsecũ potest esse causa primi peccati.

Sed contra est, qđ Aug.* dicit, ꝙ uolũtas est causa peccati.

Res. Dicendum, ꝙ sicut iam dictum est, * per se causam peccati oportet accipere ex parte ipsius actus: actus aũt humani pôt accipi causa interior, & mediata, & immediata. Immediata quidem cã humani actus est rõ, & voluntas, secundum quã homo est liber arbitrio: causa autẽ remota est apprehensio sensitiuæ partis, & etiam appetit⁹ sensitiuus. Sicut. n. ex iudicio rõnis voluntas mouetur ad aliqđ sm rõnem: ita etiam ex apprehẽsione sensus, appetitus sensitiuus in aliqđ inclinat: quæ quidẽ inclinatio interdũ trãhit uolũtatem, & rõnem, sicut infra patebit.* Sic igitur duplex cã peccati interior pôt assignari, una pxima ex parte rõnis, & uoluntatis: alia uero remota ex parte imaginationis, vel appetitus sẽsitiui. Sed qa supra dictũ est, ꝙ cã peccati est aliquod bonũ apparens motiuũ cum defectu debiti motiui, scilicet regulæ rõnis, uel legis diuinæ, ipsum motiuum, quod est apparens bonũ, pertinet ad apprehẽsionẽ sensus, & appetitum: ipsa aũt absentia debitæ regulæ pertinet ad rõnem, quæ nata est hmôi regulam considerare: sed ipsa perfectio voluntarij actus peccati ptinet ad uoluntatẽ, ita ꝙ ipse uoluntatis actus præmissis suppositis, iam est quoddam pc̃m.

Ad primvm ergo dicendũ, ꝙ id, qđ est intrinsecũ, sicut potẽtia naturalis, sẽmp iest: id aũt, qđ est intrinsecũ, sicut act⁹ iterior appetitiuæ, uel apprẽhẽsiuę uirtutis, nõ semp inest. Ipsa aũt potẽtia uolũtatis ẽ cã peccati in potẽtia, sed reducit in actũ p motus pcedentes, & sensitiuæ partis primo, & rõnis cõsequenter. Ex hoc enim ꝙ aliqđ pponitur vt appetibile sm sensum, & appetitus sensitiuus inclinat in illud, iõ interdũ cessat à cõsideratione regulæ debitæ: & sic voluntas pducit actũ peccati. Quia igitur motus pcedentes non semper sunt in actu, neque peccatum semper est in actu.

Ad 2m dicendum, ꝙ non oẽs motus interiores sunt de substantia peccati, quod consistit principaliter in actu uoluntatis: sed quidam præcedunt, & quidam consequuntur ipsum peccatum.

Ad 3m dicẽdum, ꝙ illud quod est causa peccati, sicut potentia producens actũ, est naturale: motus ẽt sensitiuæ partis, ex quo sequitur pc̃m, interdum est naturalis, sicut cũ pp appetitum cibi aliqs peccat: sed efficitur peccatum innaturale ex hoc ipso, ꝙ deficit regula naturalis, quam homo secundum naturam suam debet attendere.

SVPER Q. LXXV. ART. II.

S. Bon. 2. s. d. 41. q. 1. ar. 2
Scot. 2. s. d. 41. q. 1.
406 *Riccar. 2. d. s. 41. q. 1.*
Porrecta Dur. 2. s. d. 41. q. 2.
per totum.
Inf. art. 3. corp.

IN art. 2. eiusdem 75. q. collige causas interiores peccati, distinguendo eas ex parte peccantis, & obiecti, & intuere causas ex parte peccãtis quã inoriduas proximas, rõnem, & uoluntatẽ, inter quas uoluntas est pximior: & duas remotas, sensum, & eius appetitum, inter quas sensus est remotior: ex parte uero obiecti unam iuxta unitatem complexi obiecti, plura tñ complectentis euidentia prædictis potentijs: ita tñ ꝙ tres peccatoos potẽtiæ, scilicet sensus, appetitus sensitiuus, & rõ sunt velut præparantes, & facientes obiectum peccati bonũ, scilicet apparens, dissuasos rõni uolũtas aũt est perficiens ipsum pc̃m. pp quod illæ cõcurrũt ad peccatum ex parte obiecti, uoluntas ex parte subiecti. Illæ causant peccatum quoad specificationẽ actus, uoluntas quo ad exercitium: propterea simul in litera traduntur causæ prædictæ vnitæ in obiecto, ut in litera clare patet. Et fecit hoc author, vt haberes resolutionem peccati usq; ad primam cãm. Appetibile est enim mouẽs non motum, ut patet in tertio de anima. Cum autem audis bonum apparens in obiecto spectare ad sensum, & eius appetitum, intellige nõ semper, sed qñ sensus, & appetitus sensitiuus causant peccatũ. Potest namque bonum apparens, dissonans legi rõnis, uel Dei, mouere ad peccatum, & peccari absq; concursu appetibilis scdm sensitiuã partẽ, ut patet de infidelitate.

Li. 2. c. 4. & 30. & li. 4. c. 21.
Libr. de duab. animabus c. 10. & 11. tom. 6.
Et 1. retrac. ca. 9. & 1. Et lib. 3. de lib. arb. c. 17.
ar. præc.
Q. 77. ar. 1. & 2.
Ar. 1. huius q.

¶ In resp͂sione ad primũ cum legis, ꝙ uolũtas reducitur ad actũ per pręcedentes act⁹, intellige ex parte obiecti. Nam ad exercitium actus à seipsa reducitur in actũ, ut superius dictum est, pręsente tñ obiecto obiectiue mouente: ita ꝙ nec à seipsa pôt uoluntas exire in actũ, nisi concurrat obiectum. & ppea in lr̃a concluditur, qđ quia præcedentes motus, qui se tenent ex parte obiecti, non sunt semper in actu, peccatum non semper est in actu.

Articvlvs III.

Vtrum peccatum habeat causam exteriorem.

AD tertivm sic procedit. Vĩ ꝙ peccatum nõ habeat causam exteriorem. Pc̃m enim est actus uoluntarius: uoluntaria autem sunt eorum, quę sũt in nobis, & ita non habent exteriorem cãm. ergo peccatum non habet exteriorem causam.

¶2 Præt. Sicut natura est principium interius, ita etiam uolũtas: sed peccatum in rebus naturalibus nunquàm accidit, nisi ex

SVPER Q. LXXV. ART. III.

407 *Porrecta per totum.*
Med. art. 3.

Ios. q. 80. ar. 1. & 3. Et prima parte q. 115. ar. 4. cor. Et 1. 2. q. 73. ar. 3. cor. & ad 2. & q. 105. ar. 1. ad 1. & 2. Et mal. q. 3. art. 3. per to. & ar. 4. cor.

IN arti. 3. eiusdem quæstionis occurrit suggerendum, primo ꝙ colligas ex tradicas causas peccati, & ex parte subiecti nullam: quia solus Deus hinc est extra. ex parte obiecti duas exterioras, scilicet persuasorem, & sensibilia: de alijs autem

tis obiectis, q̄ non mouent nisi in aĩa, nulla fit mentio, quia inter causas interiores cōputantur. Hæc n. differentia ab Aristo. in 2. de anim data est, q̄ obiecta intellect⁹ sunt intus, sensus uero extra. Secundo, q̄ ideo author dicit sēsibilia non necessario mouere appetitum sensitiuū, nisi forte aliquo mō dispositum, quia appetitus sensitiuus in nobis est liber participatiue, ut dictum est, & iō non necessitatur ab appetibili extra obiecto. Verū quia nō est sic liber quin habeat multum naturalitatis, si habitu superinducto, uel naturali aliqua inclōna, uel applicatione pdominante sit aliquis dispositus necessitati, ut demus appetitum, ut patet in timoribus, dolorib. & delectationib. innoluntariis pseuerantib. motiuis. Dixit aūt author, forte, uel quia determinādi de hoc locus hic nō erat, uel quia hm̄ōi dispō forte. i. non per se inuenitur appetitui, ut liber est, conueniens: unde tales motus inquantum alieni sunt a nostra potestate, etiam alieni a ratione peccati sunt.

ar. præc.

q. 9. a. 6. & q. 1. ar. 4. q. 79. a. 1

aliqua interioris causa, ut puta, A monstruosi partus prouenīūt ex corruptione alicui⁹ principii interioris. ergo neq; in moralib. potest cōtingere peccatum, nisi ex interiori causa. nō ergo hēt peccatum causam exteriorem.

3 Præt. Multiplicata cā multiplicatur effectus: sed quāto plura sunt, & maiora exterius inducentia ad peccandum, tanto minus id, quod quis inordinate agit, ei imputatur ad pc̄m. ergo nihil ex B terius est causa peccati.

SED CONTRA est, q̄ dr̄ Nu. 31. Nonne iste sunt, quę deceperūt filios Israel, & præuaricari vos fecerunt in Dn̄o super pc̄ō Phogor? ergo aliquid exterius potest esse causa faciens peccare.

RESP. Dicendū, q̄ sicut s. dict. est, cā interior pc̄i est, & uoluntas ut pficiens actum pc̄i, & rō quantum ad carētiā debitæ rīæ, & appetitus sensitiuus inclinās. C Sic ergo aliqd extrinsecū tripliciter posset esse cā pc̄i, uel quia moueret immediate ipsam uolūtatē, nel qa moueret rōnē, nel qa moueret appetitū sensitiuū. Voluntatē aūt, ut supr. dictū⁹ est, interius mouere non potest nisi Deus, qui non pōt esse cā pc̄i, ut inf. ostendetur.* Vñ relinquitur, q̄ nihil exterius pōt esse cā pc̄i, nisi uel inquantum mouet rōnē, sicut hō, uel dæmon psuadēs pc̄m, uel sicut mouēs appetitū sensitiuū: sicut aliqua sēsibilia, exteriora mouēt appetitū sensitiuū. Sed neq. persuasio exterior in reb. agendis ex necessitate mouet rōnē, neq; ēt res exterius ppositæ ex necessitate mouēt appetitum sensitiuum, nisi forte aliquo mō dispositū, & tñ ēt appetitus sensitiuus non ex necessitate mouet rōnem, & uoluntatem. Vnde* aliquid exterius pōt esse aliqua causa mouens ad peccandum, nō tñ sufficienter ad peccandum inducens: sed causam sufficienter complens peccatum est sola uoluntas.

concl. m.

AD PRIMVM ergo Dicendū, q̄ ex hoc ipso, quod exteriora mouentia ad peccandum, non sufficienter & ex necessitate inducunt, sequitur q̄ remaneat in nobis peccare, & non peccare.

AD 2ᵐ Dicendū, q̄ per hoc, quod ponitur interior causa peccati, non excluditur exterior. Non. n. id, q̄ est exterius, est causa peccati, nisi mediante causa interiori, ut dictum est.*

in cor. ar.

AD 3ᵐ Dicendū, q̄ multiplicatis exteriorib. causis inclinantib. ad peccandū, multiplicanē actus peccati: quia plures ex illis causis, & pluries inclinat ad actus peccati, sed tamen minuitur ratio culpę, quæ consistit in hoc, quod aliquid sit uoluntarium, & in nobis.

ARTICVLVS IIII.

Vtrum peccatum, sit causa peccati.

AD QVARTVM sic proceditur, Videtur quòd pc̄m no sit cā pc̄i. Sunt. n. quatuor genera cāru̅ quorū nullū pōt ad hoc ɔgruere q̄ pc̄m sit cā pc̄i. Finis. n. hēt rō nē boni, qđ non ɔpetit pc̄ō, qđ de sua rōne est malū: & cadē rōe nec pc̄m pōt esse causa efficiēs, B quia malū nō ē causa agens, sed est infirmū, & impotēs, ut Dio. dicit 4. c. de di. no.* Causa aūt materialis, & formalis vīr hr̄e solum locum in naturalib. corporib. q̄ sunt cōposita ex materia, & forma. ergo pc̄m non potest hr̄e causam materialem, & formalem.

2 Præt. Agere sibi simile ē rei p fectæ, ut dr̄ in 4. Meteo. sed pc̄m de sui rōne est imperfectū. ergo pc̄m non potest esse causa pc̄i.

3 Præt. Si huius pc̄i sit cā aliud peccatū, eadē rōne, & illius erit cā aliqđ aliud peccatū, & sic pcedet in infinitū, q̄ ē icōueniēs. nō ergo peccatū ē̄ causa pc̄ti.

SED CONTRA est, quod Gre. dicit super Eze.* Peccatum quod per pænitentiam citius non deletur, peccatum est, & causa peccati.

RESPONDEO Dicendum, q̄ cum peccatū habeat causam ex parte act⁹, hoc mō unū peccatū pōt eē causa alterius, sicut unus actus humanus pōt esse causa alterius.* Contingit igiē unū peccatū eē D cām alterius fm̄ quatuor genera causarū. Primo q̄ dem fm̄ modum causæ efficiētis, uel mouentis, & p se, & p accidens. Per accidens quidē, sicut remouēs prohibēs dr̄ mouens p accidens. Cū. n. p unū actū pc̄i hō amittit gratiam, uel charitatē, uel uerecundiam, uel qđcunque aliud retrahens a pc̄ō, incidit ex hoc in aliud peccatū, & sic primū peccatum est causa secūdi per accidēs. Per se quidē, sicut cum ex uno actu pc̄i hō disponit ad hoc, quod alium actū ɔsimilē facili⁹ cōmittit: ex actib. n. causanē dispōnes & habitus inclinantes ad similes actus. Scd̄m uero gen⁹ causę materialis, unū peccatū est causa alteri⁹ E inqtū pparat ei materiam: sicut auaritia pparat materiam litigio, qđ plerunq. est de diuitiis ɔgregatis. Scd̄m uero genus causæ finalis, unū peccatū ē causa alterius, inquantū pp finē unius pc̄i aliquis committit aliud peccatū: sicut cum aliquis ɔmittit simoniam pp finem ambitionis, uel fornicationē ppter furtum. Et quia finis dat formam in moralib. ut sup. habitum est,* ex hoc etiam sequitur, quod unū peccatum sit formalis causa alterius: in actu. n. fornicationis, quæ propter furtum committitur, est quidem fornicatio sicut materiale, furtum uero sicut formale.

concl. m

q. 1. a. 3. & q. 18. a. 4. & 6.

AD PRIMVM ergo Dicendum, q̄ peccatū inquantum

SVPER QVÆSTION. LXXV.

ART. IIII.

Egid. 2. s. d. 36. q. 1. a. 1 Dur. d. 36. q 1. Medina ar. 4.

IN ar. 4. In raspon. ad 2ᵐ, nota, quòd quia species, & diuæ bonorū, & malorum moralium sūt antia positiua, & uere nāe in latitudina entiū: ideo author dicit, q̄ pc̄m ex parte cōuersionis hēt perfectionem naturæ, & hinc causat actiue, & finaliter, ut in respons. ad 1ᵐ dr̄: inordinatio aūt, quia est priuatio moralis rectitudinis, iō hic dicit peccatū imperfectum imperfectiona morali. Hæc aūt dixerim, ut cessat admirato, quare author in ordōnē in genera motis, & cōuersionē in genere nāe posuerit, cū utrūque ad genus motis spectet.

4 ot porrecta pertotum. inf. q. 84. & 2. d 36 a. 1. & di. 42. q. 1. a. 12. 3. & 5 & ma. a o. ar. 1. q. 8 Ro. co. & 5. le. 7. 4. c. 4. p a med.

lib. 2. de ani. ta. 34 to. 2

Ho. 11. post me. & lib. 25. mor c. 13 ante me.

tũ est inordinatũ, hẽt rõnẽ mali: sed inquantum est actus quidam, hẽt aliqđ bonũ, saltẽ apparẽs, p fine, & ita ex parte actus põt esse cã & finalis, & effectiua alterius pci, licet nõ ex parte inordõnis. nãm ãt hẽt pctm̃ nõ ex qua, sed circa quam: formam ãt hẽt ex fine. & ideo ſm quatuor genera causarũ peccatũ potest dici causa peccati, ut dictum est.* F

*in eo. ar.

AD 2m Dicendũ, q peccatum est imperfectum imperfectione morali ex parte inordinationis: sed ex parte act⁹ potest habere perfectionem naturæ, & secundum hoc potest esse causa peccati.

AD 3m dicendũ, quod non omnis causa peccati est peccatum. unde non oportet, quod procedatur in infinitum: sed potest perueniri ad aliquod peccatum, cuius causa non est aliud peccatum. G

SVPER QVÆS. LXXVI.

ART. I.

Pe. d. 2. s. d. 22. q. 2. a. 3
Medina ar. 1.
Alb. Mag. 2. d. 22. a. 7. 8. & 9.

IN ar. 1. q. 76. aduerte, q cum in titu. quæritur, & postmodum determinatur, q ignorantia est cã pci, non sumitur peccatum pro inordõne nec pro actu in genere naturæ, sed formaliter pro ipso actu peccati. iam. n. dictũ est, q peccatum non est deordinatio, nisi act⁹: sed actus contrarius uirtuti. Nec est curæ in proposito utrũ illud pctm̃, cuius causa di ignorantia, sit imputabile, aut non incurrenti ipsũ. sat. n. est proposito, q pctm̃ ipsum ab ignorantia causetur siue imputabiliter, siue nõ imputabiliter. hoc n. ad sequentia spectat q̃rere & decidere. Ex hoc ãt q pctm̃ est actus, & species positiua, manifeste hẽs, quare ignorantia ponitur cã p accidens eius. Nõ ens .n. non est per se cã entis, & ponitur cã ut remouẽs phibẽs, seu remotio prohibentis: quia sicut graui inclinato ad motum deorsum ablatio phibentis colũnæ dat p accidens motũ deorsum: ita uoluntati inclinatę in actum peccati siue imputabiliter, siue non, negatio sciæ, q̃ prohiberet talẽ actũ si adesset, dare dicitur talem actum.

409 *porrecta per totum*
Inf. art. 3. co. & 2. d. 42. a. 1. co. & ad 3. & ma. q. 3. a. 6. pro. & q. 7. co. fi. & ad 6.
*q. 75 a. 1

¶Sed ar. in secũda secũdæ, ubi de negli-

QVAEST. LXXVI.

De causis peccati in speciali, in quatuor articulos diuisa.

DEINDE considerandum est de causis peccati in speciali.

Et primo, de causis interioribus peccati. Scđo, de exterioribus. Tertio de peccatis, quæ sunt causa aliorum peccatorum. H

Prima aũt consideratio secundũ præmissa erit tripartita: nã primo agetur de ignorantia, quæ est causa peccati ex parte rationis.

Scđo, de infirmitate seu passione, quæ est causa peccati ex parte appetitus sensitiui.

Tertio de malitia, quæ est causa peccati ex parte uoluntatis. I

Circa primum quærunt quatuor

¶Primo, vtrum ignorãtia sit causa peccati.

¶Secundo, vtrum ignorantia sit peccatum.

¶Tertio, vtrum totaliter a peccato excuset.

¶Quarto, vtrũ diminuat pctm̃.

ARTICVLVS I.

Vtrum ignorantia possit esse causa peccati. K

AD PRIMVM sic proceditur. Vr quod ignorãtia nõ possit eẽ cã pci, q q nõ est, nullius est cã: sed ignorantia est non ens, cum sit priuatio quædam sciẽ. ergo ignorantia non est causa peccati.

¶2 Præt. Causę pci sunt accipiẽdę ex parte ↄuersionis, ut ex supradictis patet:* sed ignorantia vr respicere auersionem. ergo non debet poni causa peccati.

¶3 Præt. Oẽ pctm̃ in uoluntate ↄsistit, ut sup. dictum est:* sed uolũtas non fert nisi in aliqđ cognitũ: quia bonũ apprehensum est obiectũ uoluntatis. ergo ignorãtia non potest esse causa pcti.

gentia tractabit, clare erit in speciali, quãdo .s. est mortale, uel ueniale: qñ uero actualiter peccatur, cũ de tempore affirmatiui præcepti erit sermo, dicendum est.

*q. 74. a. 1

SED CONTRA est, q Aug. dicit I li. de* nat. & grat. q quidam per ignorantiã peccãt.

*Li. de na. & grat. c. 63. an. med. to. 7. & li. 3. de li. arbi. c. 18. to. 1

RESP. Dicendũ, q ſm philosop. in 8. ph.* causa mouẽs est duplex, una p se, & alia p acñs. Per se qdem est, q̃ propria uirtute mouet, sicut generans est cã mouens grauia, & leuia. Per accidens ãt sicut remouẽs prohibẽs, uel sicut ipsa remotio prohibentis, & hoc mõ ignorantia põt esse cã actus pci: est. n. priuatio sciæ pficientis rõnẽ, quæ prohibet actũ pci, inquantũ dirigit act⁹ humanos. Considerandũ ẽ aũt q rõ ſm duplicẽ sciam est humanorũ actuũ directiua. s. ſm sciam uniuersalem, & particularẽ. Cõferẽs .n. de agendis, utitur quodam syllogismo, cuius cõclo est iudicium, seu electio, uel operatio: actiones aũt in singularib. sunt. unde conclo syllogismi operatiui est singularis. Singularis ãt propõ non ↄcludiẽ ex uniuersali, nisi mediante aliqua propõne singulari: sicut hõ prohibeẽ ab actu patricidii per hoc, q scit patrẽ nõ esse occidendũ, & p hoc, q scit hũc eẽ patrẽ. Vtriusq; n ergo ignorantia põt causare patricidii actũ. s. & vlis principii, qđ est qdam regula rõnis, & singularis circũstantiæ. uñ patet, q nõ qlibet ignorantia peccantis est cã pci, sed illa tm̃, q tollit sciam prohibentẽ actũ pcti. Vnde si uoluntas alicui⁹ eẽt sic disposita, q nõ prohiberet ab actu patricidii, ẽt si patrẽ agnosceret, ignorantia patris nõ ẽ huic cã pci: sed ↄcomitanter se habet ad pctm̃: & ideo talis non peccat p p ignorantiam, sed peccat ignorans, secundum philoso. in 3. eth.*

*li. 8. tex. 27. to. 4.

concl. m

* cap. 1. me. to. 5.

AD PRIMVM ergo Dicendũ, q non ens non põt esse alicuius causa per se: potest tamen esse causa per accidens, sicut remotio prohibentis.

AD 2m dđm, q sicut scia, q̃ tollit ignorantia: respicit pcm̃ ex pte ↄuersionis: ita ẽt ignorantia ex parte ↄuersionis est cã pci, ut remouens prohibens.

AD 3m Dicendũ, q in illud, q est q̃tũ ad oia ignotũ, non põt ferri uolũtas: sed si aliqđ est ſm aliquid notũ, & ſm aliquid ignotũ, põt uoluntas illud velle & hoc mõ ignorantia est causa pci: sicut cũ aliquis scit hunc quẽ occidit, esse hominẽ, sed nescit eũ eẽ patrem: uel cum aliquis scit aliquem actũ esse delectabilem, nescit tamen eum esse peccatum.

ARTICVLVS II.

Vtrum ignorantia sit peccatum.

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur quòd ignorantia non sit pcm̃. Peccatum .n. est dictum, uel factum, uel concupitum contra legem Dei, ut sup. habitum est:* sed ignorantia non importat aliquẽ actum neq; in-

SVPER QVÆTION. LXXVI.

ART. II.

Egid. 2. s. d. 22. q. 2. a. 2
Medina ar. 2.
Alb. ubi sup.

IN 2. ar. eiusd. 76. q. dubium occurrit, quia author uidetur sibi contrarius, aut obscurus. Aut. n. intẽdit, quod ignorantia est peccatũ secundũ se,

410 *porrecta per totum*
inf. q. 84. a. 4. ad 5. & q. 105. a. 2. ad 9. & 2. 2. q. 53. a. 2. ad 2. & 2. di. 42. q. 2. a. 2. q. 1 ad 3 & mal. q. 3. a. 7 co. & ad 1. 7. & 11. & quol. 1. a. 19. cor.
*q. 71. a. 6

teriorem, neq; exteriorem. ergo A ignorantia non est peccatum.

2 Præt. Pctm̄ directius opponit gratiæ, q̄ sciæ: sed priuatio grãe non est peccatum, sed magis pœna quædam consequens peccatum ergo ignorantia, quæ ē priuatio scientiæ, non est peccatum.

3 Præt. Si ignorantia est peccatū hoc non est nisi inquantum ē uoluntaria: sed si ignorantia sit peccatum inquantum est uolūtaria, vr̄ pctm̄ in ipso actu uoluntatis B consistere magis, quam in ignorantia. ergo ignorantia non erit peccatum, sed magis aliquid consequens ad peccatum.

4 Præt. Omne peccatum p pœnitentiam tollitur, nec aliqd̄ peccatum transiens reatu, remanet actu, nisi solū originale: ignorantia at non tollitur per pœnitētiā, sed adhuc remanet actu, oī reatu per pœnitentiam remoto. ergo ignorantia non est peccatū, C nisi forte sit originale.

5 Præt. Si ipsa ignorantia sit peccatū, q̄diu remaneret ignorantia in homine, tādiu actu peccaret: sed continue manet ignorātia in ignorante, ergo ignorans ɔtinue peccaret, quod patet esse falsū: quia sic ignorantia esset grauissimum. non ergo ignorantia est peccatum.

Sed contra. Nihil meret̄ pœnam nisi pcm̄: sed ignorantia me D ret̄ pœnam, s̄m illud 1. ad Co. 14. Siquis ignorat, ignorabitur. ergo ignorantia est peccatum.

Respondeo Dicendum, q ignorantia in hoc a nesciētia differt, q nescientia dicit simplicem scientiæ negationem. vnde cuicunq; deest aliquarum rerum scia, potest dici nescire illas: s̄m quem modum Dion. in angelis nescientiam ponit 7. c. cœl. Hiera. *Ignorantia uero importat sciæ E priuationem, dum. s. alicui deest scia eorum, quę aptus natus est scire. Horum aūt q̄dam aliquis scire tenet̄, illa. s. sine quorū scientia nō potest debitum actum recte exercere. Vnde omnes tenentur scire communiter ea, q̄ sunt fidei, & uniuersalia iuris pcepta: singuli autem ea, quæ ad eorum statum, uel officium spectant. Quædam uero sunt, q̄ etsi aliqs natus est scire, non tamen ea scire tenetur: sicut theoremata geometriæ, & ɔtingētia particularia nisi in casu. Manifestum est aurē, q quicunque negligit hēre, uel facere id, quod tenetur habere, uel facere, peccat peccato omissionis. unde pp negligentiā, ignorantia eorum, quæ aliquis scire tenetur, est peccatum: nō autem imputatur homini ad negligentiam, si nesciat ea, quę scire non pōt. unde horum ignorantia inuincibilis dr̄, quia studio superari non pōt: & pp hoc talis ignorantia, cū non sit uoluntaria, eo q non est in ptāte nostra eam repellere, non est peccatum. Ex quo patet, q nulla ignorantia inuincibilis est peccatum: ignorantia aūt uincibilis est peccatum, si sit eorum, quæ aliquis scire tenetur non autem si sit eorum, quæ quis scire non tenetur.

Ad primum ergo Dicendum, q sicut s̄. dictum est, in hoc quod dr̄ dictum, uel factum, uel concupitum, sunt intelligendæ ēt negationes oppositæ, secundū quod omissio habet rationem peccati: & ita negligentia, scd̄m quam ignorantia est peccatū, cōtinet̄ sub prędicta diffinitione peccati, inquantum prætermittit̄ aliquid, quod debuit dici, uel fieri, uel concupisci ad scientiam debitam acquirendam.

Ad 2m dicendū, q priuatio gratiæ etsi secundū se non sit peccatum, tamen ratione negligentiæ pparandi se ad gratiam, potest habere rōnē peccati, sicut & ignorātia: & tū quantū ad hoc est dissimile, quia hō potest aliquam scientiam acquirere p suos actus: gratia uero non acquiritur ex nostris actib. sed ex Dei munere. D.680.

Ad 3m dicendum, q sicut in peccato transgressionis peccatum non consistit in solo actu uoluntatis, sed ēt in actu uolito, q est imperat a uoluntate: ita in pcō omissionis non solum actus uoluntatis est peccatum, sed ēt ipsa omissio, inquantū est aliqualiter uoluntaria. & hoc modo ipsa negligētia sciēdi, uel etiam ipsa inconsideratio est peccatum.

Ad 4m dicendum, quodlicet transeunte reatu per pœnitentiam, remaneat ignorantia secundum quod est priuatio scientiæ, non tamen remanet negligentia, secundum quam ignorantia peccatum dicitur.

Ad 5m dicendum, quod sicut in aliis peccatis omissionis solo illo tempore homo actu peccat, pro quo præceptum affirmatiuum obligat, ita est etiā de peccato ignorantię. Non. n. continuo ignorans actu peccat, sed solum quando est tempus acquirē di scientiam, quam habere tenetur.

se, sicut alia peccata, aut intendit, q negligentia causans ignorantiam, sit pctm̄. Si primum, ad quid s respon. ad 3m. & clarius in respon. ad 4m, resoluit se ad negligentiam expresse dicēdo Non remanet negligentia, s̄m quā ignorantia est peccatum? Si s̄m, extra ppositū est, quia q̄ de negligentia inferius in 2. 2. tractanda est, & nō est formalis q̄ quia effectus, seu materia peccati negligentiæ q̄reretur, dum ignorantia discutitur.

¶ Ad hoc dr̄, q quia oē s̄m se uitiū morale ponitur secundū se alicui uirtuti morali, & ignorantia nō opponitur alicui uirtuti morali, sed scientiæ: ō ignorantia non ē s̄m se peccatum pp quod non tractatur de ea in secunda secundæ, sed tractatur hic de ea inter generales cās peccati. Et quia secūdum se non est peccatum, oportet s̄m illud esse peccatum, secundum quod ingreditur mali moralis ordinē, q ex eius opposito, scia .s. seu cognitione, patere pōt. Constat aūt, q cognitio materia ē illius moralis uirtutis q̄ uocatur studiositas, & contrariorū uitiorum s̄m excessum, & defectum, quorum primum uocatur curiositas, alterū uero innominatum uidetur, & cōi noīe uocat̄ negligentia. Ignorantia igitur, quæ ē omissio sciæ, ex parte uitii deficientis se tenet, ac p hoc peccati rōnem intantum hēt, inquātū sub illa neglig̃etia cadit: & hoc intēdit hic author. Ne propterea est q̄ ista non formalis, aut extra propositū: sed formalissima de ignorantia, si ē peccatum in proprio tractatu necessaria, ut cūm peccati, peccatū quoq; esse agnoscat, & non excusare scientia quā nō est s̄m se peccatum, oportuit respondendo dicere, secundum quid est peccatum, & dictū est secundum negligentiam. Et sciū, q negligentia est nomen æquocum, uel quasi æquocum ad peccatum oppositum prudētiæ,

*a me & c.6. eccle. Hiere de cli. ad fi.

D.419.

& ad peccatum oppositum studiositati, & illa est in intellectu, ista in uoluntate: illa defectum solicitudinis pcipiendi in qualibet materia ex remissa uolūtate oppositi boni præcedētem significat: ista uoluntatem inīctam respū commissionis contrarię, & remissam respectu omissionis studiositatis, sicut cæ era uitia moralia dēfectiua. unde ad istam spectat ignorantia affectata, & ignorantia negligenti, illa per cōmissionem hæc per omissionem: sicut ad pusillanimitatem spectat et affectata paruitas, & om ssa magnitudo. Eiusdem namque rōnis est commissio cōtrarii, & omissio uirtutis. unde negligētię opposita solicitudini est effectus negligentia oppositæ studiositati, pro quanto ē uoluntas; remissa circa studiositatem: & ptn pter hanc propinquitatem, & cōrationē s nominibus non curauit author scernere de qua negligentia in quęritur, ueritatem præsentem sem per saluam uidens: quia una infert aliam, ut patet.

contra.m.

q.71. a.6 ad 1.

¶ Super

F declaratum fuit ex 5. Met. Ad sc̄dam dr̄, concedendo, ꝙ ignorantia semper excusat a toto inuoluntario ut sic. & quando dr̄, ꝙ quandoque excusat a tanto, sed non a toto, intelligitur de ipso in quantum hēs rōnem uoluntarii. quod .n. uoluntariū fit ignoranter, minus culpabile est, q̄ uoluntariū maliuose; quantū .n. habet de rōne inuolūtarii, tm̄ habet de rōne inculpabilis.

ARTICVLVS III.

Vtrum ignorantia excuset ex toto a peccato.

AD TERTIVM sic proceditur. Vr̄ quod ignorantia ex toto excuset a peccato. Quia Aug. dicit, Omne peccatum uoluntariū est: sed ignorantia causat inuolūtarium, ut sup. habitum est. * ergo ignorantia totaliter excusat peccatum.

2 Præt. Id, ꝙ aliquis facit præter intentionem, per accidens agit: sed intentio non pōt esse de eo, ꝙ est ignotum. ergo id, ꝙ p ignorantiam hō agit, per accidens se habet in actib. humanis: sed qđ est per accidens, non dat spēm. nihil ergo quod est per ignorantiam factum, debet iudicari peccatum, uel uirtuosum in humanis actibus.

3 Præt. Homo est subiectum uirtutis, & pci, inquantum est particeps rationis: sed ignorātia excludit scientiam, per quam ratio perficit. ergo ignorantia totaliter excusat a peccato.

SED CONTRA est, quod Aug. dicit in lib. de lib. arb. quod quædam p ignorantiam facta, recte improbant: sed solū illa recte improbantur, q̄ sunt peccata. ergo quædā p ignorantiam facta sūt peccata. nō ergo ignorantia omnino excusat a peccato.

RESP. Dicendum, ꝙ ignorātia de se hēt ꝙ faciat actum quem causat, inuoluntarium esse. Iam aūt dictum est, * quod ignorātia dicitur causare actum, quē scia apposita prohibebat, & ita talis actus si scientia adesset, esset contrarius uoluntati, quod importat nomen inuoluntarii: si uero sciētia, quæ per ignorantiam priuat non prohiberet actum propter inclinationem uoluntatis in ipsum, ignorantia huius scientię non facit hoīem inuoluntarium sed non uolentē, ut dicitur in 3. eth. * & talis ignorantia, quæ non est causa actus peccati, ut dictū est, * quia non causat inuoluntariū, non excusat a peccato. Et eadē ratio est de quacunque ignorantia nō causante, sed ꝯsequente, uel concomitante actū peccati: sed ignorantia, quæ est causa actus, quia causat inuoluntariū, de se habet ꝙ excuset a peccato eo ꝙ uoluntarium est de ratione peccati. Sed ꝙ aliquando non

SVPER QVÆST. LXXVI. ART. III.

Egid. 2. s. d. 22. q. 2. a. 2. D. Bon. 22. d. 1. 2. ar. 2. Medina ar. 3.

IN ar. 3. dubium occurrit circa prima uerba corpis .s. ignorantia de se habet ꝙ actū, quem causat, faciat inuoluntarium. Primo, quia uoluntarium est oppositiuū contrarium .s. uoluntario: ignorantia aūt est negatio. nullum aūt non ens de se hēt ꝙ faciat ens. Sc̄do, quia si ignorantia cāns p accidens, causat p se inuoluntarium illius actus, sequitur quod ignorantia semp excuset a toto suo p se effectu .s. inuolūtario q̄uis non excuset ab effectu p accidens: & sic falsum esset per se loquendo, ꝙ ignorātia q̄nque excusat a tāto, sed non a toto. ¶ Ad hoc dr̄, ꝙ in ignorantia causante est cōsiderare duo, mām .s. & formam. Si .n. cōsideretur ignorantia ut remotio prohibētis formaliter ex hac parte hēt ꝙ sit cā per accidens, quia remotio prohibentis ē cā per accidēs, & effectus eius sit id, quod phibebatur, & consequēter oppositus effectui causato a prohibēte. Remotio nanque columnæ sustinētis graue, ex hoc ipso, ꝙ est remotio prohibentis descensum grauis, habet, & ꝙ sit cā p accidens, & ꝙ effectus ei⁹ sit descensus prohibitus contrarius quieti sursū, quā cābat colūna. Si āt consideretur mālr .i. sm̄ id, quod est ipsa ignorantia, q̄ denominatur cā per accidens ex hac parte hēt, ꝙ effectus eius sit contrarius sciæ: qm̄ ea seipsa hēt oppōnem ad sciam. Effectus āt contrarius effectui sciæ in tali natura .s. uoluntaria, est inuolūtarius, quia effectus proprius sciæ est uoluntarius. Ignorantia igr̄ causans per accidens actū, ut remotio prohibentis de se .i. de sua propria rōne sibi uendicat, ꝙ actus ille sit inuoluntarius. & hoc intendit author in litera: hoc āt non est ignorantiā p se cāre inuolūtarium, sed est ignorantiā determinare, uel applicare ad materiam effm̄ p accidens. Cū .n. cōe sit oī remotioni prohibentis cāre prohibitum contrarium inuento, & hoc sit formale in causa remouente prohibens, sicut ignorantia applicat ad talē mām K .s. ad seipsam talem cāæ rōnem: ita applicat ad talem mām .s. inuoluntarium, talem effectus rōnem. Continetur .n. sub prohibito & contrario inuolūtarium, ut materiale sub formali, sicut ignorantia sub remouēte prohibens. unde ex hac parte ignorātia nō nisi cā p accidens inuoluntarii est, sicut priuatio prohibētis descēsum, si essent nota imposita, per accidens cā esset motus cōtrarii motui sursum. Cū his tn̄ stat, ꝙ si gratia materiæ resolutō inuoluntarii in ignorantia agēda est, inuenitr̄, ꝙ ignorantia est per se cā inuoluntarii, sicut absentia nautæ submersionis nauis: & ppea q̄cqđ inuoluntarii ex ignorantia in nostris inuenitur actib. pōt ut sic resolui in ignorantiam, ut per se cām. pp ꝙ authoris uerba ignorantiam de se facere inuoluntarium sonantia sup hoc fundata, credo, principio. Ad primam āt obiectionem in oppositum patet respon. duplex Prima, ꝙ ignorantia ut remotio prohibētis est cā non per se, sed per accidens inuoluntarii. Secunda, ꝙ ignorantia, ut absentia sciæ, est causa per se inuoluntarii, ut superius

411 Porrecta per totum sup. q. 74 ar. 1. ad 2. & a. 5. co. & ad 1. & di. 22. q. 2 ar. 2. & 4. di. 9. a. 3. q. 2 & ma. q. 3. a. 8 & quo. 9. a. 15. cor. & psa. 24. & Ro. c. lec. 7. princ.

* li. c. sets. c. 9. t. 2.

* q. 6. ar. 8.

* li. 3. d ll. arbi. c. 18. to. 1.

¶ In eodem 3. ar. dubiū occurrit, circa id, quod dr̄ de ignorantia concomitante, scilicet q̄ non est causa actus peccati Vr̄ nanq; falsum, ꝙ non excuset a pc̄ō, & eius rō nihil ualere: quia non causat inuoluntariū. Id .n. ꝙ tollit laudē, uel uituperationē actus, excusat a pc̄ō. Constat .n. quod liberans patriam, nō sciēs, nec uolens, quāuis uellet si sciret illum actum esse patriæ liberatiuū non laudatr̄ nisi de facto materialiter: & occidēs inimicū latēte inter ueprex uacādo uenationi p̄missa diligentissima inq̄sitione, ne in partib. illis hō sit, excusatr̄ a pc̄ō homicidii, quamuis si sciuisset, occidisset. ergo. Contra rōnē uero literæ est, quia ad excusandum a pc̄ō sufficit tollere rōnem uoluntarii, ut in se. 4. ar. & author fatetur. uoluntarium aūt tollitur non solum p inuoluntarium, sed per non uoluntariū. sicut album per nigrū tollitur, & non albū. Ex hoc ergo ꝙ non causat inuoluntariū, inferre non excusationem a pc̄ō, ē sophisma consequentis.

* a. 1. & 2.

* c. 1. 10. 5.

* hic, & ar. 1. 2.

¶ Ad hoc dr̄, ꝙ ignorantia concomitans hēt duas condōnes. Prima est, ꝙ facit nescientem non uolentē, nec causantē uolūtarie id ignoti. Sc̄da est, ꝙ permittit actum, qui fit, esse totaliter uolūtarium: & ex hac condōne sequitur, ꝙ quicquid imputaretr̄ agenti sine illa ignorantia, imputatr̄ agenti cū illa, ac p hoc nec excuset, nec accuset. Ex prima uero condōne hēt, ꝙ non det, seu apponat pc̄m, aut pcī circunstantiam ex ignoto. & si hoc uocatr̄ excusare, distingui pōt, ꝙ excusare a pc̄ō contingit dupliciter .s. excusādo a per se pertinentib. ad actum, & hoc mō ignorantia nō excusat: quia ut dictū est, relinquit ipsum in esse simpliciter uoluntario, & non facit ipsum inuoluntarium esse, ut in litera dr̄. Alio modo excusando ab oīno per accidens concurrentib. & ab his excusat, quia non meremur, nec demeremur habitib. sed actib. & actus pensantr̄ sm̄ se p̄uenientia, & non sm̄ omnino per accidens, q̄ sub consilio non cadunt. & qm̄ oīs scia, & ars est de his, q̄ sunt per se, iō author negauit ignorantiam talē excusare: & rō sua fuit optima relata ad actum pc̄ī, in ordine ad quem in hac q. tractat de ignorantia. licet nanq; uoluntariū tollatur per contradictoriū, & contrariū: quia tamen negō contradictoria nihil ponit, & act⁹ aliquid ponit, impossibile est, ꝙ uoluntariū tollatur per actū, qn̄ tollatur per inuoluntariū: sicut albū per nullum positiuū tollitr̄, nisi per nigrū. Intendit ergo litera, ꝙ quia ignorantia, concomitans non causat inuoluntariū actū, iō non excusat a per se spectantib. ad actum illum, ꝙ est clarū: cum quo tamen stat, ꝙ excuset ab oīno per accidens, quia nullus sit ex illa ignorantia in eo actus uolēdi illa, ut patet in exemplo dato, & in eo, qui proprio lecto uacans actui coniugali, alienam se supponentem cognoscit, sola ignorantia concomitante.

¶ In eodem 3. ar. circa primum modum, quo ignorantia nō excusat

tat totaliter à peccato.s.ex parte rei ignoratæ, quæ est ignorātia facti, uel faciendi dubiū occurrit, an excusetur taliter peccans totaliter ab illa mala circūstātia ignorata. Et est rō dubii, qa talis dat operam rei illicitæ ex quo in sciendis eius in lra dr, remanet q ille actus quē facit est malus, v.g. Iudas cū cognouit Thamar quam nesciebat esse nurum suā, an sit totaliter ab incestus uitio excusatus, sciēs actum illum esse fornicationem, sed ignorans incestum.

¶ Ad hoc dr, q totaliter est excusatus ab incestu, licet non à fornicatione, quā uolun tarie cōmittebat. Pro regula nāq; gñali habendū est, q ignorantia ex parte rei ignoratæ mā.s. nō ex parte ignorātis.s. nō culpabilis, excusat totaliter ab inuolūtario id, qd̄ est proprius effectus ignorantiæ, siue det operā rei licitæ, siue illicitæ. Non.n. in hoc differunt dātes operā rei licitæ, siue illicitæ sed in uolūtate licitæ & illicitæ rei cognitæ vñ quia conueniunt in cā inuolūtarii simpliciter .s. ignorantia inculpabili, oportet q cōueniāt in effectu p se eius.s.iā inuoluntario simpliciter. vñ Iacob cognoscens Liam prima nocte, ēt si cā delectationis uacasset actui coniugali, credito q fuisset dare operam rei illicitæ, nihil minus excusatus esset à fornicatione. Iudas igitur nō peccauit peccato incestus, sed fornicationis. Et si fuisset lata sentētia cōtra incestū committentes, non incurrisset illam, quia excōicatio ꝓsupponit illam culpam. Secus aūt forte esset de irregularitate, si fuisset annexa, quia sequitur factum, & non requirit culpam Et hoc rōne probatur, quia pctm̄ adeo est uoluntariū, scd̄m Aug. q si uoluntarium non est, pctm̄ non est. Quantū ergo actus ille peccati non totaliter excusatus, hēt de uolūtario, ac p hoc scito, qm uoluntariū oportet esse cognitū tñ hēt de pctō: sed quātū ad hoc nō est proprius effectus ignorātiæ: sed sciētiæ potius. Quantū vero hēt de inuoluntario, tñ hēt error non peccati: hoc aūt est, qd̄ proprie ex ignorantia fit. Nec oppositū intelligo in lra, qm de toto actu dictum accipio, & non de illa conditione, quæ est effectus inculpabilis ignorantiæ, cum dicitur, quòd ignorantia ex parte rei ignoratæ non excusat totaliter a peccato, & quòd percutiens hominem, quem nescit esse patrem, non totaliter excusatur a peccato, quia adhuc remanet ei cognitio peccati.

¶ In eodem articulo dubium occurrit circa secundum modum scilicet ex parte ignorantiæ eius quod tenetur scire: quia insufficienter duo tantum modi numerantur.s. affectata ut liberius peccet, & per negligentiam. Paulus nanque Apostolus de seipso dicit, q ignoranter peccauit. 1. ad Timoth. 1. & tñ neutro illorū modorum ignorauit, cum ipse dicat, quòd paternarum traditionum æmulator existens, hoc fecerit, ad Gal 1.

¶ Ad primum horum dicitur, q omnis ignorantia nō excusans à peccato, reducitur ad hos duos modos.s. directe, uel indirecte, quorum author meminit: sed non numerat omnes eorum speciales modos, sed duos extremos, ut ex ijs medios percipiamus. Summum.n. locum vr obtinere sic studiose uolita, ut liberè peccatē liceat: infimū uero, qñ aliquis occupatus in alijs. ꝓcipue bonis negligit scire.i. amittit solicitudinem sciendi: inter, has aūt mediat ignorantia Pauli, q̄ fuit directe uolita, pro quāto noluit A cognitionē fidei. Christi. Ignorātia nāq; eius fuit ignorātia opposita cognitioni fidei Christi, cū uolūtatie noluit nō ad libertatē peccādi, sed ad obsequiū Dei Arbitrabat̄ n. iniuriā Deo facere, si dē talē susciptēdo: vñ ibidē ipse dicit. Ignorās feci i incredulitate.

¶ In eodē 3. art. in rñsione ad scd̄m dubiū, occurrit, quia author I illa rñsione destruere vr doctrinā supius datā de specificatione peccatorū. Supeiꝰ nanq; dictū est, q rō inuoluntarii non sufficit ad speciē dandā, sed oportet esse intētum mō uero dr, q in ignorante quantū remanet de uoluntario, tm̄ remanet de intentione peccati, & ꝓpterea nō erit pctm̄ p accidens. Et q loquat̄ author directe ad ꝓpositū de specificatione, patet ex ipso argumēto, cui p hæc sua uerba satisfieri volt.

¶ Ad hoc dr, q uerba lræ pñt suscipi in duplici sensu. Primus, est, q quicquid est voluntariū, est obiectū intētionis: & hic sensus est falsus, ut patet ex rōnibus uoluntarii, & intentionis. Intentio nanq; est finis uoluntariū aūt est effectus à uoluntate nō oportet aūt, q quicquid est à uoluntate, sit finis eius: pp quod superius dictū est, & bñ, q non omne uolūtariū specificat &c. Scd̄r est, q quicquid est uoluntariū, cadit sub aliqua intentione. Et hoc supponit in litera, & constat esse uerissimum: oportet nanq; omne à uoluntate emanens, ad finem aliquē fieri, cū finis sit obiectum uoluntatis: sed hoc nō satisfacit lræ, quia expressedr, q quantum remanet de uoluntario, tm̄ remanet de intentione peccati: & iō non est p accidens. refert ergo lra ad idē.s. ad pctm̄ uoluntariū & intentum. Ad hoc dr, Litera non dicit, q quantū & tm̄: sed inquantum & in tantum. Inter quę est tanta diia, q prima uerba important primum sensum, secunda stant cum secundo, Quòd autem referantur ad idem.s. peccatum, verissimum est: quia si in ignorante remanet voluntarium peccati oportet uoluntati inesse conuersionē ad aliquod dissonans legi æternæ, quod est habere intentionē peccati. Sed ex eo qd in ea materia, s. peccati, quod sonat specificatum ab intentio sequit̄ si est uoluntarium est intentum. nō sequitur simpliciter, est voluntariū. ergo intentū sunt .n. multa in uno, & eodē pctō uoluntaria, mala, unum tñ intentum, unde est species, ut patet in procurando adulterii consensum. Est n ibi in primis auersio à lege Dei, & rōne, & suasio spiritualis mortis, & nocumenta pœnarum inferni, & appetitus delectabilis alieni. Et quāuis oīa sine uoluntaria, ab ultimo tantum, quod est per se intentum, actus specificantur, ita q reliqua sub hac intentione concluduntur.

totaliter excuset a peccato, pt contingere ex duobus. Vno mō ex parte rei ipsius ignoratæ: intantum.n. ignorantia excusat à pctō inquantū ignorat aliquid esse pctm. Pōt aūt contingere, qd̄ aliquis ignoret quidē aliquā circunstantiā peccati, quā si sciret, retraheretē à peccādo, siue il- B la circunstantia facit ad rōnem peccati siue nō: & tñ ad huc remanet eius sciētia p aliqd, p qd̄ cognoscit illud esse actū peccati, puta, si aliqs pcutiens aliquē sciat qdē ipsum esse hoiem, qd̄ sufficit ad rōnem peccati, nō tñ scit eum esse patrē, qd̄ est circūstantia constituens nouā speciē peccati: uel forte nescit, qd̄ ille se defendēs repcutiat eū, qd̄ si C sciret, nō pcuteret, qd̄ non ptinet ad rōnem peccati. vñ m licet talis pp ignorantiā peccet, nō tñ totaliter excusat à pctō, qa adhuc remanet ei cognitio peccati. Alio mō pōt hoc cōtingere ex parte ipsius ignorātiæ, qa .s. ipsa ignorātia est uoluntaria, uel directe, sicut cū aliqs studio se vult nescire aliqua, ut liberiꝰ peccet: uel indirecte sicut cū aliqs pp laborē, uel pp alias occupationes negligit addiscere id, p D qd̄ à pctō retraheretē. Talis.n. negligentia facit ignorātiā ipsam esse voluntariam, & pctm̄, dummodo sit eorum, q̄ quis scire tenetur, & pōt: & ideoꝰ talis ignorātia nō totaliter excusat à peccato. Si uero sit talis ignorātia, q oīno sit inuoluntaria, siue qa est inuincibilis, siue qa est eius qd̄ qs scire nō tenet, talis ignorantia oīno excusat à peccato.*

AD PRIMVM ergo dicendum, q non omnis ignorantia causat inuoluntarium, sicut supra dictum est.* vñ non omnis ignorātia totaliter excusat à peccato.

AD 2m dicendum, q inquantū remanet in ignorante de voluntario, intantū remanet in intentione peccati, & scd̄m hoc non erit per accidens pctm̄.

AD 3m dicēdū, q si esset talis ignorantia, q̄ totaliter usum rōnis excluderet oīno à pctō excusaret, sicut patet in furiosis, & amētibus: nō aūt sp ignorantia causans pctm̄ est talis, & iō non semp totaliter excusat à pctō.

ARTICVLVS IIII.

Verū ignorantia diminuat peccatum.

AD QVARTVM sic proceditur. Videtur, q ignorantia non diminuat peccatum. Illud enim

concl. m

concl. p

concl. s

*q.6.ar.8

412 *Porrella Per totum.* Supra ar. 3. & locis ibidem annotatis.

SVPER QVÆST. LXXVI. ATR. IIII.

Egid. 2. s d. 22. q. 2. ar. 2. *D. Bon. d. 22. q. 3. ar. 2.*
Medina ar. 4.

IN art 4 in calce corporis articuli, dubium difficile occurrit de specie peccati, quod fit ex ignorātia, an scilicet sit eiusdē speciei, in qua esset si fieret scienter Et ratio dubii, quia species peccati sumitur ex per se obiecto intento a peccante, ut in q. 72. superius patet: sed ex ignorantia peccans nō tendit per

se in

se in obiectu illius peccati, sed per accidens, ut in litera hac dicitur. ergo peccans ex ignorantia non peccat illa specie peccati, qua peccaret faciendo idem sciens.

¶ In oppositum aut est, quia nihil est in gñe, qd non est in aliqua eius specie: & pp ea si peccans ex ignorantia, nõ incurrit pctm̃ illius spẽi, erit aliquod pctm̃ in nulla spẽ. nõ est enim maior rõ de una, q̃ de alia in reliquis speciebus. Præterea, Paulus Apos. 1. ad Thim. 1. ex ignorantia peccauit: & tñ fatetur se peccasse peccatis eiusdẽ spẽi ac si scienter, dicens, q fui blasphemus, & psecutor & contumeliosus: distinguendo nanque peccata, in illis spẽbus peccasse se insinuat.

*C. 1. a medio, to. 5.

*Art. 2.

¶ Ad euidentiam huius dubii, sciendum est, q duplex est ignorantia uoluntaria. Vna priuans usum rationis, ut ebrietas, & amentia quando qs procurat amentiam.

quod est h cõe in omni peccato non diminuit peccatũ: sed ignorantia est cõis in omni peccato. dicit enim Philosophus in 3. Eth. *quòd omnis malus est ignorãs. ergo ignorantia non diminuit peccatum.

¶ 2 Pręt. Pctm̃ additum peccato facit h maius pctm̃: sed ipsa ignorantia est pctm̃, ut dictum est.* ergo non diminuit peccatum.

¶ 3 Præt. Non est h eiusdẽ aggrauare & diminuere peccatũ: sed ignorantia aggrauat pctm̃, qm̃ sup illud Apost. Rom. 2. Ignores qm̃ benignitas Dei &c. dicit Ambro. Grauissime peccas, si ignoras. ergo ignorantia non diminuit peccatum.

¶ 4 Præ. Si aliqua ignorantia diminuit pctm̃ hoc maxime vr̃ de illa, q̃ totaliter tollit vsũ rõnis: sed hmõi h ignorãtia nõ minuit pctm̃, sed magis auget. dicit. n. Philosophus in 3. Eth.* q ebrius meret̃ duplices maledictiões. ergo ignorãtia non minuit pctm̃.

SED CONTRA. Quicquid est rõ remissionis peccati, alleuiat pcm̃: sed ignorantia est huiusmodi, ut patet 1. ad Timot. 1. Misericordiã consecutus sũ, quia

Altera priuãs sola scientia eius, quod tenetur scire. Et hæc est duplex. s. ignorantia iuris siue uniuersalis, siue particularis, ut quando quis nescit hunc actum esse peccatum. Et ignorantia facti, ut quando quis nescit sua negligentia hominem esse in loco quo proiicit saggitam. Peccata autem facta ex ignorantia iuris sunt duplicia, qdam secundum se mala, ut fornicatio, furtum, & similia: quædam solo iuris positiui statuto mala, ut ieiunare talidie, & similia. Incohando autem à peccatis, quæ sunt secundum se mala, & fiunt ex ignorantia iuris dicendum est, q sunt peccata eiusdem speciei, cuius essent si fierent à sciente. Et rõ est, q sunt actus uoluntarij in seipsis per se, & directe non solũ materialiter, sed formaliter secundum conuersionem ad obiectum: quamuis secundum contrarietatem ad uirtutẽ, indirecte & per accidens sint uoluntarii. Gentiles nanq; nescientes simplicem fornicationem esse peccatum, uoluntarie consentiebant in actum cognitionis mulieris non suæ uxoris, vñ sumit fornicationis species: quãuis forte aliqui eorũ si sciuissent esse pctm̃, non fecissent: & sic non directe, & per se, sed per accidẽs in actũ illum ex parte contrarietatis ad uirtutem consensissent. Et hoc modo Paulus consensit in mortem Stephani confitentis Iesum Nazarenum, vnde sumit peccatum speciem: quamuis non nisi p accidens cõsenserit in contrarietatẽ illi actui intrinsecã, quã si cognouisset adesse, non consensisset actui: & simile est de aliis. Nec author est oppositus sibiipsi, sed sunt uerba sua formaliter intelligenda. Non enim dicit hic, q non potest dici, quòd uoluntas peccantis ex ignorantia directe, & per se feratur in speciẽ peccati, sed in peccatum. peccatum enim formaliter cum ex ppria ratione exigat contrarietatem ad legem Dei ut patet ex diffinitione Aug. tunc tantum est directe, & p se uolitum, cum ipse actus contrarius est directe, & per se uolitus, ita quod non sit per se uolitus actus, qui est contrarius, sed actus contrarius. Constat autem, quod inter fornicantem committentem ex ignorantia, quæ sit peccatum, & scienter, hæc est differentia, quòd sciens uoluntariè fertur in actum contrarium directe, & per se scit enim actum illum esse contrarium uirtuti, & consequẽter legi, & vult illum. ignorans autem uoluntarie directe, & per se fertur in actum, qui est contrarius, & per accidens in actum cõtrarium: & propterea in litera dicitur, quòd per accidens fertur in peccatum: cum hoc enim constat, quòd per se feratur in obiectum, unde peccatum sumit speciem, ut patet. species enim peccati non sumitur ex contrarietate, sed ex obiecto: sicut nec species albi sumitur ex contrarietate ad nigrum, sed ex abundãtia lucis in se. Et cum hæc legeris, aduerte, q non loquor de auersione, quæ sequitur peccati speciem, qm̃ illa per accidens etiam scienter peccantibus est uolita, sed contrarietate intrinseca ipsi peccato, quia est actus cõtrarius uirtuti. hæc enim à scienter peccante est directe, & per se uolita: ab ignorãter autem errante per accidens tripliciter. primo ex parte actus, quia est uolita ad uolitionem actus: secundo, ex parte ignorantiæ uoluntariæ qa in ipsa uolita sunt uolita omnes eius effectus, quorum unus est incurrere in hoc contrarium: sicut necessario uoluntatie oculis uelaut, vult in sua causa quicquid male inde sequi natum est, unde si impingat in lapidem aliquod uoluntarie, impingit uoluntate suæ causæ, scilicet uelationis, uel uelati incessus.

¶ Tertio ex parte accidentalitatis in ipsa ignorantia, & hoc quo ad illos, qui nesciunt se ignorare, qui si scirent se ignorantes, darent operam ut scirent. in istis. n. etiam ipsum ignorantiæ peccatum est uoluntarium p accidẽs. sicut accidit in Paulo Apostolo.

¶ De peccatis aũt quæ fiunt ex uoluntaria ignorãtia priuãte totaliter usum rõnis, qualia sũt pctã ebriorũ, & amentiũ uoluntarie, lsa in pcedenti art. in rñsione ad vltimũ, dicens, q ignorãtia priuãs usum rõnis totaliter excusat à toto cõtrariari vr̃ sibi ipsi hic ad secũdũ, & quartũ, dicenti pctm̃ ebrietatis minuere pctm̃ seqnẽs qd. n. diminuit, nõ totaliter tollit: & rursus ibidẽ dicenti duo peccata esse ebrietatẽ, & homicidiũ sequẽs. Sunt ergo in propriis speciebus peccata sequẽtia, aut sunt pctã in nulla specie, quòd est impossibile. Et tenet sequela, quia ex quo sunt distincta à specie suæ causæ scilicet ebrietatis, eo ipso quòd sunt duo peccata, aut in propriis speciebus, aut in nulla erunt. Contra hoc autem est quòd actus isti non sunt uoluntarii, & cõsequenter nec morales humani, quãmuis sint hominis.

*Ca. 5. ante me. to. 5.

¶ In hac ambiguitate cauendum est ab utroque extremo, ut nec dicamus huiusmodi sequentia peccata esse genus moris, ut quidam uidentur dicere, considerantes istos actus in seipsis, & propterea dicẽtes, quòd huiusmodi ebrii excusantur à toto quo ad culpam. Nec fateamur prædicta esse secundum se peccata, ut ex hac litera forte acceptũ est: sed dicamus esse circunstantias peccatorum, & pertinentes ad circunstantiam, Quid significantem effectum: & propterea obseruandas in istis regulas datas de eueñtibus, & nocumentis peccatorũ superius in q. 20 art. 5. & q. 63. art. 8. Et ratio est, quia hæ sunt uoluntaria in suis tantum causis. Ex hoc nanque quòd sunt quodammodo uolũtaria (esse. n. uoluntarium in causa, est esse aliquo modo uoluntariũ) sunt in genere humanorum, & moralium, & non excusantur à tota culpa. Ex eo autem q in solis causis non sunt secundum se peccata, sed à propriis speciebus distracta, circumstantiæ sunt peccatorum, quorum sunt effectus, & ad illorum peccatorum species spectant, in quibus sunt uoluntaria, & intenta.

¶ Et ex hac parte sequitur ulterius, quòd primum peccatum, puta ebrietas, plus minuat de secũdo, puta homicidio, uel blasphemia Dei, quàm sit grauitas primi. Si. n. v. g. ebrietas in tota sua latitudine ad plus est grauitatis ut duo, & homicidium ut decem, ex hoc quòd homicidium distrahitur à sua specie, consequenter distrahitur à sua grauitate: & quia reducitur ad speciẽ ebrietatis, reducetur quoque ad grauitatem eius, circunstantionate tamen. Et sic reducitur ad grauitatem non excedentem duo, ac per hoc plus minuetur de propria grauitate homicidiũ ab ebrietate, quàm sit grauitas ebrietatis. translatum. n. de gradibus decem grauitatis ad gradus duos, longe plus diminutum est, quàm in duobus qui sunt gradus ebrietatis. Attestatur antẽ dictis Aug in lib. 22. contra Faustum dicens, quòd Lot culpandus est non quantum ille incestus, sed quantum ebrietas meruit: quoniam incestus non nisi in causa ebrietatis, scilicet culpabilis esse potuit. Attestatur etiam autor, dum respondens argumento 2. scilicet. Peccatum additum peccato facit maius, quia maius includit unitatem cum eo, quo facit maius dat duas responsiones. Prima est, quòd hæc propositio est uniuersaliter falsa, quia non semper peccatum additur peccato in unitate, i. q faciat unum eo. & dicit quòd sufficit, quòd faciat plura peccata. deinde quia potuisset quis dicere, quòd illa propositio est uera in peccatis coeuntibus in unum, dat secundam responsionẽ, dicens, quòd nec sic est uera, quia contingit primum peccatum plus minuere de secundo, quàm sit grauitas primi, ut declaratũ est & inducit ad hoc quod inductum est de ebrietate, ac homicidio, ex hoc insinuans, quòd putat ambo in unum peccatum coire, et secundum esse circunstantiam, effectum scilicet primi. Consonatque hoc doctrinæ superius habitæ de specie peccatorum ex fine, seu obiecto intentio. Quæ autem, et in oppositum uidentur authoris uerba, facile explanantur. nam quod in

præcedenti

præcedenti art. dictum est, ꝙ ignorantia tollens totaliter usum A rõnis excusat à toto, est uerum per se loquendo: quia actus à tali facti per se loquendo, non sunt humani: sed per accidens contingit non excusari. cum. n. ignorantiæ tali coniungitur, ꝙ est uoluntaria culpabiliter, ratione tõne istius accidentis nõ excusat à toto, & hoc hic dr. Quòd et plures dicatur ab authore, in ebrio duo peccata inueniri, s. ebrietatẽ, & peccatũ sequẽs intelligẽdũ est secundum subiectum materiã, idest, secundum se duo peccata, non ꝙ in hoc reuneant dualitatẽ, sed alterũ transfert in circunstantiã primi. Cogimur aũt in hac materia his uocabulis uti, ut ostẽdamus ꝙ quæ secundum se sunt peccata, uoluntarij rationem induũt etiam causata ab huiusmodi ignorantiæ peccato, & comparatione utrinsq; peccati adinuicem. Comparatio enim distinctionem extremorũ exigit, loquentes ut multi, intelligentes ut sapientes.

¶ De peccatis uero, quæ fiunt ex culpabili propter negligentiam ignorantia facti, ut cum uacans uenationi sagittat hominem loco cerui ex incircunspectione, an sit eiusdem speciei, cuius esset facta à sciente: dicendum esse ꝙ non, sed spectant ad species peccatorum directe uolitorum, puta uenationis periculosæ, & similium actuum, à quibus illa peccata causantur. Et ratio est, C quia plus requiritur ad rationem speciei propriæ quàm ratio uoluntarij: oportet enim esse per se intentum id, unde species peccati sumitur. unde licet ista peccata sint uoluntaria in suis causis: quia tamen non sunt uoluntaria in seipsis, non sunt per se intenta, ac per hoc non sunt secundũ se peccata, nec ut actus eliciti, nec ut actus imperati: sed sunt euentus, seu effectus peccatorum non præuisi, nec intenti, quamuis præuisibiles, ac per hoc circunstantiæ aggrauantes, non trahentes tñ in suas species, sed distractæ in suarum causarum species. Sumitur ẽt ex litera huius articuli ratio ad idem ex parte ignorantiæ ex illis uerbis, Cum. n. aliquid esse peccatum ignoratur, non potest dici, quòd uoluntas directe, & per se feratur in peccatum, sed per accidens. & loquitur de ignorantia uoluntaria indirecte & culpabiliter: ex quibus habetur, quòd in id, quod ignorãtia huiusmodi uelatur, non per se, sed per accidens uoluntas fertur. par. n. est ratio de peccato, & quocunque alio: & sic cum connectigatur altera supradicta, scilicet, quòd ab intentis per accidens D non specificantur actus morales, sequitur quòd sagittatio illa temeraria non specificabitur ab homicidio subsecuto, ex ignorantia illa, sed erit circunstantia, Quid, aggrauans ualde actum. Ex his aũt habes differentiam uelaminis inter peccata primo discussa ex ignorantia iuris, & hæc ex ignorantia facti: quia in illis ignorantia non uelat obiectum, sed contrarietatem ad legem, seu uirtutem. In istis ignorantia uelat obiectum: & ideo illa in eadẽ sunt specie, ista non, ut dictum est, quia ab obiecto per se intento species est. Ex hoc loco ne fallaris accipiens, quòd quia hic uenator non est reus homicidij, propterea non sit irregularis, & similia: quoniam unaquæque ars proprijs uocabulis gaudet, & in iure ubi talis uocatur homicida uoluntarius, ita est uocandus. In philosophia autem morali, de speciebus peccatorum disserenti, sua quodque specie uocandum esset, si nomen haber.

¶ De peccatis demum, quæ fiunt ex ignorantia iuris positiui, E quæ non secundum se sunt mala, sed solum quia prohibita: cõsiderandum esset consequenter addito. an ignorantia uelet obiectũ formale illius actus, ut est in genere moris, an uelet solam contrarietatem ad legem. Si. n. sola contrarietas uelatur, eiusdem sunt speciei à sciente, & ignorante facta: si uero obiectum formale uelatur, nõ sunt eiusdem speciei, ut patet ex antedictis. Ad hoc autem discernendum, effectum iuris positiui in actu, & obiecto oportet uidere. Si enim lex constituit rationem formalem obiecti, patet quòd ignorantia uelat obiectum: si autem cõstituit solam auersionem ab ipsa, uel conuersionem ad ipsam, patet qđ ignorãtia non uelat obiectum, sed contrarietatẽ. Cũ igitur quod lege ponitur, ut patet in 5. Ethic. sit id, quod à principio nihil differt, utrum sic, uel aliter fiat: sed post legẽ differt sic, uel aliter, bonitate, & malitia morali, oportet ꝙ ex ui legis huiusmodi collocetur in genere boni, uel mali moralis. Et cum ista collocatio, ut dicitur inferius in tractatu de lege, fiat per modum determinationis formæ cõmunis ad specialem consequẽs est, ut lex non solũ genus, sed speciem actib. hmõi præbeat moralẽ, non faciendo nouam speciẽ uirtutis, aut uitij, sed applicãdo seu extendẽdo præexistentes spẽs uirtutũ, & uitiorũ ad hmõi actus, v. g. lus statuens ꝙ cũ lumine, & stola casula &c. Missa celebret, applicat religionis speciẽ ad istos actus, & sacrilegij uitiũ ad oppositos. & similiter statuens ieiunia, applicat tẽperantiæ speciẽ ad unicã comestionẽ hora nonæ absq; carnib. & intẽperantiã ad eius oppositũ, & sic de alijs. Ex hoc aũt patet differẽtia inter peccata ex ignorãtia iuris facta secundum se mala, & non secundum se mala, quo ad uelamẽ: quia in secundum se malis scitũ ẽ id, unde species peccati sumitur, quia est obiectum secundum se dissonans rationi: uelatum aũt est ipsa dissonantia, ut patet ex dictis. In illis aũt non secundum se malis scitum, nihil claudit unde species peccati, immo nec genus moris sumitur, ut patet in comedente bis in diebus ieiunij ex ignorantia iuris: scitum. n. ab hoc non est bina comestio carniũ hodie. Constat. n. ꝙ hoc totum nihil includit dissonãs, nisi quis dicat, ꝙ in ly, hodie, quia significat tẽpus ieiunij clauditur unde species intẽperantiæ sumitur. Sed licet reuera sic sit, attamen hoc non clauditur sub scito, sed sub uelato ex C iuris ignorantia: & ppea relinquitur, ꝙ in scito nihil est unde species sumatur. & si huic adiungas, ꝙ ex ignoto per negligentiam non sumitur species, quia uim inferadi, non põt dici, ꝙ uoluntas in hmõi ignotum per se, sed per accidens feratur, sequitur quòd hmõi peccata quia obiectum formale uelatur, nõ sunt eiusdem speciei facta ab ignorante ius, & à sciẽte. Sed ubi obstant duo. primo, quia oportet assignare speciem uitij, in qua huiusmodi peccatum est: nihil enim est in genere, quod nõ sit in aliqua eius specie.

¶ Secundo, quia oportet saluare illam regulam, Circunstantia faciens actum de non malo malum, dat speciem. cum enim nõ appareat aliqua uitij species in tali bina comestione, & similibus, & sola circunstantia determinatæ tẽperantiæ à iure in unica comestione tali die, reddat hunc actũ malum: consequens est, ut ad ipsam intemperantiæ speciem talis transgressio reducatur, cuius oppositum ex præcedentib. sequebatur. Vnde D dicendum est, ꝙ licet actus isti ex ignorantia causati non sint per se in talibus speciebus propter rationes allatas, reductiue tamen sunt in eisdem speciebus, in quibus essent commissi à sciẽte: & ratio est, quia uelamen ignorantiæ legis, quam tenetur nunc, hic, iste scire, quia uoluntarium est, impedit nt à locanda ignotum illud extra uoluntarium, & intentum, & uoluntas uoluti actus reducit actum ad naturam suæ speciei, sicut etiam facit uoluntarium uelamen ignorantiæ facti. Propter quod sicut in credente occidere ceruum, & occidente hominem ex ignorãtia culpabili, actus occisionis redit ad naturam suæ speciei, & est homicidium: ita in comedente bis ex culpabili ignorantia legis in die ieiunij, actus comestionis redit ad naturam suæ speciei, & est intemperantia. Intelligenda sunt ergo, quæ dicuntur de ignoto, quòd scilicet non specificat quoad reposita per se in species: secus autem est de reductiue ad speciem pertinentibus. & sic omnia consonant. Et habes ex hoc solutionem dubij relicti in q. 72. artic. 9. & resolutionem simpliciter duorum E ultimo tractatorum nunc, quòd scilicet facta peccata ex ignorãtia facti culpabiliter, siue sint secundum se mala, siue non, redeunt ad naturam suæ speciei, quando culpa impedit uelamen ignorantiæ à locando actum extra intentum. Dico autem hoc, quia tam leuis posset esse culpa negligentiæ, ut non reduceret actum ad propriam speciem saltem perfecte, ut patet in eo, qui ex leuissima culpa negligentiæ, in discernendo uina ignorãter inebriatur: non enim redit tunc ebrietas in naturam suæ speciei perfectæ. & scito quòd in hac difficultate multo tempore fui nõ resolutus: & iõ uage scripsi, sed nolui mutare iam scripta propter exercitium.

¶ In eodem 4 art. in responsione ad primum nota, ꝙ hæc ratio exponitur inferius in q. 78. art. 1. ad primam, ubi distinguitur triplex ignorantia ex parte rei scitæ secundum triplicem scientiam. prima est, qua scitur indiuiduum actus esse malum, puta, hanc acceptionem rei alienæ esse malum.

ignorans feci, ergo ignorãtia diminuit, uel alleuiat peccatum.

Resp. Dicendũ, ꝙ quia omne peccatum est uoluntarium, intantũ ignorantia põt diminuere peccatum, inquantum diminuit uoluntariũ: si aũt uoluntarium non diminuat, nullo mõ diminuet peccatũ. Manifestum B est aũt, ꝙ ignorantia, quæ totaliter à peccato excusat, quia totaliter uoluntariũ tollit, peccatum nõ minuit, sed omnino aufert. Ignorantia uero, q̃ non est cã peccati, sed concomitanter se hẽt ad peccatum, nec minuit peccatũ, nec auget. Illa igit̃ sola ignorantia põt peccatũ minuere, q̃ est cã peccati, & tamẽ totaliter à peccato non excusat. Contingit aũt qñq;, ꝙ talis ignorantia directe, & per se est uoluntaria: sicut cum aliqs sua sponte nescit aliqd, ut liberius

¶ Secunda,

peccet: & m talis ignorantia vr̃ augere uolũtariũ, & peccatũ. ex intentione. n. uoluntatis ad peccãdũ prouenit, ꝙ aliqs vult subire ignorantię damnum, ꝑꝑ libertatem peccandi. Qñq; uero ignorantia, q̃ est cã peccati, non est directe uoluntaria, sed indirecte, uel per accidens, puta, cum aliquis non vult laborare in studio, ex quo sequitur eũ esse ignorantem: uel cum aliqs vult bibere uinum immoderate, ex quo sequitur eũ inebriari, & discretione carere: & p talis ignorantia diminuit uoluntariũ, & per cõsequens peccatũ. Cũ.n. aliquid non cognoscitur esse peccatũ, nõ põt dici, ꝙ uoluntas directe, & per se feratur in peccatum, sed ꝑ accidens: vnde est ibi minor contẽptus, & ꝑ cõsequens minus peccatum.

Ad primvm ergo dicendũ, ꝙ ignorantia, ẽm quam oĩs malus est ignorans, non est cã peccati, sed aliquid cõsequens ad causam. s. ad passionem, uel habitũ inclinantem in peccatum.

Ad 2m dicẽdum, ꝙ peccatũ peccato additũ facit plura peccata, non tñ facit semper maius peccatũ, quia forte non coincidunt in idem peccatum, sed sũt plura: & põt cõtingere si primum diminuat ẽm, ꝙ ambo simul non habeant tantã grauitatem, quantã unũ solũ haberet: sicut homicidium grauius peccatũ est, si sit à sobrio hoĩe factũ, q̃ si fiat ab ebrio hoĩe, quãuis hæc sint duo peccata, qa ebrietas plus diminuit de ratione sequentis peccati, quam sit sua grauitas.

Ad 3m dicendũ, ꝙ uerbum Ambrosij põt intelligi de ignorantia simpliciter affectata: uel põt intelligi in gñe peccati ingratitudinis, ĩ qua summ9 grad9 est ꝙ hõ ẽt beneficia non recognoscat: uel põt intelligi de ignorãtia infidelitatis, q̃ fundamẽtũ spiritualis ædificij subuertit.

Ad 4m dicendũ, ꝙ ebrius mere G retur quidẽ duplices maledictiones ꝑꝑ duo peccata, q̃ cõmittit. s. ebrietatẽ, & aliud peccatũ, qđ ex ebrietate sequitur: tñ ebrietas rõne ignorãtiæ adiunctæ, diminuit sequẽs peccatũ, & forte plus, q̃ sit grauitas ipsi9 ebrietatis, ut dictũ est.* Vel põt dici, ꝙ illud uerbũ inducit ẽm ordinationẽ cuiusdã Pythaci legislatoris, q statuit, ebrios si ꝑcusserint, amplius puniendos, nõ ad H ueniã respiciens, quem ebrij debent magis habere, sed ad vtilitatem, quia pluries iniuriantur ebrij q̃ sobrij, ut patet per Philosophum in 2. Politicorum.

QVAESTIO LXXVII.

De causa peccati ex parte apppetitus sensitiui, in octo articulos diuisa.

I Deinde cõsiderandũ ẽ de cã peccati ex parte appetitus sensitiui, utrũ passio aĩæ sit cã peccati. Et circa hoc quæruntur octo.

¶ Primo, Vtrũ passio appetitus sensitiui posit mouere, uel inclinare, uoluntatem.

¶ Secundo, Vtrũ posit superare rõnẽ contra eius scientiã.

¶ Tertio, Vtrum peccatum, qđ ex pasione prouenit, sit peccatum ex infirmitate.

K ¶ Quarto, Vtrum hæc pasio, q̃ est amor sui, sit causa omnis peccati.

¶ Secũda, qua scitur indiuiduum actus, & temporis eius, scilicet hoc nunc esse malum.

¶ Tertia, est qua scitur indiuiduũ actus temporis, & executionis, s. hoc nunc esse faciendũ. ignorantia opposita primæ scientiæ est cã peccati. Ignorantia secũda, & tertia est ignorãtia electionis, quam author negat hic esse cãm peccati, concl. m non ꝙ putet eã non cãre peccatum ut alij tenent: sed qa negat eã annumerari inter generales cãs peccati, de quib. mõ tractat: qm̃ peccata, q̃ fiunt ex scdã, & tertia ignorantia, nõ sunt peccata ex ignorantia, sed ex passione, uel habitu, ut in illa quæst. declaratur.

¶ In eodem 4. arti. dubiũ pro Nouitijs occurrit de distinctione ad scdm, quia stante hactenus oĩbus dictis, ad huc illa propositio, Peccatũ concl. p additũ peccato facit maius, vt efficax argumentum sustinere in proposito: quia cum ignorantia, seu ebrietas fuerit peccatũ, si sibi addatur sequens peccatũ, quantumcunq; minimũ, faciet maius.

¶ Ad hoc dicitur, ꝙ argumentũ hoc concludit uerũ, sed in litera non affertur ad hoc: non. n. est q̃stio, an sequens peccatũ diminuat peccatum ignorantiæ, sed affertur ad argumẽtum, ꝙ ignorantia non diminuat, seu augeat sequens peccatũ: qm̃ de hoc est quæstio p̃sentis articuli. & in litera ad hoc responsum optime, ꝙ ipsa ignorantia adiuncta sequenti peccato nõ augeat illud, sed diminuat illud: & totum compositum est ex utroq; si componentia scdm se sumãtur, quia plus adimit de grauitate illius, q̃ apponat de grauitate propria unde in litera nõ dicitur, quòd ambo simul non habent tantam grauitatem, quãtam quodcunque eorum seorsum habet, sed quantam unum eorum, scilicet sequens secũdum se grauius, ut dictum est, haberent.

¶ In eodem artic. 4. dubium est de quantitate diminutionis, an s. ignorantia secundum se peccatum ueniale excuset sequens peccatũ eius cã à mortali: & similiter ignorantia mortalis leuioris ordinis, excuset sequens à mortali grauioris ordinis: uel econtra, mortale peccatũ sequens ex ignorãtia ueniali, faciat illam mortalem: & similiter mortale grauioris ordinis aggrauet ignorantiam mortalem, in grauiorem ordinem trahendo.

¶ Ad hoc dr. ꝙ hæc quæstio ex dictis de speciebus peccatorum ex ignorantia, pendet: qm̃ nanq; ignorantia non aufert ꝑpriã, & perfectam speciem deliberato peccato, quod ex ea fit, nõ aufert cõsequẽs id, qđ ex propria speciẽ sibi uendicat. s. esse mortale, & esse mortale grauioris ordinis. ꝑꝑ qđ in his, q̃ sũt scdm se peccata mortalia, & deliberate fiunt in seipsis, quãuis ex ignorãtia, mortalia sunt. Qñ uero ignorantia distrahit seqnẽs peccatũ, ut speciẽ alterius peccati, puta, ebrietatis, uel uenationis nõ discretissimæ, tũc qa peccatũ seqnens non sortit ꝓpriã speciẽ, quantumcũq; scdm se esset mortale, aut grauioris ordinis, nõ facit actũ ex ueniali mortalẽ, nec ex mortali leuioris ordinis, mortalẽ grauioris ordinis, quãuis aggrauet, ut circũstãtia. Et ratio est, qa circũstantia nõ habens ꝓpriã speciẽ, nunquã aggrauat in infinitũ, nunquã trãsfert in ꝓpriũ ordinẽ, ut in quæst. 88.* inferius patet. unde si ebrietas ĩ aliquo sit peccatũ ueniale, homicidiũ cõsequẽs non faciet peccatum mortale: & similiter, si circũspectæ aliqualiter uenatio est peccatũ ueniale, homicidiũ sequẽs nõ faciet peccatũ mortale: & si ebrietas, uel uenatio sunt peccata leuioris ordinis, q̃ homicidiũ nõ trahent in ordinẽ grauitatis homicidij quãmuis aggrauent ex tali effectu.* *ar. 2. huius quæst. *Circa finem illius, to. 5.

SVPER Q. LXXVII. ART. I.

Medina art. 1.

IN primo articul. quæstio. 77. solus modus, quo passio mouet uoluntatẽ, declarandus occurrit, addẽdo ad dicta 1 a. 2. quæst. 9. ubi eadem quęst. ex parte uolũtatis absolute agitata est. modus. n. in ordine ad causandum peccatũ ex parte ipsius passionis tractat. Modus igitur est, ꝙ passio afficiens appetitum, afficit proportionaliter ꝑ uiã redũdantiæ phantasiam. Sunt. n. ut in 2. de anima dicitur, appetitiuum, & phãtasticũ animæ, indistincta loco, entomit decisis attestantibus: & sicut ad linguam cholera infectã, gustus iudicium erroneum fit: ita ad appetitum passione infectum, immutatur phantasia, & iudicium etiam æstimatiuę consequenter. & quia intellectus mouetur à phãtasmate, cõsequens est, ut a phãtasmatibus sic cõpositis iudicio æstimatiuæ, moueatur intellectus ad iudicandum idem, præsertim quia iudiciũ est de singulari, in quo plurimam uim obtinet iudiciũ cogitatiuæ. Rursus ex hoc, quòd appetitus sensitiuus ex passione uehementi afficitur, hic humo non solum secundum illam partẽ, sed absolute mutatur animaliter, & est aliter dispositus. & ratio est, quia appetitus animalis est primo propter totum suppositum, ut ex dictis in prima parte patet. In hoc enim differt ab appetitu naturali

tali singularű potentiarű activarum & passivarű: & sic pro oc datus est à natura animali. Ex hoc autē q hic hō est aliter dispositus, sequit, ut aliquid sit sibi durāte illa dispositione conueniens, qđ prius nō erat, quodq; absolute, & scđm rōnē est disconueniēs. incipit nanq; conuenientia ex altera extremorű uariato. Ex hoc autē, q aliquid est conueniens mō huic sic disposito, sequit, & qđ scđm iudiciű æstimatiuæ & rōnis iudicet illud sibi nunc conueniēs, qa qualis unusquisque est, talis ei finis uidetur. & sic dispositio subiecti, passione facta, mutat iudicium rōnis de obiecto, qđ est motiuum uolūtatis: & sic ex parte obiecti passio mouet uoluntatē. Hæc uia ex parte obiecti è tutior, prima ex parte ipsarű potentiarű hanc adiuuat eo neutra aut, ut uides, si memor es dictorum, uoluntati necessitat: quia ex parte obiecti motiuū est, & ad necessitatē sequitur alter motor ex parte subiecti ad exercitiū actus, pp qđ uoluntas libere sequetur huiusmodi obiectű peccati.

413 *Porrecta per totum.* Supr. q. 9. art. 2. & q. 10. ar. 3. & 2.2. q. 156. art. 1. cor. & 3. q. 46. ar. 7. ad 3. & uer. q. 5. art. 10. cor. & q. 25. art. 9. & 3. & 6.
* tex. 54.

¶ Quinto, De illis trib. causis, q ponunt 1. Ioan. 2. Cōcupiscētia oculorű, concupiscentia carnis, & superbia uitæ.
¶ Sexto, Vtrū passio, q̃ est causa peccati, diminuat ipsum.
¶ Septimo, Vtrum totaliter excuset.
¶ Octauo, Vtrū pct̄m, qđ ex passione est, possit esse mortale.

ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrum uoluntas moueatur à passione appetitus sensitiui.

AD PRIMVM sic proceditur. Vr q uolūtas nō moueat à passiōe appetit' sensitiui. Nulla.n. potētia passiua mouet nisi à suo obiecto: uolūtas aūt est potētia passiua, & actiua simul, inquantū est mouēs, & mota, sicut Philos. dicit in 3.* de aīa, uniuersaliter d' ui appetitiua. cū ergo obiectū uolūtatis nō sit passio appetit' sensitiui, sed magis bonū rōnis, vr q passio appetit' sensitiui nō moueat uolūtatē. C

¶ 2 Præ. Superior motor nō mouet ab inferiori, sicut aīa nō mouetur à corpore: sed uolūtas, q̃ est appetitus rōnis, cōparatur ad appetitū sensitiuū, sicut motor, superior ad inferiorē dicit .n. Philosoph. in 3. de ani.* q ap-

* text. 57. to. 2.

petit' rōnis mouet appetitū sensitiuū, sicut in corporib. cęlestib. sphæra mouet sphærā. ergo uoluntas non pōt moueri à passione appetitus sensitiui. D

¶ 3 Præt. Nullū immateriale pōt moueri ab aliquo materiali: sed uolūtas est potētia qđā immaterialis. non.n. utit organo corporali, cū sit in rōne, ut dr̄ in 3. de ani.* appetit' aūt sensitiu' est uis materialis, ut pote fundata in organo corporali. ergo passio appetit' sensitiui nō pōt mouere appetitū intellectiuū.

* text. 42. tom. 2.

SED CONTRA est, quod dicitur Daniel. 13. Concupiscentia subuertit cor tuum.

concl. RESP. Dicendū, q * passio appetitus sensitiui nō pōt directe trahere, aut mouere uoluntatē: sed indirecte pōt, & hoc dupliciter. Vno quidē mō * sm quādā abstractionē. Cū.n. oēs potentiæ aīæ in una E essentia aīæ radicentur, necesse est, qđ qñ una potētia intendit in suo actu, altera in suo actu remittat, uel et totaliter in suo actu impediat, tū qa ois uirtus ad plura dispersa fit minor, unde, ecōtrario, qñ intendit circa unū, min' pōt ad alia dispergi: tū qa in operib. aīæ requiritur q̃dam intētio, q̃ dū uehementer applicat ad unū, nō pōt alteri uehemēter attendere: & sm hūc modū p quandā distractionē, qñ motus appetitus sensitiui fortificat sm quamcunq; passionē, necesse est q remittat, uel totaliter impediatur motus proprius appetitus rationalis, q̃ est uolūtas. Alio mō ex parte obiecti uoluntatis,

A quod est bonum rōne apprehensum. impeditur.n. iudiciū, & apprehensio rōnis pp uehementem, & inordinatā apprehensionē imaginationis, & iudiciū uirtutis æstimatiuæ, ut patet in amentibus. Manifestū est aūt, q passionē appetitus sensitiui sequitur imaginationis apprehensio, & iudiciū æstimatiuæ, sicut et dispōnē linguæ sequitur iudiciū gustus. vñ uidemus q hoies in aliqua passione existentes, nō facile imaginationē auertūt ab his, circa q̃ afficiuntur. vñ p ɔñs iudiciū rōnis plerunq; sequitur passionē appetitus sensitiui, & p ɔñs motus uoluntatis, qui natus est semper sequi iudicium rationis.

B AD PRIMVM ergo dicendū, q per passionē appetitus sensitiui fit aliqua immutatio circa iudiciū de obiecto uolūtatis, sicut dictū est, * quis ipsa passio appetitus sensitiui nō sit directe uolūtatis obiectū. * In corp. art.

AD 2m dicendū, q superius non mouetur ab inferiori directe, sed indirecte quodammodo moueri potest, sicut dictum est *. * In corp. art.

Et similiter dicendum est ad tertium.

ARTICVLVS II.

Vtrum ratio possit superari à passione contra suam scientiam.

AD SECVNDVM sic pceditur. Videtur q rō non possit superari à passione ɔ̃ suam scientiam. Fortius.n. non uincitur à debiliori: sed scientia pp suam certitudinem est fortissimū eorum, quæ in nobis sunt. ergo nō potest superari à passione, quæ est debilis, & cito transiens.

¶ 2 Præt. Volūtas nō est nisi boni, uel apparentis boni: sed cum passio trahit uoluntatē in id, qđ est uere bonū, non inclinat rōnē ɔ̃ sciētiam: cū aūt trahit eam in id, quod est apparēs bonum, & non existens, trahit eam in id, quod rōni uidetur: hoc autem est in scientia rationis, quod hei uidetur. ergo passio nunquam inclinat rationem ɔ̃ suam sciētiam. Si dicatur, q trahit rōnem scientem aliquid in uniuersali, vt ɔ̃rium iudicet in particulari. Contra. Vniuersalis & particularis propositio si opponantur, opponuntur sm contradictionē: sicut, Omnis hō &, non omnis homo: sed duæ opiniones, q̃ sunt contradictoriæ, sunt contrariæ, vt dr̄ in 2. Perihermenias.* Si igitur aliquis sciens aliqđ in vñ, iudicaret oppositum in singulari, sequeretur q haberet simul contrarias opiniones, quod est impossibile.

¶ 3 Præterea. Quicunque scit uniuersale, h scit etiam particulare, quod nouit sub universali contineri: sicut, qui scit omnem mulam esse sterilem,

SVPER Q. LXXVII. ART. I.
Medina art. 2.

IN artic. 2. 77. q̃st. dubiū occurrit, de conclusione approbātiua opinionis Socratis, s. Voluntas nunq̃ in malū tendit, nisi cum aliqua ignorantia, uel errore rōnis, & de eius rōne, quia .s. uoluntas est solum boni, uel apparentis boni. Cōtra conclusionē nanq; currunt argumēta Scoti 3. sent. dist. 36. primo, ex auct. Paris. Stante scientia in uniuersali, & particulari, uoluntatē nō posse in oppositum errorem.

414 *Porrecta per totum.* Mal. q. 3. art. 9.

§ Secundo, ex multis authoritatib. Aug. dicentibus, quòd q̃nq; scientes peccamus.
§ Tertio, ex authoritate Aristo. 2. Eth. qđ scire, parū, aut nihil ualet ad uirtutē. Si.n. rectitudo intellectus exigit ad bene uelle, tūc scire multū ualeret ad uirtutē: immo sequitur, q non esset persuadendū alicui, q bene uellet, sed q recte consideraret.
§ Præterea Rectitudo rōnis tā in practicis, q̃ in speculatiuis constat ex terminis, & forma syllogismi perfecti. igitur sō practica erit ex se perfecta, quie- * Cap. vlt.

scit hoc animal esse sterile, dum mō ipsum sciat esse mulā, ut patet per id, qđ dr̄ in 1. Posteriorũ: * sed ille, qui scit aliquid in uniuersali, puta nullā fornicationē esse faciendā, scit hoc particulare sub uniuersali cōtineri, puta, hūc actū esse fornicarium. ergo videt̄ qđ ēt in particulari sciat.

G

¶ 4 Præterea, q̃ sunt in uoce, sunt signa intellectus aiæ, ſm Philosoph. in:* sed nō in passione existens frequēter confitet̄ id, qđ eligit esse malū ēt in particulari. ergo ēt in particulari hēt sciētiā. Sic igit̄ vr̄ q̧ passiones non possit trahere rōnē contra sciētiam uniuersalem: quia non potest esse, q̧ habeat sciētiam uniuersalem, & existimet oppositum in particulari.

H

SED CONTRA est, quod dicit Apostolus Roma. 7. Video aliā legē in mēbris meis repugnantē legi mentis meæ, & captiuātē me in lege peccati: lex aũt, q̃ est in mēbris, est concupiscētia de qua s. locutus fuerat. Cũ igitur concupiscentia sit passio q̃dam, vr̄ q̧ passio trahat rationem, etiam contra hoc qđ scit.

AD PRIMVM ergo dicendū, q Philosophus intēdit ibi inuestigare genus uirtutis. & cū manifestū sit, q uirtus sit quoddam principiū actus, illa tñ ponit, q̃ sūt principia humanorū actuū, scilicet potētias, habitus, & passiones. Præter hæc aūt tria sunt q̃dā alia in aia, sicut q̃dā actus, ut uelle est in uolente, & ēt cognita sunt in cognoscēte, & pprietates naturales aiæ isunt ei, ut immortalitas, & alia hmōi.

AD II. dicendū, q synderesis dr lex intellectus nři, inquātum est habitus continens pcepta legis naturalis, quæ sunt prima principia operum humanorū.

AD III. dicendū, q rō illa cō- K cludit, q lex naturalis habitualiter tenetur, & hoc cōcedimus.

Ad id uero quod in ōriū obijcitur, dicendū, q eo quod habitualr inest, qñque aliquis uti nō pōt pp aliquod impedimentū, sicut hō non pōt uti habitu sciētiæ pp somnū: & sir puer non pōt uti habitu intellectus principiorū, uel ēt lege naturali, q̃ ei habitualiter inest, propter defectum ætatis.

ARTICVLVS II.

Vtrum lex naturalis contineat plura præcepta, uel unum tan. um.

M edina ar. 2.

AD SECVNDVM sic proceditr. Vr q lex naturalis non cōtineat plura præcepta, sed unū tm̄. Lex. n. continetur in genere præcepti, ut * sup. habitum est. si igitur essent h multa præcepta legis naturalis, sequeretur q ēt essent multæ leges naturales.

¶ 2 Præt. Lex naturalis consequitur hominis naturā: sed humana natura est una fm totū, licet sit multiplex fm partes. aut ergo est b unum pceptum tm̄ legis naturæ pp unitatem totius, aut sunt multa secundū multitudinem partiū naturæ humanæ: & sic oportebit q ēt ea, b quę sunt de inclinatione cōcupiscibilis, ptineant ad legem naturalem.

¶ 3 Præt. Lex est aliquid ad rationem pertinens, ut * sup. dictum est: sed ratio in homine est h una tantum. ergo solum unum præceptum est legis naturalis.

SED CONTRA est, quia sic se habent pręcepta legis naturalis in homine quantum ad operabilia, sicut se habent prima principia in demonstratiuis: sed prima principia indemonstrabilia sunt plura. ergo etiam pręcepta legis naturæ sunt plura.

RESPON. Dicendum, q sicut * sup. dictum est, pcepta legis naturę hoc mō se habent ad rationem practicam, sicut principia prima demōstrationum I se habent ad rationem speculatiuam: utraq;. n. sunt quædam principia per se nota. Dr aūt aliquid per se notum dupliciter. Vno modo secundum se: alio mō, quo ad nos. Secundum se quidem quælibet ppositio dr per se nota, cuius prædicatum est de ratione subiecti: contingit tñ q ignoranti diffinitionem subiecti, talis propositio non erit per se nota, sicut ista propositio. Homo est rationale, est per se nota fm sui naturam: quia qui dicit hominem, dicit rationale, & tamen ignoranti quid sit homo, hæc propositio non est p se nota: & inde est, q sicut dicit * Boet. in lib. de Hebdomad. Quędā sunt dignitates, uel ppositiones p se notæ cōiter omnibus: & hmōi sunt illæ propositiones, quarum termini sunt omnibus noti, ut, Omne totum est maius sua parte. &, Quæ uni, & eidē sunt ęqualia, sibi inuicem sunt æqualia. Quędam uero ppositiones sunt per se notę solis sapientib. qui terminos propositionum intelligūt qd significent: sicut intelligēti, q angelus nō est corpus, p se notū est, q non est circūscriptione in loco, qd nō est manifestū rudibus, q hoc non capiunt. In his aūt quæ in apprehensione hominū cadunt, quidā ordo inuenit. Nā illud qd primo cadit in apprehensione, est * ens, cuius intellectus includit in omnibus quæcunq; quis apprehen-

q. 90. ar. 1. ad 2. & q. 91. art. 3.

In lib. An omne qd est, bonū sit eu. ptā.

D. 548. 564. 565.

Perrecta per totum
lisumenda, est q̃dā. s. rectitudo I pprijs cō clusionibus naturalis legis nō est eadem apud oēs. s. pp defectū in paucioib. & caue ne misceas ius humanū, sed infra latitudinem naturalis iuris, uel cōtra aut pter illud, morari, & discurre. In quinto, q pprie loqui de primis pceptis, & secundis. Nō solū nāq; prima simpliciter, sed prima in quolibet ordine sunt immutabilia oīno, salua tñ dispēsatione diuina, ut ifra diffusius patebit, cui natura omnis subiecta est. In sexto aūt articulo secundaria pcepta ēt a primis principijs I tali ordine supponūt, & delebilia dñt a cordibus hominū, quæ nō apud oēs p se nota sunt ut pcepta prima simpliciter. Ex tali namque ignorātia emanat illud, Omne iuuans statuit Iupiter esse pium.
qō. 90. & 92. ar. 2.
q. 90. ar. 4.

apprehendit. & idõ primum principium indemonstrabile est, q̃ nõ est simul affirmare, & negare, qđ fundatur s. rõnem entis, & non entis, & super hoc principio oĩa alia fundantur, ut dr̃ in 4.* Meta. Sicut aũt ens est primum, quod cadit in apprehẽsione simpliciter, ita bonum est primũ, quod cadit in apprehensione practicæ rõnis, q̃ ordinat̃ ad opus. Omne.n. agẽs agit pp finem, qui hẽt rõnem boni: & idõ primũ principium in rõne practica est, quod fundat̃ s. rõnem boni, quæ est, Bonũ est, quod oĩa appetunt.[m] Hoc est ergo primũ pceptum legis, q̃ bonũ est faciendũ, & prosequẽdũ, & malũ uitãdũ: & sup hoc fundant̃ oĩa alia pcepta legis naturę,* ut. s. oĩa illa facienda, uel uitanda ptineant ad pcepta legis naturæ, q̃ rõ practica naturaliter apprehẽdit esse bona humana. Quia uero bonũ hẽt rõnẽ finis, malũ aũt rõnem contrarij: inde est, q̃ oĩa illa, ad q̃ hõ hẽt naturalem inclinationẽ, rõ naturaliter apprehendit ut bona, & p consequens ut opere prosequenda, & contraria eorũ ut mala, & uitãda: ſm igit̃ ordinem inclinationũ naturaliũ, est ordo pceptorum legis naturæ. Inest.n. primo inclinatio hoĩ ad bonum ſm naturã, in qua cõicat cum oĩbus substantijs, prout. s. qlibet substãtia appetit conseruationẽ sui esse ſm suã naturã: & ſm hanc inclinationẽ ptinent ad legẽ naturalẽ ea, p q̃ uita hoĩs conseruat̃, & contrariũ impedit̃. Secundo inest hoĩ inclinatio ad aliqua magis spãlia ſm naturam, in qua cõicat cum cæteris aĩalibus: & ſm hoc dicuntur ea esse de lege naturali, q̃ natura oĩa aĩalia docuit, ut est cõmistio maris & fœminæ, & educatio liberorũ, & similia. Tertio modo inest hoĩ inclinatio ad bonũ ſm naturã rõnis, q̃ est sibi propria: sicut hõ hẽt naturalem inclinationẽ ad hoc, q̃ ueritatẽ cognoscat de Deo, & ad hoc q̃ in societate uiuat: & ſm hoc ad legem naturalem pertinẽt ea, q̃ ad hmõi inclinationem spectant, utpote, q̃ hõ ignorantiã uitet, q̃ alios nõ offendat, cum quibus dẽt conuersari, & cętera hmõi, q̃ ad hoc spectant.

AD PRIMVM ergo dicẽdum, q̃ oĩa ista præcepta legis naturæ, inquantum referuntur ad vnum primum pceptum, hñt rõnem unius legis naturalis.

AD II. dicendum, q̃ omnes hmõi inclinationes quarũcunq; partium naturæ humanæ, puta, concupiscibilis, & irascibilis, ſm quod regulantur rõne, pertinent ad legalem naturalem, & reducunt̃ ad unum primum præceptum, ut * dictum est: & secundum hoc, sunt multa præcepta legis naturæ in seipsis, quæ tamen communicant in una radice.

AD III. dicendũ, q̃ rõ et si in se una sit, tñ est ordinatiua oĩum, q̃ ad hoĩes spectãt: & ſm hoc sub lege rõnis continent̃ oĩa ea, quæ rõne regulari põt.

ARTICVLVS III.

Vtrum omnes actus virtutum sint de lege naturæ.

Medina. ar. 3.

AD TERTIVM sic procedit̃. Vr̃ q̃ nõ oẽs actus virtutum sint de lege naturæ. Quia, ut s. * dictum est, de rõne legis est, ut ordinet ab bonum[h] cõe: sed quidã uirtutũ actus ordinant̃ ad bonũ priuatũ alicuius, ut patet pcipue i actibus tẽperãtiæ. non ergo oẽs actus uirtutũ legi subdunt̃ naturali.

¶ 2 Præt. Oĩa pctã aliquibus uirtuosi actibus opponunt̃. si igit̃ oẽs actus uirtutum sint de lege naturæ, vr̃ ex consequenti, q̃ oĩa peccata sint[h] contra naturam: quod tñ specialiter de quibusdã pctĩs vr̃.

¶ 3 Præt. In his, quæ sunt ſm naturã, oẽs cõueniũt: sed[h] in actibus uirtutum non oẽs conueniunt. aliquid.n. est uirtuosum uni, quod est alteri uitiosum. ergo non oẽs actus uirtutum sunt de lege naturæ.

SED CONTRA est, qđ * Dã. dicit i 3. li. q̃ uirtutes sũt naturales. ergo & act⁹ uirtuosi subiacẽt legi nãæ.

RESPON. Dicendũ, q̃ de actibus uirtuosis dupliciter loqui possumus. Vno modo inquãtũ sunt virtuosi: alio modo inquantũ sunt tales actus in proprijs spẽbus considerati. Si igit̃ loquamur de actibus uirtutũ inquãtũ sunt uirtuosi, sic oẽs actus virtuosi ptinent ad legẽ naturæ.* dictũ est.n. q̃ ad legem naturæ ptinet omne illud, ad quod hõ inclinatur ſm suã naturã. Inclinatur aũt unumquodq; naturaliter ad operationẽ sibi conuenientem ſm suã formã, sicut ignis ad calefaciendũ: vñ cum aĩa rõnalis sit ppria forma hoĩs, naturalis inclinatio inest cuilibet hoĩ ad hoc, q̃ agat ſm rõnẽ, & hoc est agere ſm uirtutem: vñ[m] ſm hoc oẽs actus uirtutum sunt de lege naturali. dictat.n. hoc naturaliter vnicuiq; propria rõ, ut uirtuose agat. Sed si loquimur de actibus uirtuosis ſm seipsos, prout. s. in proprijs speciebus considerantur, sic non omnes actus uirtuosi sunt de lege naturæ. Multa.n. secũdum uirtutem fiunt, ad q̃ natura non primo inclinat: sed per rationis inquisitionem ea homines adinuenerunt, quasi utilia ad bene uiuendum.

AD PRIMVM ergo dicendũ, q̃ tẽparãtia est circa cõcupiscẽtias naturales cibi, & potus, & uenereorum, q̃ quidẽ ordinant̃ ad bonũ cõe naturæ: sicut & alia legalia ordinantur ad bonum cõe morale.

AD II. dicendum, q̃ natura hoĩs põt dici uel illa, quæ est propria hoĩs, & ſm hoc oĩa pctã inquãtum sunt contra rõnem, sunt ẽt contra naturã, ut patet per Dam. in 2. lib. * uel illa, quæ est cõis hoĩ, & alijs animalibus: & secundum hoc quædam spãlia peccata dicuntur esse contra naturã, sicut contra commistionem maris, & fœminæ, quæ est naturalis oĩbus animalibus, est concubitus masculorum, quod specialiter dr̃ uitium contra naturam.

AD III. dicendum, q̃ ratio illa procedit de actibus secundum seipsos consideratis. Sic.n. pp diuersas hominũ conditiones contingit, q̃ aliqui actus sunt aliquibus uirtuosi, tanquam eis proportionati, & conuenientes: qui tamen sunt alijs uitiosi, tanquãm eis non proportionati.

ARTICVLVS IIII.

Vtrum lex naturæ sit una apud omnes.

Medina. art. 4.

AD QVARTVM sic proceditur. Vr̃ q̃ lex naturæ non sit una apud oẽs. Dr̃.n. in decretis, dist. 1.* q̃ ius naturale est, quod in Lege, & in Euangelio[h] continetur: sed hoc non est cõe omnibus, quia ut dicitur Rom. 10. Non omnes obediunt Euangelio. ergo lex naturalis non est una apud omnes.

¶ 2 Præt. Quæ sunt secundũ legẽ, iusta esse dicunt̃, ut dicitur in 5. Ethic. † sed in eo libr. dicitur, quòd nihil

Marginal notes: *Tex. 9. e multos textus. — Concl. — *In corp. art. — Porrecta per totum. 4 d. 3. q. 1. art. 3. q. 1. ad 4. *q. 90. a. 2. — *Cap. 14. non procul a fine. — *Ar. præced. — Cõclusionis pars. — Cõclusionis pars. — *Cap. 30. & c. 31. — Porrecta per totum. 3. d. 37. a. 3. cor. Et 4. d. 33 q. 1. a. 1. cor. & ar. 2. ad 1. *dist. 1. in pri. illius. † cap. 2. a medio, & cap. 1. & 7 10. 5.

nihil est ita[h] iustũ apud oẽs, q̃n apud aliquos diuersificet. ergo ẽt lex naturalis nõ est apud oẽs eadẽ.

¶3 Præ. Ad legẽ naturæ ptinet id, ad qđ hõ ſm naturã ſuã[h] inclinat, vt ſ. dictũ est: * ſed diuerſi hoĩes naturaliter ad diuerſa inclinant, alij quidem ad cõcupiſcentiã voluptatũ, alij ad deſideria honorum, alij ad alia. ergo nõ est vna lex naturalis apud oẽs.

*Ar. 2. huius quæſt.

SED CONTRA est, quod Iſidorus dicit in lib. Etymologiarum, * Ius naturale eſt cõe omni nationi.

*Lib. 5. c. 4.

RESP. Dicendũ, q̃ ſicut ſ. dictũ eſt, * Ad legẽ naturæ ptinent ea, ad q̃ hõ naturaliter inclinat, inter q̃ homini ꝓpriũ eſt, ut inclinet ad agendũ ſm rõnem: ad rõnem aũt pertinet ex cõibus ad propria G ꝓcedere, ut patet ex 1 Phyſic. * Aliter tñ circa hoc ſe hẽt rõ ſpeculatiua, & aliter practica. Quia. n. rõ ſpeculatiua p̃cipue negotiat circa neceſſaria, q̃ impoſſibile eſt aliter ſe habere, abſq; aliquo defectu inuenit ueritas in cõcluſionibus ꝓprijs, ſicut & in principijs cõibus: ſed rõ practica negotiatur circa cõtingentia, in q̃bus ſunt operationes humanę: & iõ ſi in cõibus ſit aliqua neceſſitas, † quanto magis ad ꝓpria deſcẽdit, tãto magis ĩuenit defectus. Sic igit in ſpeculatiuis eſt eadẽ ueritas apud oẽs tã in principijs, q̃ in cõcluſionib9, licet ueritas nõ apud oẽs cognoſcat in cõcluſionibus, ſed ſolũ in princi H pijs, q̃ dicunt cões cõceptiones. In operatiuis aũt nõ eſt eadem ueritas, uel rectitudo practica apud oẽs quantũ ad ꝓpria, ſed ſolũ quantũ ad cõia: & apud illos, apud quos eſt eadẽ rectitudo in ꝓprijs nõ eſt æqualiter oĩbus nota. Sic igit patet, q̃ quãtum ad cõia principia rõnis ſiue ſpeculatiuæ, ſiue practicæ, eſt eadẽ ueritas ſeu rectitudo apud oẽs, & æqualiter nota. Quantũ uero ad ꝓprias cõcluſiones rõnis ſpeculatiuæ ẽ eadẽ ueritas apud oẽs, nõ tñ æqualiter oĩbus nota. Apud oẽs. n. uerũ eſt, q̃ triãgulus hẽt tres angulos æquales duobus rectis, q̃uis hoc nõ ſit oĩbus notũ: ſed quantũ ad pro- I prias cõcluſiones rõnis practicę, nec eſt eadẽ ueritas, ſeu rectitudo apud oẽs: nec ẽt apud quos eſt eadẽ, eſt æqualiter nota. Apud oẽs. n. hoc eſt rectũ eſt, & uerũ, ut ſm rõnem agat. Ex hoc aũt principio ſequit quaſi cõcluſio propria, q̃ depoſita ſint reddẽda, & hoc quidẽ, ut in pluribus uerũ eſt, ſed põt in aliquo caſu cõtingere, q̃ ſit dãnoſum, & ꝑ cõſequẽs irrationabile, ſi depoſita reddant, puta, ſi aliquis petat ad impugnandã patriã: & hoc tãto magis inuenit deficere, quãto magis ad particularia deſcẽdit, puta, ſi dicat q̃ depoſita ſunt reddẽda cũ tali cautione, uel tali mõ. Quanto. n. plures con K ditiones particulares apponunt, tãto pluribus modis poterit deficere, ut nõ ſit rectũ, uel in reddẽdo uel nõ reddẽdo. Sic igit dicendũ eſt qđ[m] lex naturę quantũ ad prima principia cõia, eſt eadẽ apud oẽs, & ſm rectitudinẽ, & ſm notitiã: ſed quãtũ ad q̃dam propria, q̃ ſunt quaſi cõcluſiones principiorũ cõium, eſt eadẽ apud oẽs ẽt ut ĩ pluribus, & ſm rectitudinẽ, & ſm notitiã: ſed ut ĩ paucioribus põt deficere & quantum ad rectitudinẽ ꝓꝑ aliqua particularia impedimenta (ſicut ẽt naturæ gñabiles, & corruptibiles deficiũt, ut in paucioribus ꝓꝑ impedimenta)[n] & ẽt quãtum ad notitiã:[o] & hoc ꝓꝑ

*Ar. 2. huius quæſt.

*Tex. 2. 3. & 4. co. 2.

† Alias ueritas.

Cõcluſionis pars

Cõcluſionis pars

hoc, q̃ aliqui hñt deprauatam rõnem ex paſſione, ſeu ex mala cõſuetudine, ſeu ex mala habitudine naturæ: ſicut apud Germanos olim latrociniũ nõ reputabat inquũ, cũ tñ ſit expreſſe cõtra legẽ naturę, ut refert Iulius Cęſar in lib. de bello Gallico.

L. b. 6. de bello Gallico, parũ a medio.

AD PRIMVM ergo dicendũ, q̃ uerbum illud non eſt ſic intelligendum, quaſi oĩa q̃ in lege & in Euãgelio continent, ſint de lege naturæ, cũ multa tradantur ibi ſ. naturã: ſed quia ea, quæ ſunt de lege naturæ, plenarie ibi tradũtur. vñ cum dixiſſet Gratianus, * qđ ius naturale eſt, qđ in lege, & in Euangelio cõtinet, ſtatim exẽplificãdo ſubiunxit, Quo G quiſque iubetur alij facere, quod ſibi vult fieri.

* Loco in arg. citato.

AD II. dicendum, q̃ uerbum Philoſophi eſt intelligendum de his, quæ ſunt naturaliter iuſta, nõ ſicut principia cõia, ſed ſicut quædam concluſiones ex his deriuatæ, quæ ut in pluribus habent rectitudinem, & ut in paucioribus deficiunt.

AD III. dicendum, q̃ ſicut rõ in homine dominatur, & imperat alijs potentijs, ita oportet q̃ oẽs inclinationes naturales ad alias potentias ptinentes ordinẽtur ſecundum rõnem. unde hoc eſt apud omnes communiter rectum, ut ſecundum rationẽ dirigantur omnes hominum inclinationes.

ARTICVLVS. V.

Vtrum lex naturæ mutari poſſit.

Medina. art. 5.

AD QVINTVM ſic proceditur. Videtur q̃ lex naturæ mutari poſſit. Quia ſup illud Eccleſiaſt. 17. Addidit eis diſciplinam, & legẽ uitæ, dicit gloſ. * legem literæ, quantum ad[b] correctionem legis naturalis, ſcribi uoluit: ſed illud quod corrigitur, mutatur. ergo lex naturalis poteſt mutari.

Porrecta per totum. Supra ar. 4. cor. & ad 2. & Iſ. q. 97. ar. 1 ad 1. Et 3. d. 37. ar. 3 cor. Et 4. d. 33. q. 1. a. 1. cor. & ar. 2. ad 1

*Gloſ. ordi. ibidẽ.

† vidět. r.

¶2 Prę.[b] Contra legẽ naturalem eſt occiſio innocentis, & ẽt adulterium, & furtũ. ſed iſta † inueniũtur eẽ mutata à Deo, puta, cũ De9 p̃cepit Abrahæ I q̃ occideret filium innocentem, ut hr̃ Gen. 22. Et cum præcepit Iudæis, ut mutuata Aegyptiorũ uaſa ſubriperent, ut habetur Exod. 12. Et cum præcepit Oſeæ, ut uxorẽ fornicariã acciperet, ut habetur Oſeæ 1. ergo lex naturalis poteſt mutari.

¶3 Præt. Iſidorus dicit in lib. Etymolog. * q̃ cõis oium poſſeſſio, & una libertas eſt[h] de iure naturali. ſed hęc uidemus eſſe mutata per leges humanas ergo uidetur quòd lex naturalis ſit mutabilis.

*Lib. 5. ca. 4.

SED CONTRA eſt, quod dicitur in Decretis diſt. 5. * Naturale ius ab exordio rationalis creaturæ nec uariatur tempore, ſed immutabile permanet.

* Di. 5 circa princ.

RESP. Dicendũ, q̃ lex naturalis põt intelligi mu K tari, dupliciter. Vno mõ ꝑ hoc, q̃ aliq̃d ei addat: & ſic[m] nihil prohibet legẽ naturalẽ mutari.[n] Multa. n. ſ. legẽ naturalẽ ſuperaddita ſunt ad humanã uitã utilia tã ꝑ legem diuinã, q̃ ẽt per leges humanas. Alio mõ põt intelligi mutatio legis naturalis ꝑ modũ ſubtractionis, ut. ſ. aliquid deſinat eſſe de lege naturali, qđ pri9 fuit ſm legẽ naturalẽ: &[p] ſic quãtũ ad prima principia legis naturæ, lex naturę eſt oĩno immutabilis. Quantum aũt ad ſecunda p̃cepta,[q] q̃ diximus eſſe quaſi quaſdã proprias concluſiones ꝓpinquas primis principijs, ſic lex naturalis[r] non immutat, quin ut in pluribus ſit rectum

Cõcluſionis pars

Cõcluſionis pars

Cõcluſionis pars

ſemper

ſemper quod lex naturalis habet.poteſt tamen mu A
tari & in aliquo particulari,& in paucioribus[a] pro
Ar.prece. pter aliquas ſpeciales cauſas impedientes obſeruã
tiam talium præceptorum, ut ſupra dictum eſt.[a]

AD PRIMVM ergo dicẽdũ,ꝙ lex ſcripta dr̃ eſſe da
ta ad correctionẽ legis naturalis,uel qa ꝑ legẽ ſcri
ptã ſuppletũ eſt,qđ legi naturæ deerat:uel quia lex
naturæ i aliquorũ cordib.quãtũ ad aliqua corrupta
erat intãtũ,ut exiſtimarẽt eſſe bona, q̃ naturaliter
ſunt mala:& talis corruptio correctione idigebat.

AD 2m dicẽdum,ꝙ naturali morte moriunt oẽs
cõiter tã nocẽtes,q̃ innocentes:quæ qdẽ naturalis
mors diuina ꝑtãte inducit ꝑꝑ pc̃tm̃ originale, ẽm B
illud 1.Reg.2.Dñs mortificat,& uiuificat:& iõ abſ
que aliqua iniuſtitia ẽm mandatũ Dei põt infligi
D.4. mors cuicunq; homini,uel nocẽti,uel[d] innocẽti.Si
militer ẽt adulteriũ eſt cõcubitus cũ uxore aliena,
q̃ quidẽ eſt ei deputata ẽm legẽ Dei diuinitus tra
ditam. unde ad quãcunq; mulierẽ aliquis accedat
ex mãdato diuino,non eſt adulterium, nec fornica
tio.Et eadem rõ eſt de furto,quod eſt acceptio rei
alienæ.q.cquid.n.accipit aliquis ex mandato Dei,
q eſt dñs uniuerſorum,nõ accipit abſq; uoluntate
dñi,quod eſt furari. Nec ſolum in rebus humanis
quicquid à Deo mãdatur, hoc ipſo eſt debitum,ſed C
ẽt in rebus naturalibus quicquid à Deo fit,eſt na
turale quodammodo,ut in primo dictum eſt.

p.p.q.105 ar.6. ad 1 AD 3m dicendum,ꝙ aliquid dr̃ eſſe de iure natu
rali dupliciter.Vno mõ,qa ad hoc natura inclinat:
ſicut nõ eſſe iniuriã alteri faciendã.Alio mõ, quia
natura nõ inducit ꝯriũ:ſicut poſſemus dicere,ꝙ ho
minẽ eſſe nudũ eſt de iure naturali: qa natura non
đdit ei ueſtitũ,ſed ars adinuenit & hoc mõ cõis om
nium poſſeſſio,& oĩum una libertas,dr̃ eſſe de iure
naturali, qa,ſ.diſtinctio poſſeſſionum, & ſeruitus
non ſunt inductę a natura,ſed per hominum ratio
nem ad utilitatem humanę uitę.& ſic ẽt in hoc lex D
naturæ nõ eſt mutata niſi per additionem.

ARTICVLVS VI.

Vtrum lex naturę poſſit a corde hominis aboleri.

Porrecta per totum. Infr.q.99. ar.2.ad.2. AD SEXTVM ſic proceditur. Videtur quòd lex
naturę poſſit à corde hominis aboleri.Quia
Rom.2.ſuꝑ illud,cũ Gentes,quę legem non
habent &c. dicit gloſſ.[a] quod in interiori homine
Gloſ. ordi na. ibidẽ. ꝑ gratiam innouato,lex iuſtitiæ inſcribur, [b] quam
deleuerat culpa.ſed lex iuſtitiæ eſt lex naturæ.ergo
lex naturę poteſt deleri.

¶2 Præt.Lex gratię eſt[b] efficacior quàm lex natu
rę:ſed lex gratiæ deletur per culpam.ergo multo E
magis naturæ poteſt deleri.

¶3 Pręt.illud qđ per legem ſtatuitur,inducit quaſi iuſtũ:
ſed multa ſunt ab hominibus ſtatuta[b] ꝯ legẽ natu
ræ.ergo lex naturæ pt̃ à cordibus hominũ aboleri.

Capi.4.in prin.to.1 SED CONTRA eſt,quod Aug.dicit in 2.Confeſſ.[a]
Lex tua ſcripta eſt in cordib.hominũ,quã nec ulla
qdẽ delet iniquitas:ſed lex ſcripta i cordib. hominũ
eſt lex naturalis.ergo lex naturalis deleri nõ põt.

Ar.4 & 5. RESPON. Dicendum,ꝙ ſicut ſupra dictum eſt,ad
legẽ naturalẽ pertinẽt primo quidẽ qđã pręcepta
communiſſima,quæ ſunt omnibus nota: qđã autẽ
ſecundaria præcepta magis propria, q̃ ſunt quaſi
cõcluſiones propinquæ principiis.[m] Quantũ ergo Con.pars.
ad illa principia cõia,lex naturalis nullo modo po
teſt a cordibus hominum deleri in uniuerſali:dele
tur tñ in particulari operabili,[a] ſecundum quod rõ
impeditur applicare cõmune principium ad par
ticulare operabile ꝑꝑ concupiſcentiam,uel aliquã Con.pars. q.77.ar.2
aliã paſſionem,ut ſupra dictum eſt.[p] Quãtum uero
ad alia præcepta ſecundaria,põt lex naturalis dele
ri de cordibus hominum[a] uel propter malas perſua
ſiones,eo modo quo ẽt in ſpeculatiuis errores cõ
tingunt circa cõcluſiones neceſſarias:uel ẽr ꝑꝑ pra
uas cõſuetudines,& habitus corruptos:ſicut apud
quoſdã nõ reputabantur latrocinia peccata, uel ẽt
uitia contra naturam,ut etiam Apo.dicit ad Ro.1.

AD PRIMVM ergo dicendũ,ꝙ culpa delet legem
naturæ in particulari,non autem in uniuerſali:niſi
forte quantum ad ſecunda præcepta legis naturæ,
eo modo quo dictum eſt.

AD 2m dicendum,quòd gratia etſi ſit efficacior
quàm natura,tamen natura eſſentialior eſt homi
ni,& ideo magis permanens.

AD 3m dicendũ,ꝙ ratio illa procedit de ſecun
dis præceptis legis naturæ, contra quæ aliqui legiſ
latores ſtatuta aliqua fecerunt,quæ ſunt iniqua.

QVAESTIO XCVI.

De lege humana, in quatuor articulos diuiſa.

DEINDE conſiderãdum eſt de lege humana.
¶Et primo quidem de ipſa lege ſecundum
ſe.Secundo, de poteſtate eius. Tertio,
de eius mutabilitate.

CIRCA primum quæruntur quatuor.

¶Primo de utilitate ipſius.
¶Secundo,de origine eius.
¶Tertio,de qualitate ipſius.
¶Quarto, de diuiſione eiuſdem.

ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrum fuerit utile aliquas leges poni ab hominibus.

Medina ar.1.

Supr.q.91 ar.3.Et 2. d.9.ar.3. cor.ad 2. & ad 5.Et 3.dis. 40. art.4. AD PRIMVM ſic ꝓceditur.Videtur,quòd non
fuerit utile aliquas leges poni ab hominib.
Intẽtio enim cuiuſlibet legis eſt, ut per eã
hoies fiãt boni, ſicut ſ.dictũ eſt:[a] ſed hoies magis in
ducunt ad bonũ uolũtarii ꝑ monitiones,q̃ coacti ꝑ
leges.ergo non fuit neceſſarium leges ponere. [a] q 92.a.1

¶2 Præt.Sicut dicit Philoſophus in 5.Ethi.† Ad iu
dicem confugiunt homines ſicut ad iuſtum anima
tum:ſed iuſtitia animata eſt[b] melior,quàm inanima
ta,quę legibus cõtinet.ergo melius fuiſſet , ut exe
cutio iuſtitiæ committeretur arbitrio iudicum ,
quàm quòd ſuper hoc lex aliqua conderetur. †c.4.circa med.to.5

¶3 Pręt.Lex omnis directiua eſt actuũ humanorũ, Q.90.a.1. & 2.
ut ex ſupradictis patet:[a] ſed cũ humani actus cõſi
ſtant in ſingularibus,quæ ſunt infinita,nõ poſſunt
ea,quæ ad directionem humanorum actuum perti
nent,ſufficienter conſiderari, niſi ab aliquo ſapien
te,q inſpiciat ſingula. ergo melius fuiſſet arbitrio
ſapientum[b] dirigi actus humanos, quàm aliqua lege
poſita. ergo non fuit neceſſarium leges humanas
ponere.

SED CONTRA eſt,quod Iſidorus dicit in lib.I.Ethy Lib.5.c.2
molog. Factæ ſunt leges, ut earum metu huma
na

na coerceret audacia, tutaq; sit inter improbos innocētia, & in ipsis improbis formidato supplicio refrænetur nocendi facultas: sed hæc sunt necessaria maxime humano generi: ergo necessarium fuit ponere leges humanas.

Q.63.a.1. RESPON. Dicendū, φ sicut ex supradictis patet,* Homini naturalr inest q̄dā aptitudo ad uirtutē: sed ipsa uirtutis pfectio, necesse est φ homini adueniat p aliq̄ disciplinā. sicut et uidemus, φ p aliquā industriā subuenit homini in suis necessitatib^s, puta, in cibo, & uestitu, quorū initia q̄dā habet natura, s. rōnē, & manus: non āt ipsum cōplementū, sicut cæteris aialia, quibus natura dedit sufficienter tegumentū, & cibū. Ad hanc āt disciplinā nō de facili inuenitur hō sibi sufficiens: qa pfectio uirtutis pcipue cōsistit in retrahēdo hoīem ab indebitis delectationibus, ad quas pcipue hoies sunt proni, & maxime iuuenes, circa quos, efficacior disciplina: & iō oportet φ hmōi disciplinā, p quā ad uirtutē perueniat, hoies ab alio sortiātur: & quidem quantum ad illos iuuenes, qui sunt proni ad actus uirtutū ex bona dispositione naturę, uel consuetudine, uel magis diuino munere sufficit disciplina paterna, q̄ est p monitiones. Sed quia inueniunt quidā proterui, & ad uitia proni, q uerbis de facili moueri nō pñt, necessariū fuit, φ p uim, uel metū cohiberent a malo, ut saltē sic, malefacere desistētes, & aliis quietā uitam redderent, & ipsi tandē p hmōi assuetudinē ad hoc perducerent, φ uoluntarie facerent, q̄ prius metu implebant, & sic fierent uirtuosi. Hmōi aūt disciplina cogens metu pœnæ, est disciplina legū: unde^m necessariū fuit ad pacē hoium, & uirtutē, φ leges ponerent^n: quia sicut Philosophus dicit in 1. Politicę* sicut homo si sit pfectus uirtute, est optimū aialiū: sic si sit separatus à lege, & iustitia, est pessimū omniū, qa hō hēt arma rōnis ad explēdas cōcupiscētias, & sæuitias, quæ non habent alia animalia.

Concl.m.

Ca.2. sisi. illius.to.5

AD PRIMVM ergo dicendum, φ homines bene dispositi, melius inducuntur ad uirtutem monitionibus uoluntariis, q̄ coactione: sed quidā male dispositi non ducuntur ad uirtutem, nisi cogantur.

Ca.1. siet prine. & med.to.6 AD 2^m. dicendū φ sicut Philosophus dicit. 1. Rethot.* Melius est omnia ordinari lege, quàm dimittere iudicum arbitrio. & hoc propter tria. Primo q̄dē, qa facilius est inuenire paucos sapientes, q sufficiant ad rectas leges ponendas, quàm multos, qui requirerētur ad rectè iudicandū de singulis. Secundo, qa illi qui leges ponūt, ex multo tpe cōsiderāt quid lege ferendū sit: sed iudicia de singularibus factis, fiunt ex casibus subito exortis. Facilius autem ex multis consideratis, potest homo uidere quid rectū sit, q̄ solū ex aliquo uno facto. Tertio qa legislatores iudicant in uniuersali, & de futuris: sed homines iudiciis præsidētes iudicāt de p̄sentib^s, ad q̄ afficiunt amore uł odio, aut aliqua cupiditate. & sic eorū deprauatur iudiciū. Quia ergo iustitia animata iudicis non inuenitur in multis, & quia flexibilis est: iō necessarium fuit in quibuscunq; est possibile legem determinare, quid iudicandum sit, & paucissima arbitrio hominum committere.

AD 3^m dicendum, quòd quædam singularia, quę F non^a possunt lege comprehendi, necesse est committere iudicib^s, ut ibidē philosophus dicit,* puta, de eo q̄d est factū esse, uel nō esse, & de aliis hmōi.

D.455. Li.1. Rhe. ca.1. ante med.to.6

ARTICVLVS II.

Vtrum omnis lex humanitus posita, a lege naturali deriuetur.

AD SECVNDVM sic proceditr. Vr φ non ois lex humanitus posita, à lege naturali deriuet. Dicit enim Philosophus in 5. Ethi. *quod iustū legale est, φ principio q̄dē nihil G differt, utrū sic, uel aliter fiat: sed i his, q̄^b oriūt ex lege naturali, differt utrū sic, uel aliter fiat. ergo ea, q̄ sunt legib. humanis statuta, nō oia deriuantur à lege naturę

¶2 Præt. Ius positiuum^b diuiditur contra ius naturale, ut patet per Isidorum in lib.* Etymol. & per Philosophū in 5. Ethic. † sed ea, quæ deriuantur à principiis cōmunibus legis naturę, sicut con H clusiones, pertinēt ad legem naturæ, ut sup. dictum est.* ergo ea quæ sunt de lege humana, non deriuantur à lege naturæ.

¶3 Præt. Lex naturæ est eadē apud oēs. dicit. n. Philosophus in 5. Ethicorum. † φ naturale ius ē, quod ubiq; hēt eandē potentiā. si igitur leges humanæ à natura li lege^h deriuarentur, sequeret ēt, φ ipsæ essent eædē apud omnes: quod patet esse falsum.

I ¶4 Præt. Eorum, quę a lege naturali deriuant, pt aliqua ratio assignari: sed non omnium quæ a maioribus lege statuta sunt, ratio reddi pt, ut iurisperit* dicit. ergo non omnes leges humanę deriuantur a lege naturali.

SED contra est, q̄d Tull. dicit in sua Rhet.* Res à natura profectas, & a cōsuetudine p̄batas, legum metus, & religio sanxit.

K RESPON. Dicēdum, quòd sicut Aug. dicit in 1. de libr. arb.* Non uidetur esse lex, quæ iusta non fuerit: unde^m inquantum habet de iustitia, intātum habet de uirtute legis.* In rebus autē humanis, dicitur eē aliquid iustum ex eo, quod est rectum, secundum regulam rōnis. Rationis autē prima regula est, lex naturæ, ut ex supradictis patet:* unde^m omnis lex humanitus posita intantum habet de ratione legis, inquantum a lege naturæ deriuatur. Si uero in aliquo à lege na-

¶SVP. QVÆS. XCV. ART. II.

Perrecta per totum. 1. conc. c. 123.

Fer.3. con.c.123. Medina ar.2.

IN ar. 2. quæst. 95. omissoprimo, dubium occurrit de secundo modo deriua tiōis à lege naturali, scilicet per modum determinationis, inquantum dicitur, φ est similis determinationi formæ artificia lis communis ad specialem, sicut artifex formam domus ad hanc, uel illam figuram determinat: qa aut intēdit de determinatione uniuersalis ad minus uniuersale, uel singulare. & hoc non, tum quia frustra de artificialibus esset sermo magis, quàm de aliis: tū quia tam minus uniuersale, quàm singulare ex uniuersali deriuatur, ut conclusio ex principio. Ea hoc nanque, quòd omne malum est fugiendum, deducitur syllogisticè conclusio, quòd tale malū, & hoc malum est fugiendum: & sic secunda modus coincidet cum primo. Aut intendit determinationem formæ ad materiam, uel econuerso. Et hoc nō, quia utrique contradicit declaratio sua. Sicut artifex determinat formam communem domus ad hāc, uel illam figuram domus. Forma nanque domus, & illa figura domus, non se habent ut materia, & forma, sed ut magis, & minus commune, ut patet.

Cap.7. in prin.to.4

Lib.5. c.4. to.7. to.5.

Q. præc. art.3. & 4.

Ca.7.to.5

Li.2. de inuentione 1 fol.4. ad finem h.

c.5. paulo post princ. tom 1.

Concl.m.

¶ Ad hoc dicitur, quod in lege considerari possunt tria. Primo ipsa materia legis, puta, quia est de punitione, uel de tali pœna. Secundo ipsa uis legis de qua iam dictū est, in quo cōsistit. Tertio actus præceptus, uel prohibitus a lege. Si consideramus originem legis putæ positiuæ à naturali, quo ad materiā uerificatū, inuenimus, φ oritur à naturali per modum determinationis.

Q. præc. art.2.

Concl.m.

tionis, ut in litera dicitur, ut patet facile inductiue. Ex hoc enim iure naturæ, ꝙ mali sunt puniendi, deriuatur determinando punitionem ad talem punitionē, & malos ad tales malos, quòd fures sunt suspendendi. Similiter ex hoc iure naturæ, quòd abstinendū est propter contemplationem &cæt. deriuatur determinando abstinentiam ad priuationē usus carnium &cæt. quòd ieiunandum est. Et similiter ex hoc naturę iure, quòd Dei cultui tempus aliquod impendendum est, deriuatur determinatio temporis, & cultus, quòd die Dominica audiatur Missa, & sic de alijs. Et si hic contingat, quòd huiusmodi determinatio nō cōdat vim legis, n. si fiat ad commune bonum ab habente curā multitudinis ratiocinante, & eligēte magis hoc, q illud sub illu cōmuni, uidebis & ꝙ per modum artis, scilicet per rationem, & prohæresim hæc determinatio fit: & ꝙ hac determinatione non solū materia legis pure positiuæ, ut deriuatur a iure naturæ, ut speciale à cōmuni: sed etiam ipsa uis legis positiuæ, ut dearticulatio quædā iuris naturæ profitetur eodem modo, ut merito in litera non dicatur, quòd ius positiuū quo ad materiā, aut quo ad uim deriuatur à naturali, sed absolute, ut complecteretur vtrūque. Ex illis enim communibus conceptionibus habentibus uim legis à natura determinando per electionē authoritatem habentis, ue oriunt propositiones minus cōmunes habentes uim legis ab ipsa determinatione artis gubernatiuæ, q̄ à naturali lege proficiscitur. Si autem actus p̄ceptos, uel prohibitos à pure positiua lege intuitus fueris, uidebis ꝙ dū conditur lex positiua, determinatur ius naturale in positiuum, vt forma ad materiam

Ca. 11. ad fin. 10. 5.

turali discordet, iam non erit A lex, sed legis corruptio.*

Sed sciēdū ē, ꝙ à lege naturali dupliciter pôt aliqd deriuari. Vno mô, sicut conclusiones ex principijs: alio mô, sicut determinationes qdā aliquorū cōiū. Primus qdē modus similis ē ei, quo in sciētijs ex principijs cōclones demōstratiuæ ,pducunt. Secūdo uero mō sic est, qđ in artib. formæ cōes determinantur ad aliquid speciale: sicut artifex B formā cōem domus necesse est ꝙ determinet ad hāc, uel illam domus figuram. Deriuant ergo qdā à principijs cōibus legis naturæ per modū conclusionum: sicut hoc qđ est nō esse occidendum, ut conclusio qdā, deriuari pt ab eo, qđ est, nulli esse faciendum malum. Quædam uero per modum determinationis, sicut lex naturæ habet, quòd ille, qui peccat, puniatur; sed quòd tali C pœna, uel tali puniat, hoc est qdam determinatio legis naturæ. Vtraq; igitur inueniuntur in lege humana posita: sed ea, quę sunt primi modi, cōtinentur in lege humana, nō tanquam sint solū lege posita, sed hēnt et aliquid vigoris ex lege naturali: sed ea, q̄ sunt secundi modi, ex sola lege humana vigorē hēnt.

Ad primum ergo dicendū, ꝙ Philosophus loquitur de illis, q D sunt lege posita per determinationē, uel specificationē quandam præceptorū legis naturæ.

Ad 2m dicēdū, ꝙ ratio illa ,pcedit de his, q̄ deriuantur à lege naturæ tanquàm conclusiones.

Ad 3m dicēdum ꝙ principia cōia legis naturæ non eodē mō applicari pñt oibus pp multam uarietatem rerum humanarum: & ex hoc prouenit diuersitas legis positiuæ apud diuersos. E

Ad 4m dicēdū, ꝙ uerbū illud Iurisperiti intelligendum est in his, q̄ introducta sunt à maioribus circa particulares determinationes legis naturalis, ad quas qdē determinationes se hēt expertorū, & prudentū iudiciū, sicut ad qdā principia, in quantū .s. statim vidēt qd cōgruentius sit particulariter determinādū. vñ Phil. dicit in 6. Ethic.* ꝙ in talibus oportet attendere expertorum, & seniorū, uel prudentum in demōstrabilib. enuntiationibus, & opinionibus nō minus, quàm demonstrationibus.

ARTICVLVS III.

Vtrum Isidorus conuenienter qualitatem legis positiuæ describat.

Medina ar. 3.

Ad tertium sic ,pcedit. Vr ꝙ Isid.* incōuenienter qualitatē legis positiuæ describat, dicēs. Erit lex honesta, iusta, possibilis ſm naturā, ſm cōsuetudinem patriæ, loco tpique conueniens, necessaria, utilis, manifesta quoq;, ne aliqd p obscuritatem in captione cōtineat, nullo priuato cōmodo, sed ,p cōi utilitate ciuiū scripta. Supra.n. in trib. conditionib.m qualitatē legis explicauerat dicēs. Lex erit oē, qđ rōne cōstiterit dūtaxat, qđ religioni cōgruat, qđ disciplinæ cōueniat, qđ saluti proficiat. ergo superflue postmodum conditiones legis multiplicat.

¶ 2 Præt.h Iustitia est pars honestatis, ut Tullius dicit in 1. de offi. * ergo postquàm dixerat honesta, superflue additur iusta.

¶ 3 Præt. Lex scripta ſm Isid. † contra h cōsuetudinē diuiditur. non ergo debuit in diffinitione legis poni, ꝙ esset secundum consuetudinem patriæ.

¶ 4 Præt. Necessariū dupliciter dr, s. id, qđ est necessariū simpliciter, qđ impossibile est aliter se hēre, & hmōi necessariū ñ subiacet humano iudicio: vñ talis necessitas ad legē humanā nō ptinet. Est et aliqd necessariū pp finē: & talis necessitas h idem est qđ utilitas. ergo superflue vtrunque ponitur, necessaria, & vtilis.

Sed contra est auctoritas ipsius Isidori.*

Resp. dicendū, ꝙ uniuscuiusque rei q̄ est pp finē, necesse est ꝙ forma determinet ſm ,pportionem ad finē: sicut forma serræ talis ē, qualis cōuenit sectioni, ut patet in 2. Phy.* Quælibet et res recta, & mensurata oportet ꝙ hēat formam proportionatam suæ regulæ, & mensuræ. Lex aût humana utrunque hēt: quia, & est aliquid ordinatum ad finem, & est quædam regula, uel mensura regulata, uel mensurata quadā superiori mēsura:

Ex hoc.n. ꝙ abstinentia à carnibus, & lacticinijs, &c. iure ponitur esse deuotam, supponit uirtuti temperantiæ talis actus, & uitio intemperantiæ contrarius actus: & sic determinatur forma uirtutis temperantiæ ad talē materiam. Et si huic iunxeris, ꝙ formale in uirtute est de iure naturæ, ut in q̄one præcedente habitum est, clarum erit, ꝙ iuxta istam determinationē ius positiuum determinet naturale, ut formam ad materiā. Et scito, quòd hæc tria, q̄ diximus, licet sic ordinata uideantur, ꝙ prius natura est determinatio materiæ specialis sub communi, deinde applicatio formæ, uel uitij ad materiā, tertio est ius legis: nā prius est constituere hos actus esse virtuosos, uel uitiosos, quā præcipere, uel prohibere illos. Si diligenter tamen considerata fuerit differentia inter intellectum practicum, & speculatiuum, & inter mala ex se, & quia prohibita, apparebit quod secundo loco est ius legis, quæ præcipiendo constituit bona, & ,phibendo mala: & sic tertio loco fit applicatio uirtutis ad materiam. Et quoniam commune formaliter respectu specialis est, & in ipsa determinatione communis ad speciale gubernatoris arte authoritatiue facta, applicatio formæ uirtutis ad materiam consistit, cōsequens est ꝙ dum author ius positiuū à naturali originari dicit per modum determinationis, quo ars formam communem ad specialem determinat, nihil dictum prætermisit: sed dicta omnia sub illo determinationis modo conclusit, quo & speciale formali quodam ductu à communiori, ut materiale à formali deriuatur.

¶ Ad obiecta autē dr, ꝙ aliud est loqui de communi, & aliud de eodem uniuersaliter distributo. nam in primo sophisma consequentis ad mi-

Porrecta per totum. Li. 5. Eth. c. 3. & 21.

Li. 1. in c. cuius titulus ē de 4. uirtutibus.

† li. 2. c. in & li. 5. c. 3

Concl. m. Loco in arg. citato.

Tex. 8?. to. 2.

nus esse determinate descendendo committitur, in secundo nō. lex aūt naturæ relata ad ius positiuum nō cōis uniuersaliter distribui, sed rōnis indefinitæ tōnem hēt. v.g. Non est lex naturę, q malus puniatur tali pœna, sed q puniatur indefinite. Et ex hoc cessat secūda obiectio. Meminit aūt artificialiū: quia determinatio ista p rationem, & electionē fit, dum arte gubernatiua fit, sicut & alia artificialia.

Art. pce. & q. 91. ar. 1. 3. & 4. & q. 93 ar. 3.
† In Dig. veteri li. 1. tit. 3. lege 2. & 24

¶ In eodem secundo articulo nota, qd qd est iuris pure positiui ex 5. Ethic. s. quod à principio nihil differt, ut ex eo sciat discernere qn aliqd est solum de iure positiuo, & qn de iure naturæ, uel gentium.

S V P. QV. XCV. A R T. IIII.

IN articulo quarto eiusdem q. omisso 3. dubium est circa illa uerba, Est & aliqd regimen ex istis commistum, qd est optimum: quia hoc aduersatur doctrinę authoris in plurib. locis, ut patet in prima parte q. 103. art. 3. & in 4. contra Gen. cap. 76. ubi tenet, q optimum regimen est regimen unius, & probat, ut patet ibidem. ¶ Ad hoc multipliciter rñderi primo, q regimen vnius ē optimum respectu aliorum regiminum simplicium, non autem commistorum, & iō nulla est cōtrarietas. secundo q regimen unius est optimū secundum speciem regiminis. Regimen autem commistum est optimum scdm partium dispositionem, ut inferius in q. 105. artic. 1. explicatur. dū lia ista ibi explanas, dicendo, q regimen compositum ex regimine unius pp eius uirtutem, & oppositionem multorum sub ipso principatium pp uirtutē, p electionem populi est optimū, vt pote mistū ex regno, aristocratia, & democratia.

Q. 90. ar. 8.
Porrecta per totum.
Li. 5. ca. 4.
Li. 5. ca. 6. in fine.
Li. 5. 4. in prine.

¶ Tertio dici, q quia cōparatio est inter distincta scdm id, quo

quę quidem est duplex, s. diuina lex, & lex naturę, ut ex supradictis patet.* Finis aūt humanæ legis ē vtilitas hoium, sicut ēt Iurisperitus dicit.† Et iō Isido. in cōditione legis, primo quidem tria posuit, s. q religioni congruat, in quantum s. est proportionata legi diuinę: q disciplinę conueniat, in quantum est proportionata legi naturæ: q saluti proficiat, in quantum est proportionata utilitati humanæ, & G ad hæc tria oēs aliæ condōnes, quas postea ponit, reducuntur. Nam q dr̄, honesta, refertur ad hoc, q religioni congruat. Qđ aūt subditur, Iusta, possibilis, secundum naturam, s̄m consuetudinem patriæ, loco, t pique conueniens, additur ad hoc, q conueniat disciplinæ attenditur. n. humana disciplina primum quidem quātum ad ordinem rōnis, qui importatur in hoc, qđ dr̄ iusta: secundo quantum ad facultatem agētium. dēt. n. esse disciplina cōueniens unicuique s̄m suam possibilitatem, obseruata ēt possibilitate naturæ. Non. n. eadem sunt imponenda pueris, quæ imponūtur viris perfectis. Et s̄m humanam consuetudinē non. n. pōt homo solus in societate uiuere, aliorū morē nō gerens. Tertio quantū ad debitas circunstātias dicit, Loco, t piq; cōueniens, qđ uero subdit, Necessaria, vtilis &c. referē ad hoc q expediat saluti, ut necessitas referat ad remotionē malorū, vtilitas ad cōsecutionē bonorū manifestatio uero ad cauēdum nocumētū, qđ ex ipsa lege posset ꝓuenire. Et qa, sicut supradictū est,* lex ordinatur ad bonū cōe, hoc ipsum in ultima parte determinationis ostenditur. Et per hoc patet rñsio ad obiecta.

ARTICVLVS IIII.

Vtrum Isido. conuenienter ponat diuisionem humanarum legum.

AD QVARTVM sic ꝓcedit. Vr̄ q incōuenienter Isido.* diuisionē legū humanarū ponat, siue iuris humani. Sub hoc. n. iu re cōprehendit ius gentiū, qđ iō sic noiatur, ut ipse dicit, † qa eo oēs h ferè gentes vtunt: sed sicut ipse dicit,* ius naturale ē, qđ est cōe oium nationum er- F go ius gentium non continetur sub iure positiuo humano, sed magis sub iure naturali.

¶ 2 Præt. Ea, q habent eandem uim, h non vr̄ formaliter differre, sed solum materialiter: sed leges, plebiscita, senatusconsulta & alia hmōi, quæ ponit oīa habent eandem uim. ergo vr̄, q non differant nisi materialiter: sed talis distinctio in arte non est curanda, cum possit esse in G infinitum. ergo inconuenienter huiusmodi diuisio humanarum legum introducitur.

¶ 3 Pręt. Sicut h in ciuitate sunt principes, sacerdotes, & milites ita h ēt sunt, & alia hominum officia. ergo vr̄, q sicut ponitur quoddā ius militare, & ius publicum, qđ consistit in sacerdotib. & magistratibus: ita etiam debeant poni alia iura, ad alia officia ciuitatis pertinentia.

H ¶ 4 Præt. Ea, q sunt per accidēs, sunt h prætermittenda: sed accidit legi, vt ab hoc, vel ab alio homine feratur. ergo incōuenienter ponitur diuisio legū humanarum ex nominib. legislatorū, ut scilicet quædam dicatur Cornelia, quædam Falcidia &c.*

IN CONTRARIVM Authoritas Isidori sufficiat.†

RESP. Dicēdū, q unumquodque pōt per se diuidi s̄m id, qđ I in eius rōne continetur: sicut in rōne animalis continetur anima, quæ est rationalis, uel irrationalis. & ideo animal proprie, & per se diuiditur secundum rationale, & irrationale, non autem secundum album, & nigrum, quæ sunt omnino præter rationem eius. Sunt autem multa de rōne legis humanæ, secundum quorum quodlibet lex humana proprie, & per se diuiditur potest. Est enim primo de ratione legis humanæ, quòd sit deriuata à lege naturæ, ut ex dictis pa K tet:* & secundum hoc * diuiditur ius positiuum in ius gentium, & ius ciuile,* secundum duos modos, quibus aliquid deriuatur à lege naturæ, ut supra dictum est.* Nam ad ius gentium pertinent ea, quæ deriuantur ex lege naturæ, sicut conclusiones ex principijs, ut iustæ emptiones, uenditiones, & alia huiusmodi, sine quibus homines ad inuicem conuiuere non possunt, quod est de lege naturæ: quia homo est naturaliter animal sociale, ut probatur in primo Politicæ.* Quæ uero deriuantur à lege naturę per modum particularis determinationis, pertinent ad ius ciuile, secundum qđ quælibet ciuitas aliquid sibi accommode determinat.

* ar. 2. huius quęst.
Ar. 2. huius quęst.
Ca. 2. to. 4.

distinguuntur: propterea cū unū, & idē clauditur in utroq; cōparatorum, ne cōparetur idem ad seipsum, comparatio intelligitur scdm adiuncta, ac per hoc cū regimen unius, & regimen commistum ex regimine unius, & plebis comparantur: ex vna parte sumitur regimen unius, & ex alia regimen mistū, non quatenus includit regimen unius, & addit aliam bonitatem, sed scdm bonitates adiunctas. & dr̄ q regimen unius est optimum, ut in pluribus locis à Philosopho, & D. Tho. hēs. Cū hoc tñ stat, q loquendo de regimine pure humano, consideratis oībus, q sunt in misto, regimē mistum est optimū, ut hic & inferius loco allegato hr̄. Verū quia in primo sensu comparatio formaliter, & simpliciter exercetur, in secūdo autem comparatur unum, & idem scdm se ad seipsum cum adiunctis bonitatib. cōparatio non est multum artificiosa: iō primus sermo, s. q regimen unius est optimū amplectendus est simpliciter. Secundus aūt, s. q regimen cōmistum est optimū, pie exponendus, & non extendēdus est, ne sit cā erroris: & hanc tes tiam responsionem sequere uti docte.

In Dig. nouo li. 50. ti. 8. et seq. et li. 9. ut. 9.
Et Cod. li. 9 ti. 49.
† Loco in arg. 1. cit.

Secundo est de rône legis humanæ, ꝙ ordinetur ad A
bonum cõe ciuitatis. Et ẽm hoc, lex humana diuidi
pt ẽm diuersitatem eorũ, qui specialiter dant ope-
rã ad bonũ cõe: sicut sacerdotes pro populo Deum
orantes, principes populũ gubernantes, & milites
Con. pars. pro salute populi pugnãtes: & ĩõ ᵐ istis hominibus
specialia quædam iura aptantur.ⁿ Tertio est de rõ-
ne legis humanæ, ut instituatur à gubernante com
munitatem ciuitatis, sicut supra dictum est.ᵒ
Q.90.ar.3 Et ẽm hoc distinguunt leges humanæ ẽm diuersa
regimina ciuitatũ, quorũ unũ, ẽm Philosophum in
3.Pol.10.5. tertio Politicæ, est regnũ, qñ s. ciuitas gubernat ab
Con. pars. uno: & ẽm hoc accipiuntur ᵐ constitutiones princi B
pũᵒ. Aliud uero regimẽ est aristocratia, idest, prin-
cipatus optimorũ, uel optimatũ, & ẽm hoc sumun
Con. pars. tur ᵐ responsa prudẽtũ, & ẽt senatuscõsulta.ᵒ Aliud
regimen est oligarchia, i. principatus paucorũ diui
Con. pars. tũ, & potentũ: & ẽm hoc sumitur ᵐ ius prætoriũ, qđ
ẽt honorariũ dr̃.ᵒ Aliud ãt regimẽ est populi, ꝙ no
Con. pars. minatur democratia: & ẽm hoc sumũtur ᵐ plebisci
taᵒ. Aliud autẽ est tyrannicum, quod est omnino
corruptũ, unde ex hoc non sumitur aliqua lex. Est
ẽt aliquod regimẽ ex istis cõmistum, quod est opti
Con. pars. mum: & ẽm hoc sumitur ᵐ lex, quam maiores natu si
mul cum plebibus sanxeruntᵒ, ut Isidorus dicit. C
Li.2.c.10. in princi. ¶ Quarto uero de ratione legis humanæ est, ꝙ sit di
rectiua humanorũ actuũ: & ẽm hoc ẽm diuersa de
qbus leges ferunt, distinguuntur leges, q̃ interdũ
ab actoribus noiantur: sicut distinguit lex Iulia de
adulteriis, lex Cornelia de sicariis, & sic de aliis, nõ
propter actores, sed propter res, de quibus sunt.

Ad primvm ergo dicendũ, ꝙ ius gẽtium est qui
dẽ aliquo modo naturale homini, secundum quod
est rationalis, inquãtum deriuatur à lege naturali
p modũ conclusionis, quæ non est multum remo-
ta à principiis. unde de facili in huiusmodi, homi-
nes consenserunt. distinguitur tñ a lege naturali, D
maxime ab eo, quod est oĩbus animalibus cõe.

¶ Ad alia patet responsio ex his, quæ dicta sunt.

SVPER QVE. XCVI. ART. I.

Medina ar. 1.

IN articulis 1. & secundo. 96. q. hoc notandum occurrit. primo, quod cum in secundo articulo cõcludit or negatiua de prohibitione omniũ uitiorum intelligitur de omnibus uitiis secundum totam suam latitudinem, idest, omnes eorum actus, & non de omnibus uitiis, idest, habitibus otiosis, ut patet ex responsione ad primum in articulo tertio, ubi dicitur, ꝙ prohibentur omnia uitia, sed non secundum omnes actus eorum.

QVAESTIO XCVI.

De potestate legis humanæ, in sex articulos diuisa.

DEinde considerandum est de potestate legis humanæ.

Et circa hoc quæruntur sex.

¶ Primo, Vtrum humana lex debeat poni in communi. E

¶ Secundo, Vtrum lex humana debeat omnia uitia cohibere.

¶ Tertium, Vtrum omnium uirturum actus habeat ordinare.

¶ Quarto, Vtrũ imponat homini necessitatem, quantum ad forum conscientiæ.

¶ Quinto, Vtrum omnes homines legi humanæ subdantur.

¶ Sexto, Vtrũ his q sunt sub lege liceat agere pter uerba legis.

ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrum lex humana debeat poni in communi magis, quàm in particulari.

AD primvm sic proceditur. Videtur ꝙ lex hu 108
mana non debeat poni in cõi, sed magis in Porrecta
particulari. Dicit enim Philosophus in 5. Et per totum.
hic.ᵃ ꝙ legalia sunt, q̃cũq; inᵇ singularibus legẽ po Inf.q.98.
nunt, & ẽt sententialia, q sunt ẽt singularia: quia de ar.6.ad.2
singularibus actibusᵇ sententiæ feruntur. ergo lex Et 2.2.q8
non solum ponitur in cõi, sed etiam in singulari 147.a.3 &
4.cor.
ᵃc.7.10.5.
¶ 2 Præt. Lex estᵇ directiua humanorum actuum, ut
supra dictum est:ᵃ sed humani actus in singularibᵃ Q.90.ar.1
consistunt. ergo lex humana non debet in uniuersa
li ferri, sed magis in singulari.
¶ 3 Præt. Lex ẽ regula, & mẽsura humanorũ actuũ,
ut supra dictum est:ᵃ sed mensura dẽt esseᵇ certissi- Q.90.a.1
ma, ut dicitur in 10. Metaph. † cum ergo in actibus †tex.3.10
humanis non possit esse aliquod uniuersale ita cer- 3.
tũ, quin in particularibus deficiat, uĩ ꝙ necesse sit
leges non in uniuersali, sed in singularibus poni.

Sed contra est, ꝙ Iurisperitus dicit,ᵃ ꝙ iura ↄsti
tui oportet i his, q̃ sæpius accidũt: ex his ãt, q̃ forte In digesti
uno casu accidere possunt, iura non cõstituuntur. ueteri li.
1. titulo
Resp. Dicẽdũ, ꝙ quia unumquodq; quod est pp 3.lege.3.
finem, necesse est ꝙ sit fini proportionatum, finis 4. & 5.
autem legis est bonum cõe: quia, ut Isidorus dicit
in lib. Etymolog.ᵃ nullo priuato cõmodo, sed pro Li.5.c.21
cõi utilitate ciuium lex debet esse conscripta: unde
oportet leges humanas esse proportionatas ad bo
num cõe. bonum autem commune constat ex mul
tis. & ideo ᵐ oportet, quòd lex ad multa respiciat,
& secundum personas, & secundum negotia, & se
cundum tempora.ᵒ Constituitur enim communi-
tas ciuitatis ex multis personis, & eius bonum per Concl.
multiplices actiones procuratur: nec ad hoc insti-
tuitur, quòd aliquo tempore modico duret, sed ꝙ
omni tempore perseueret per ciuium successionẽ,
ut August. dicit in 2. de Ciuitate Dei.

Ad primvm ergo dicendum, quòd Philosophus Ex li.2.c.
in 5. Ethic. † ponit tres species iuris legalis, quod est 21. Et 1.22
ius positiuum. Sunt enim quædam, quæ simpliciter c.6. habe-
in communi ponuntur, & hæc sunt leges commu- tur tom.5
nes: & quantum ad huiusmodi dicit, quòd legale †ta.7.10.
est quod ex principio quidem nihil differt sic, uel
aliter: quando autem ponitur differt, puta, quòd ca
ptiui statuto pretio redimãtur. Quædam uero sunt
quæ sunt communia quantum ad aliquid, & singu-
laria quantum ad aliquid: & huiusmodi dicuntur
priuilegia, quasi leges priuatæ, quia respiciunt sin-
gulares personas, & tamen potestas eorum extẽdi
tur ad multa negotia: & quantũ ad hoc subdit ad-
hue quæcunq; in singularibus legẽ ponunt. Dicũ-
tur ẽt quædã legalia, nõ q a sint leges, sed propter
applicationem legum communium ad aliqua par
ticularia facta, sicut sunt sniæ, quæ pro iure haben
tur: & quantum ad hoc subdit, Et sententialia.

Ad 2ᵐ dicendum ꝙ illud quod est directiuum,
oportet esse plurium directiuũ. unde in 10. Meta.ᵃ
Philosophus dicit, quòd omnia quæ sunt unius ge Tex.4.13.
neris, mensurantur aliquo uno, quod est primum in
genere illo. Si. n. essent tot regulæ, uel mẽsuræ, quot
sunt

sunt mensurata, uel regulata cessaret utiq; utilitas F regulæ, uel mẽsuræ, q̃ ẽ ut ex uno multa possint co gnosci: & ita nulla eẽt utilitas legis, si nõ se extẽde ret nisi ad unũ singularẽ actũ. Ad singulares. n. act° dirigẽdos dant̃ singularia præcepta præsidẽtiũ: sed

Q.90.ar.2 &ar.3.ad 3. lex est præceptũ commune, ut supra dictum est.*

Ca.3.s prĩ cip. & c.7 a med. t. 5. AD 3m. dicendũ, q̃ non est eadẽ certitudo quærenda in omnibus, ut in 1. Ethic. *dicitur unde in re bus cõtingẽtibus, sicut sunt naturalia, & res humanæ, sufficit talis certitudo, ut aliquid sit uetum ut in pluribus, licet interdum deficiat in paucioribus.

ARTICVLVS II.

Vtrum ad legem humanam pertineat omnia uitia cohibere.

Medina ar. 2.

909 *Porrecta per totum.* ADSECVNDVM sic procedit̃. Vr̃ q̃ ad legẽ humanã ptineat oĩa uitia cohibere. Dicit. n. Isidor° in li.†Etymologiarũ, q̃ leges sunt factæ, ut earum metu coerceatur audacia. nõ aũt sufficienter coercentur, nisi quęlibet mala cohibeantur p legẽ. ergo lex humaua debet quælibet mala cohibere.

Sup.q.91. ar.4 co.fi. & q.93.a. 3.ad.3.& inf.q.89. art.1.co. Et a.q. 69.art.2. ad.1.& q. 77.a.1.ad 1.&q.78. ar.1.ad 4. Et mal.q. 3.ar.4.ad 6.Et quo. 2.a.10.ad 1.&1. Et Ioh.11.

¶ 2 Præt. Intentio legislatoris est ciues facere uirtuosos: sed nõ pt aliquis esse uirtuosus, nisi ab omnibus uitiis compescatur. ergo ad legem humanam pertinet omnia uitia compescere.

¶ 3 Præt. Lex humana à lege naturali deriuatur, ut supra dictum est: sed omnia uitia repugnant legi naturæ. ergo lex humana oĩa uitia debet cohibere.

†li.1.c.10 *q.91.a.1 & 3.& q. 93.ar.3. SED CONTRA est, quod dr̃ in 1. de lib. ar.†Vĩ mihi legẽ istã quæ populo regendo scribitur, recte ista pmittere, & diuinã prouidentiã uindicare: sed diuina prouidẽtia nõ uindicat nisi uitia. ergo recte lex humana pmittit aliqua uitia, non cohibendo ipsa.

†li.1.ca.5. tom.1. Ar.præce. RESPON. Dicendũ, q̃ sicut iã dictũ est, *lex ponit̃ ut q̃dã regula, uel mẽsura humanorũ actuũ: mẽsura aũt dẽt esse homogenea mẽsurato, ut dr̃ in 10 Metaph. ●diuersa enim diuersis mẽsurant̃. uñ oportet q̃ ẽt leges imponantur hominibus s̃m eorũ conditionẽ: quia, ut Isidorus dicit, ●lex dẽt esse possibilis

Tex. 3. & 4.10.3. & s̃m naturã, & s̃m consuetudinẽ patriæ. Ptãs autẽ

Li.2.c.21. siue facultas operãdi ex interiori habitu, seu dispositione procedit nõ enim idẽ est possibile ei, qui nõ hẽt habitũ uirtutis, & uirtuoso: sicut ẽt nõ est idem possibile puero, & uiro pfecto, & pp hoc non ponitur eadẽ lex pueris, quæ ponitur adultis. Multa enim pueris permittuntur, quæ in adultis lege puniuntur, uel ẽt uituperantur: & similiter multa sunt permittenda hominibus non perfectis uirtute, quę nõ essent tollerãda in hominibus uirtuosis. Lex autẽ humana ponitur multitudini hominum, in qua maior pars est hominum nõ perfectorum uirtute.

Consil.m, Et ideo m lege humana non prohibent̃ omnia uitia, à quibus uirtuosi abstinẽt, sed solum grauiora, à quibus possibile est maiorem partem multitudinis abstinere, & præcipue, quæ sunt in nocumentũ aliorum, sine quorum prohibitione societas humana conseruari non posset: sicut prohibẽtur lege humana homicidia, & furta, & huiusmodi.

AD PRIMVM ergo dicendum, q̃ audacia pertinere uidetur ad inuasionẽ aliorum: unde præcipue ptinet ad illa peccata, q̃bus iniuria proximis irrogatur, quæ lege humana prohibentur, ut dictum est.*

In eod.a.

AD 2m. dicendũ, q̃ lex humana intendit homines inducere ad uirtutem, nõ subito, sed gradatim: & iõ nõ statim multitudini imperfectorũ imponit ea, q̃ sunt iã uirtuosorũ, ut. s. ab oib° malis abstineat alioquin imperfecti hmõi præcepta ferre nõ ualẽtes, in deteriora mala prorũperent, sicut dr̃ Prouerb. 30. Qui nimis emungit, elicit sanguinem. & Matt. 9. Quod si uinũ nouum, idest præcepta perfectæ uitę, mittatur in utres ueteres, idest, in homines imperfectos, utres rumpuntur, & uinum effunditur, idest pręcepta contemnuntur, & homines ex contẽptu ad peiora mala prorumpunt.

G AD 3m dicendũ, q̃ lex naturalis est q̃dã participatio legis æternæ in nobis: lex ãt humana deficit à lege ęterna. Dicit enim Aug. in 1. de lib. arb.*Lex ista, q̃ regẽdis ciuitatibus fert, multa cõcedit, atq; impunita relinquit, quæ p diuinã prouidẽtiã uindicantur. neq; enim quia nõ oĩa facit, ideo quæ facit, improbanda sunt: unde etiam lex humana non omnia potest prohibere, quę prohibet lex naturę. Ca. s. circa fin. to. 1.

ARTICVLVS III.

Vtrum lex humana præcipiat actus omnium uirtutum.

I AD TERTIVM sic pceditur. Vĩ q̃ lex humana ñ pcipiat act° oĩum uirtutũ. Actib° enim uirtutũ opponunt̃ act° uitiosi: sed lex humana nõ prohibet omnia uitia, ut dictũ est.* ergo etiam non pręcipit actus omnium uirtutũ.

¶ 2 Præt. actus uirtutis à uirtute procedit: sed uirt° est finis legis, & ita quod est ex uirtute, sub pcepto legis cadere non potest. ergo lex humana non pręcipit actus omnium uirtutum.

¶ 3 Pręt. Lex humana ordinatur ad bonum commune, ut dictum est.* sed quidam actus uirtutum non ordinantur ad bonum cõmune, sed ad bonum priuatum. ergo lex non pręcipit actus omnium uirtutum.

SED CONTRA est, quod Philosophus dicit in 5. Ethic.* quòd pcipit lex fortis opera facere, & quę tẽperati, & quę mansueti.

K Similiter aũt secundum alias uirtutes & malitias, hęc quidem iubens, hęc autem prohibens.

RESPON. Dicẽdum, q̃ species uirtutum distinguuntur secundũ obiecta, ut ex supradictis patet. *Omnia autem obiecta uirtutũ referri possunt uel ad bonũ priuatum alicuius personę, uel ad bonum commune multitudinis: sicut ea, quę sunt fortitudinis potest aliquis exequi uel propter conseruationem ciuitatis, uel ad cõseruandum ius amici sui, & simi-

¶SVP. QVÆS. XCVI. ART. III.

Medina ar. 3.

IN articulo tertio, specialiter oc ur rit dubiũ de ... propositione, Omnia autem obiecta uirtu... referri possunt ad bonum priuatum a... cuius personæ uel ad bonum commune multitudinis. Nam obiectum sapientiæ uirtutis in cuius actu... consistit felicitas, non potest referri ad bonum priuatum, aut commune, quia est super omne naturæ... patet in 10. Eth... in. Q.90.ar 2

¶ Ad hoc dupliciter dicitur, primo quòd author non lo... de omnibus, sed de illis, quorum opposita sunt uitia, ut patet in toto pr... articulis. Virtutes aut... intellectuales ... speculatiuæ, de quibus ... obiectio, non ... nũtur uitiis, sed ... rantiæ praue d... tionis. Sed hæc responsio dissonat ab un... uersalis simpl... ut ... & a ca... corporis ... ubi dicitur, quod a leg... latore ordinantur p... ad bona ... disciplinam, p... ciues informantur, ... commune bonum iustitiæ & pacis conseruent. Constat enim non ... ad hæc conferre ... plinam ... uam, licet ... Secundo ergo ... Ca. ... me... Q. 54. ad ... & a. 2.

tur

le est in alijs. Lex aūt, ut dictum est,* ordinatur ad bonum cōe, & ideo[m] nulla uirtus est, de cuius actib. lex praecipere nō possit:[m] non tñ de oībus actib. omnium virtutū lex humana praecipit, sed solum de illis, qui ordinabiles sunt ad bonum commune, uel immediate,[n] sicut aliqua directe propter bonum cōmune fiunt:[m] uel mediate,* sicut cum aliqua ordinantur a legislatore pertinentia ad bonam disciplinam, per quam ciues informantur, ut cōmune bonum iustitiae, & pacis conseruent.

AD PRIMVM ergo dicendum, q lex humana nō prohibet omnes actus uitiosos secundū obligationem praecepti, sicut nec praecipit omnes actus virtuosos: prohibet tamen aliquos actus singulorum vitiorū, sicut etiam praecipit quosdam actus singularum virtutum.

AD 2m dicendum, q aliquis actus dr esse uirtutis dupliciter. Vno modo ex eo, q homo operatur uirtuosa: sicut actus uirtutis iustitiae est facere recta, & actus fortitudinis facere fortia: & sic lex praecipit aliquos actus virtutum. Alio modo[d] dr actus uirtutis, qa aliqs operat uirtuosa eo mō quo uirtuosus operat: & talis actus semper procedit a uirtute, nec[d] cadit sub praecepto legis, sed est finis, ad quem legislator ducere intendit.

AD 3m dicendū, q nō est aliqua uirtus, cuius actus non sint ordinabiles ad bonum commune, ut dictum est,* uel mediate, uel immediate.

ARTICVLVS IIII.

Vtrum lex humana imponat homini necessitatem in foro conscientiae.

Medina ar. 4.

AD QVARTVM sic proceditur. Vr q lex humana non imponat homini necessitatē in foro conscientiae.[a] Inferior enim ptās, non pōt imponere legem in iudicio superioris potestatis: sed potestas humana, quae fert legem humanam, est infra ptātem diuinam. ergo lex humana non pōt imponere legem quantum ad iudiciū diuinum, quod est iudicium conscientiae.

¶ 2 Praet. Iudiciū cōscientiae maxime depēdet ex diuinis mādatis: sed qñq; diuina mādata euacuant per[b] leges humanas, ſm illud Matt. 15. Irritū fecistis mādatū Dei pp traditiones uestras. ergo lex humana non imponit homini necessitatem quantum ad conscientiam.

¶ 3 Praet.[b] Leges humanae frequēter ingerūt calumniā, & iniuriā hoibus, ſm illud Isa. 10. Vae q cōdūt leges iniquas: & scribētes, iniustitias scripserūt, ut opprimerent in iudicio pauperes, & uim facerent cāe humilium populi mei: sed licitū ē unicuiq; oppressionē, & uiolentiā euitare. ergo leges humanae non imponunt necessitatem homini, quantum ad conscientiam.

SED CONTRA est, quod dr 1. Per. 2. Haec est gratia, si propter conscientiam sustineat, quis tristitias, patiens iniuste.

RESP. dicendū, q leges positae humanitus, uel sūt iustae, uel iniustae.[m] Si quidē iustae sint, hnt uim obligādi i foro cōsciētiae* a lege aeterna, á qua deriuātur, ſm illud Prouer. 8. Per me reges regnāt, & legū cōditores iusta decernūt. Dñr aūt leges[d] iustae, & ex fine, qñ. s. ordinant ad bonū cōe, & ex actore, qñ. s. lex lata nō excedit ptātem ferētis: & ex forma, qñ. s. ſm aequalitatem proportionis imponunt subditis onera in ordine ad bonum cōe. Cum. n. vnus homo sit pars multitudinis, qlibet homo hoc ipsum quod est, & quod hēt, est multitudinis: sicut & quaelibet pars id, quod est, est totius. unde & natura aliquod detrimentum infert parti, vt saluet totū. Et ſm hoc leges hmōi onera pportionabiliter inferentes, iustae sunt, & obligāt in foro conscientiae, & sūt leges legales. Iniustae aūt sūt leges dupliciter. Vno mō per ɔ̄rietatem ad bonū humanum econtrario pdictis, Vel ex fine, sicut cum aliquis praesidēs leges imponit onerosas subditis, non pertinentes ad utilitatem cōem, sed magis ad propriam cupiditatem, uel gloriam. Vel etiam ex actore, sicut cum aliquis legem fert ultra sibi cōmissam potestatem. Vel ēt ex forma, puta, cū inaequaliter

---

Q. 90. a. 2 — tur q obiecta virtutū pñt dupliciter sumi, primo secundū se & sic falsum ē, q pñt recte referri in bonum priuatum, aut publicū. Secundo, secundum actus, quibus homo attingit illa. & sic nihil prohibet omnium uirtutū obiecta ad priuatū, uel publicū bonū recte referri posse. Nam licet Deus gloriosus non sit efficibile recte in meū, uel cuiusq; creaturae bonū, actus tamen quibus contemplamur illum in nostrum bonum, recte referuntur & secundum se, & secundum uniuersitatem ordinabiles. Et hoc ... in ... ad ... lex humana ... intellectualium & moral... sapiētia, ... ut sap ē ... ad ... potentia ... &c.

Cóclusionis pars. Cóclusionis pars.

SVPER Q. XCVI. ART. IIII.

IN articulo quarto ... dubitationem q. ... ut te diligenter ... scias applicare conditiones legis iustae, uel iniustae, ad particulares leges: quia inde multos casus ... gabel... & grauaminib. & h... proportionali... D. 1045. D. 647. ... humana ita obliget, in foro conscientia, q homo teneatur mori pro eius obseruatione. Et est occasio dubitandi, quia quidam dñt, q ius positiuum nō hēt hanc ptātem, nisi in cā fidei, uel tuendae reipublicae, propterea inquiunt, q licet pp euitandam mortem, celebrare quis potest coram excōcatis notoriam & & omnia positiua iura non seruare. In tor. ar. Turrecrema per totum 2. 2. q. 6. ar. 5. ad 1.

¶ Sed hanc opinionem esse erroneam multipliciter monstratur. Primo ex ratione tacta in littera, quia quilibet homo non solum secundum id, quod hēt, sed hoc ipsū quod est, multitudinis est, sicut quaelibet pars, id, qd est, totius est. Ex hoc nāque sequitur, q lex humana, q sicut quaelibet alia lex ad cōe bonum respicit, potestatem habet supra id, qd est quilibet homo ac p hoc super uitā ipsius: ac per hoc pōt disponere, & ordinare de expositione uitae cuiusque p cōi bono, pro quo fit ois lex, ut in q. 90. nonagesimo articulo secundo dictū est. Amplius, lex humana est praeceptiua, & obligatiua ad peccatū mortale, ut manifeste patet, cū praecipitur aliquid sub poena excōicationis latae sententiae, uel sub poena capitis. ergo est constitutiua alicuius actus in hoc, quod sit peccatum mortale. ergo est obligatiua ad euitandum magis actum illum, q mortē corporalē: quia mors animae fugienda est magis q mors corporis. Perinde est ergo dicere, q lex humana non potest obligare hominem ad mortē ptr sui obseruatione & dicere, q lex humana non potest constituere aliquē actum in hoc, q sit peccatū mortale, in ōi in hoc, q sit peccatum: quia ēt pro uitando ueniali tenetur homo mori. Et confirmatur, qa homo tenetur potius mori, quàm contrahere matrimonium sine dispēsatione cū sorore consobrina. & tñ hoc solo positiuo iure est prohibitum. Similiter sacerdos tenetur mori potius, quàm Missam celebrare absque ... corporali, altari, & lumine, uestibus sacerdotalibus, & al. requisitis ex iure humano. Accedit ad haec Ca. Sacris, de ... quae ui metuve causa fiunt: ubi in materia iuris positiui, s. de incursu excōicationis pp participat onē cum excōicato, Innocentius tertius dicit, q metus nō excusat ab excōicatione quia potius dēt mori q; sin peccare mortaliter. Vnde totum oppositum illius opinionis est uerum. Ille nanque putat, q regulariter lex positiua nō obligat ad mortē pro sui Concl. — D. 797.

onera multitudini dispēsantur, ēt si ordinentur ad bonum cōe. Et hmōi magis sunt violentiæ, quàm leges: quia sicut Augu. dicit in lib. de lib. arb.* lex esse nō vr̄, quæ iusta non fuerit: vnde tales leges non obligant in foro conscientiæ, nisi forte propter vitandum scandalum, uel turbationem, * propter quod etiam homo iuri suo debet cedere, ſm illud Matth. 5. Qui angariauerit te mille passus, vade cū eo alia duo: & qui abstulerit tibi tunicam, da ei, & pallium.

¶ Alio modo leges pñt esse iniustæ per contrarietatem ad bonum diuinum, sicut leges tyrannorum inducentes ad idololatriam, uel ad quodcūque aliud, H quod sit contra legem diuinam & * tales leges nullo modo licet obseruare: * quia sicut dicit Act. 4. Obedire oportet Deo magis quàm hominibus.

AD PRIMVM ergo dicendum, ꝙ sicut Apostolus dicit ad Romanos 13. Omnis potestas humana à Deo est: & ideo qui potestati resistit in his, quæ ad potestatis ordinem pertinent, Dei ordinationi resistit: & secundum hoc efficitur reus quātum ad cōscientiam.

AD 2m dicendum, ꝙ ratio illa procedit de legibus humanis, quæ ordinantur contra Dei mandatum, & ad hoc ordo potestatis non se extendit: unde in talib. legi humanæ non est parendum.

AD 3m dicēdum, ꝙ ratio illa procedit de lege, q̄ infert grauamen iniustum subditis, ad qđ ēt ordo ptātis diuinitus concessus non se extendit. vnde nec in talibus homo obligat, ut obediat legi, si sine scandalo, uel maiori detrimento resistere possit.

ARTICVLVS V.

Vtrum omnes subijciantur legi.

G AD QVINTVM sic proceditur. Videtur ꝙ non omnes legi subijciantur. Illi enim soli subijciuntur legi, quibus lex ponitur sed Apostolus dicit 1. ad Timot. 1. quòd iusto non est h lex posita ergo iusti non subijciuntur legi humanæ.

¶ 2 Præt. Vrbanus papa dicit, & habetur ī Decretis 19. quæst. 2.* Qui lege priuata ducitur, nulla ratio exigit ut publica h constringatur: lege autem priuata Spiritus sancti ducūtur omnes viri spirituales, qui sūt filij Dei, secundum illud Rom. 8. Qui spiritu Dei agūtur, hi filij Dei sunt. ergo non omnes homines legi humanæ subijciuntur.

¶ 3 Præt. Iurisperitus dicit, * ꝙ princeps h legibus solutus est: qui autem est solutus à lege, nō subditur legi. ergo non omnes subiecti sunt legi.

I SED CONTRA est, quod Apo. dicit Rom. 13. Omnis anima potestatibus sublimioribus subdita sit: sed non uidetur esse subditus potestati, qui non subiicitur legi, quam fert potestas. ergo omnes homines debent esse legi subiecti.

RESP. Dicēdū, ꝙ sicut ex * supradictis patet, lex de sui ratione duo hēt. Primo quidē, ꝙ est regula humanorum actuū. Se-

K

---

nul obseruatione quantumcunque præcipiat: in casu autem, scilicet pro fide, uel patria, sic.

¶ Nos aūt ſcđm veritatem dicimus, ꝙ vniuersaliter lex pceptiua obligat ad mortem pro sui obseruatione: in casu aūt non ex benignitate legum, ut forte accidit in lege de uitandis excōicatis, de qua quia non est ad propositū nisi exēplariter, nihil dico, nisi ꝙ dicentes, ꝙ nō licet ex metu cadē te insistantē virum celebrare corā excōicatis, quia lex humana non obligat ad mortem pro sui obseruātia errāt: & nisi aliunde huic metui subueniant, falsa est doctrina excusās participationem ex metu, sicut de alijs dictū est. Et aduerte hic diligentissime, ꝙ quia lex positiua pcipiendo, seu statuendo, facit de actib. indifferētib. uirtuosos, uel uitiosos, dū sub aliqua uirtute, aut uitio actum determinat forte. præcipiendo. n. abstinentiam ponit actum illum sub tēperantia: præcipiendo solutionem gabellæ, ponit actum illū sub iustitia: præcipiendo cultum diuinum, ponit sub religione, & sic de alijs. Et propterea sicut in foro conscientię tenetur quis ad actus uirtutum, & ad cauēdos actus uitiosos, nec excusatur metu, &c. ita non excusatur ab iniustitia, à sacrilegio, &c. qui determinata sic à lege contemnit, aut incurrit &c.

Lib. 1. cap. 5. patuit a prin. t. 1. Cōclusionis pars.

Cōclusionis pars.

SVPER QV. XCVI. ART. V.

Medina ar. 5.

IN art. 5. eiusdē q. 96. nota, ꝙ cū in litera dr̄, ꝙ iusti nō subsunt legi, ut coactiuę, potest dupliciter intelligi. Primo, ꝙ lex non habet uim coactiuam super iustos. Et hic sensus est falsus: quia super omnes subditos tam lex uiua, quàm promulgata habet potestatem coactiuam: quāmuis in iustos nō exerceat coactionem, quia non oportet. Secundo, ꝙ iustus ex parte sua non subjcitur legi, ut coactus: & hic sensus, est uerus, & innocentus, quia iustus uoluntarie legi subiicitur.

¶ In eodem 5. art. in rñsione ad tertiū, dubiū occurrit, quō stant hæc duo simul, ꝙ princeps obligetur quoad Deum, ita ꝙ peccat non seruando legē, & ꝙ lex non hēt uim coactiuam super eum. Si. n. peccat humanā legē transgrediendo, obligatus est lege: pro cul dubio obligante eū, ac p hoc uim coactiuā in eum habenti, quāmuis nō exercenti. & si eū non pōt cogere, lex eū nō obligat: & si nō obligat lex principē, princeps nō obligat: & si nō obligat non peccat nō seruādo eā. Et confirmat declarando: quia quantumcunq. sapiens aliquis, ut Plato, uel Arist. leges excogitet optimas pro bono cōi, & diuulgentur, quia non hēnt uim coactiuam, sed ostensiuam tm̄, constat ꝙ nō obligant principem, aut alios. ergo lex à principe condita licet ostensiuā uim hēat, quia debeat ipse se hēre, nō tñ obligat eum, quia coactiuam uim super eum non hēt. Et augetur dubium ex rōne in litera assignata de vi coactiua legis, arguendo sic. Lex non hēt uim directiuam, nisi ex principis ptāte ergo ſcđm uim directiuam non obligat principem. Assumptum patet: quia seclusa ptāte principis, lex non est lex, nisi æquiuoce, ut leges Platonis, q̄ monstrant tm̄. Cōsequētia est nota, quia nullus à ppria ptāte obligatur, sicut nec cogitur, ut in litera dē. Et confirmatur, quia asserenda est cā obligatiua principis ad obseruantiam suę legis Deus immediate nō est, quia nullū est ibi opus Dei immediate, ut patet. Cōmunitas multitudinis nō est, quia subiecta ē principi, ut supponit de tal. n. principe est sermo, uel saltem de lege propria principis, q̄ non fit a multitudine. Voluntas propria nō pacto, non voto, non [illegible], & breuiter non contractu, aut uinculo quocunque interueniēte est. ergo &c. [illegible] hmōi hoc, quia non est minus libera [illegible] uolūtas princ[illegible] ex hoc, ꝙ præcepit subditis, quam si nō præcepisset eidem. Sed lex nih[illegible] al[illegible]ud est q̄ pcep[illegible] [illegible] quī est effectus ptāti gube[illegible], quę est princi[illegible] [illegible] di aliud in [illegible] aliud, ut pa[illegible] to & non [illegible] ficot[illegible] ergo.

¶ Ad hoc [illegible] to d[illegible] quanto lta [illegible] authoritate doctrinam de[illegible] dicitur, ꝙ cum princeps non [illegible] legi, nisi quoad [illegible], quod idem est quod subiici [illegible] conscientiæ, ex eodē hēt vim lex obligādi principem, unde habet uim obligandi in foro conscientiæ. Vt autem in articulo quarto dictum est, lex hēt uim obligatiuam in foro cōscientiæ ab æterna lege, à qua deriuatur. oportet igitur ut lex hēat vim obligatiuā principis ab æterna lege. Et quead modū lex humana non deriuat ab æterna immediate, sed mediante lege naturæ, ita hēt mediante illa uim obligatiuam in foro conscientiæ. Est nanq; de iure naturæ, ut ꝙ tibi nō vis fieri, alteri ne feceris: & cōsequenter, ut ius qđ [illegible] non vis [illegible] nō statuat: ac per hoc cum qui alteri legē ponit, & non sibi, naturæ ius violat. sicut etiam subditus inobediens principis legi, naturæ ius, dictans quod iustis ad commune bonum ab habente potestatem statuis parendum est, uiolat, ab æterna lege uim humanæ legi tribuens. Et hanc rationem quoad primam eius partē author in litera sub authoritate canonis induxit ex hac autem radice, quòd scilicet lex humana est obligatiua in foro conscientiæ, & principis, & subditorum ex lege æterna mediante natura prouenit, quod cum in lege sint duæ uites, scilicet directiua, & coactiua, & inter eas sit habita superius ex artic.

511. Porrectā per totum.

19. q. 2. c. duæ suas à med. illius.

In dig. ne ier[illegible] [illegible] lege 3.

Q. 90. c. 2.

cundo, ꝙ hēt uim coactiuā. Dupliciter ergo aliquis homo pōt esse legi subiectus. Vno modo, sicut regulatū regulæ: & ͫ hoc mō oēs illi, qui subdunt̃ ptāti, subduntur legi, quā fert ptás. ͤ Quòd aūt aliquis ptāti nō subdatur, pt contingere dupliciter. B Vno modo, quia est simpliciter absolutus ab eius subiectione. vñ illi, qui sunt de una ciuitate, uel regno, nō subduntur legib. principis alterius ciuitatis, uel regni, sicut nec eius dño. Alio modo, ſm quod regitur superiori lege, puta, si aliquis subiectus sit proconsuli, regulari debet eius mādato, non tñ in his, quæ dispensantur ei ab imperatore: quantum.n. ad illa non astringit C mandato inferioris, cū superiori mandato dirigatur. & ſm hoc contingit, ꝙ aliquis simpliciter subiectus legi ſm aliqua legi nō astringit̃, ſm q̄ regit̃ superiori lege. Alio uero mō dr̃ aliquis subiectus legi, sicut coactū cogēti: & hoc mō hoīes uirtuosi, & iusti nō subdunt̃ legi, sed soli mali. Qd̄.n. est coactū & violentū, est ꝯrium volūtati. uoluntas aūt bonorum consonat legi, à qua malorū volūtas discordat: & ideo ͫ ſm hoc boni non sunt sub lege, sed solum mali. ͤ

B Ad primvm ergo dicendū, ꝙ rō illa ꝓcedit de subiectione, q̄ est p modū coactionis. Sic.n. iusto nō est lex posita: q̄a ipsi sibi sunt lex, dū ostēdunt opus legis scriptū in cordib. suis, sicut Apostolus ad Rom. 2. dicit. vnde in eos non habet lex uim coactiuam, sicut habet in iniustos.

Ad 2 ͫ dicēdū, ꝙ lex Spiritus sc̄ti est superior oī lege humanitus posita. & iō viri spirituales C ſm hoc, ꝙ lege Spiritus sc̄ti ducunt̃, nō subduntur legi quantū ad ea, q̄ repugnāt ductioni Spiritus sancti: sed tñ hoc ipsum est de ductu Spiritus sancti, ꝙ homines spirituales legibus humanis subdantur, secundum illud 1. Pet. 2. Subiecti estote oī humanæ creaturæ pp Deum.

quæst. 92. dr̃a talis, ꝙ eius directiua respicit ipsos actus licitos, A uel illicitos, aut indifferentes: coactiua aūt pœnam inductiuam ad obseruantiam legis. Prouenit, inquam, primo, ꝙ vis obligatiua humanæ legis in foro cōscientiæ ad uim directiuam legis, impositiua aūt pœnæ ad uim coactiuam legis spectat. Prouenit secundo, quod licet utraq; eis directiua scilicet, & coactiua, super ptāte principis fundetur: quia neutra uis in suo robore est, nisi ab habente ptātem. Differunt tñ multum quoad actū Cōclusionis pars. quia uis coactiua actum suum, qui est cogere ac punire inuitum, non pōt exercere nisi sola potestate principis. Nemo .n. pōt aliquem punire inuitum, nisi principis authoritate. vis aūt directiua actum suum, qui est dirigere, exercet ex æterna legis authoritate, ex quo semel ab humana ptāte lex est condita. Et quia frustra est potentia, quæ non est reducibilis ad actum: iō uis coactiua legis humanæ non extendit se ad eū, respectu cuius non est reducibilis ad actum: ac per hoc nō extendit se ad principem, qui non potest à sua ptāte cogi, ut multa dr̃. sed ad alios: qui, etsi non puniātur, puniri tñ pñt à principis ptāte inuiti. Vis aūt directiua eiusdem extendit se ad oēs, principes, s. & subditos, q̄a actus eius respectu oīum exercetur. dirigitur enim quis à seipso & ab alio. Et rursus non est amplius in potestate principis opus ad actum directiuus, ex quo condita est lex, sed authori- D tate æternæ legis humana lex actum directionis exercet.

¶ Ex his aūt facile patet solutio obiectorum. Ad primum si quidem dr̃ ꝙ nulla repugnantia est dictorum: quia altera est uis obligatiua legis humanæ in foro cōscientiæ, seu quoad Deum: & altera uis coactiua eiusdem, qua homo hominem puniendo iudicat. & ꝙ prima habet locum in principe, non secunda: quia hominem non habet supra se, ut in litera dicitur. Et ex hoc prouenit, ꝙ Papa nulla iuris humani pœna ligatur, quantumcunque contra leges faciat. Ad cōfirmationem, seu declarationem di, ꝙ leges scriptæ a sapientibus non habentibus curam communitatis non solum carent ui coactiua, sed etiam directiua: habent enim solum uim ostensiuam, ut ex dictis patet. Ad augmentum dubii dicitur, ꝙ uis directiua legis humanæ potest sumi uel quoad substantiam, uel quoad operationem. Et secundum substantiam, non est nisi in potestate principis, sicut uis coactiua: secundum uero operationē, falsum est, ꝙ non est nisi E à potestate principis: quoniam, ut ostensum fuit, ex quo lex cōdita est à potestate principis, uis directiua dirigitur obligando in conscientiæ foro authoritate legis æternæ absque quacunque operatione potestatis principis, quod nō accidit in ui coactiua quoad eius operationem, ut ex dictis patet. Di secundo, ꝙ esse à sola potestate principis, licet sit ratio, ꝙ uis coactiua nō se extendit ad principem, non tñ est ratio, ꝙ uis directiua non se extendat ad eundem: quia nemo cogitur a seipso, sed dirigitur, & obligatur à seipso. Prima responsio negat assumptum quoad actum. secunda sequelam. Ad confirmationem petentem causam obligatiuam principis ad obseruantiam propriæ legis, dicitur, quod est causa duplex, idest, propria uoluntas, & lex æterna. Propria autem uoluntas non quæ eligit obligationem subire, uel contractu aliquo, sed quæ eligit legem promulgare. Ex hoc nanque ipso, ꝙ uoluntarie legem promulgat vult ordinationem illam habere uim legis: & quia ordinationem aliquā obtinere uim legis est sortiri ab æterna lege uim directiuā in foro conscientiæ, cui & princeps subijcitur: iō ex propria uoluntate principis, & ex æterna lege uim obligatiuā principis in foro conscientiæ lex humana hēt, quāuis diuersimode, quia ab æterna lege sicut à cā, à qua est uis obligatiua huiusmōi: à uoluntate uero principis sicut à determinante cām uniuersalem ad effectum specialem, sicut in naturalibus causa uniuersalis, puta, Saturnus respectu rerum fixarum, determinat ad spālem effectum, puta, ossa, à semine talis producentis animal hēns ossa. Sicut.n. producere tale animal sub Saturno, est determinare ipsum ad ossa producenda in illo: ita constituere legem sub Deo, est determinare Deum ad cōmunicādam uim obligatiuā in foro cōscientiæ legi. & sicut ossa reducunt̃ in Saturnum, ut cām, ita uis ista obligatiua in legē æternam. Cōclusionis pars. Et per hoc patet rñsio tam ad id, qd̄ dr̃, ꝙ Deus nihil hic agit immediate, non.n. oportet hoc dicere, sed sufficit qd̄ dictū est, quàm ad id, qd̄ dr̃ de uoluntate principis. Patet .n. ꝙ ex suppositione ꝙ legē uoluerit, obligatus remanet, & nō minus liber quo ad uelle, & nolle: sed quoad bene, uel male, uelle id, qd̄ lege positū est. Aduertendū tñ est hic, ꝙ sunt leges duplices, quædā de cōibus toti multitudini, q̄dā de ꝓpriis aliquorum actibus, puta, de militib. Cum dr̃ ꝙ princeps subijcitur legi, non intelligitur lege speciali, puta, mi- D litum, nisi ipse sit miles: sed intelligitur de lege cōi. Rursus cum princeps subijcitur legi, intelligitur subijci proportionaliter, ut decet principem, & non sicut alios subditos, ut ex dictis manifestum est. In calce eiusdem responsionis ad tertium, dubium & difficile occurrit, quo stant illa simul, ꝙ princeps pōt legem tollere, mutare, & in ea dispensare: & quod ipse in foro cōsciētiæ subdatur legi, ut determinatum est. Si.n. pōt legem tollere, tollet eam à se, & sic faciet quod non habeat uim legis respectu sui: ac per hoc absque scrupulo conscientiæ non seruabit eam, utpote non obligatus. Et confirmatur hoc, quia non deterioris conditionis est ipse quam aliquis subditus: sed princeps potest eximere unum subditum à lege communi, qui apud Deum non erit reus uiolatæ legis, de cætero non seruans eam. ergo potest eximere seipsum: & si hoc potest, sua obligatio ad legem stat in uoluntate sua sola, & non est ex lege æterna, ut ex uera causa, cuius oppositum conclusum est.

E ¶ Ad hoc dubium p̄mittenda sunt aliqua certa accepta ab omnibus: deinde singuli modi dicendi. Certum, & confessum ab omnibus est, ꝙ princeps potest secum dispensare sicut cum aliis proprie loquendo de dispensatione: & ꝙ potest qñ, & quantum expediens fuerit eximere aliquem subditum, & seipsum à lege, & ꝙ potest legem mutare, siue aliam condendo loco eius, siue totaliter tollendo. Et nihil horum contradicit determinationi factæ, scilicet ꝙ princeps subijcitur legi in foro conscientiæ. Subijcitur namque ut princeps potestatem habens præcepta faciendi: hæc sunt confessa communiter. Sed de mota dubitatione triplex est opinio. Prima est, ꝙ princeps licet subiiciatur legi humanæ, simpliciter, & absolute habenti uim legis, nō subditur tamen legi habenti uim legis cum exceptione suæ personæ. Et sicut princeps a principio constituendo legem, potuisset excipere principem: ita post legem conditam, potest se excipere, sicut, & aliquem alium subditum, & sic si princeps non tollit à se legem, obligatur: si autem tollit, non obligatus. Sed contra istam opinionem est, quia si princeps potest se

eximere à lege, obligatio sua ad legem est ridiculosa. posset nãque eximendo se, dicenti, Patere legem quã ipse tuleris: & quare alligas onera grauia in humeros hoīum, & digito tuo non moues ea? rñdere cum bona cõsciencia: quia exemi me ipsum, quod est ridiculum. Alia opinio est, q quandiu lex nõ est totaliter sublata, princeps obligatur. Et licet possit secũ dispensare, & tollere eam totaliter, non põt eam tollere quoad libitum. vñ si vult se absoluere à vinculo legis, tollat eam absolute alioquin illi subiacet. Et fundatur hęc opinio super hoc: quia aliter obligatio pricipis ad obseruantiã legis esset ridiculosa. Cõtra hanc aũt opinionem est, quia princeps põt ẽt sine cã, quia sibi placet, eximere vnũ subditũ à cõi lege. ergo põt seipsum eximere, cũ non sit deterioris condõnis, quàm suus subditus. Inter has aũt extremas opiniones, media occurrit opinio, q̃ sola uera est, s. q princeps põt ad libitum se, & subditũ aliquem eximere à lege cõi iam promulgata, sic q exemptus nõ sit reus uiolati præcepti legis non seruando illam, non tñ põt eximere sic, ut ipse eximẽs, & exẽptus ad libitum nõ sit reus uiolati iuris naturæ, quo quælibet pars consonare dẽt suo toti, & præcipue caput. Hæc opinio duo dicit, ut patet. Et in primo conuenit cũ prima opinione, & discrepat à secunda. in secundo aũt conuenit cum secunda aliqualiter, & discrepat à prima. Et si bene consideretur opinio hæc, apparebit q saluat utrunq; q̃d mentib. humanis impressum vĩ, s. & q princeps male facit eximendo se, uel aliũ ad libitum à lege: & q nihilominus exemptus, non est reus fractę legis. Si n. Papa licenter se, uel alium, quia placet, ad non dicendum horas canonicas, uel carnes comedendum in Quadragesima: licentiatus malefacit non dicendo horas, aut carnes comedendo, quia turpis est pars, quæ non consonat suo toti ex naturæ iure, quod violatur à subdito, & multo magis à capite, cui etiam à diuino iure improperatur, Dicis, & non facis: alligas onus graue, &c. Matthæi vigesimotertio. & nihilominus licet peccet sic licentiatus, non tamen est reus violati pcepti de horis canonicis dicendis, aut de carnib. non comedendis. Fundatur hæc opinio quoad primam partem, super ptãte principis, qua põt tollere legem. & simpliciter, & quoad aliquem, ut quotidiana experientia testatur in priuilegiis carmelitorum hos, uel illos à solutione decimarum, in quib. ẽt si nulla cã exprimatur, sed solo motu principis fiant, robur non deest. Quoad secundam uero partem super naturali iure, quo turpis est ois pars, quæ nõ con- F sonat suo toti: & quo in moralib. magis mouẽt exempla, quàm uerba: & princeps non solum ut præsit, sed prosit, creatur, & aliis hoĩbus, quæ naturalis ratio dictat. Et secdm hanc opinionem nihil est ridiculum, oĩa consonant, oẽs obiectiones soluuntur, obseruantiarum, & reprehensionum ratio redditur. unde hæc snĩa vera i medio posita amplectenda est.

In decretali. lib. 1. tit. 2. cap. Cum omnes à medi.

913. Porrecta per totum. Inf. q. 97. ar. 3. ad 1. Et 2. 2. q. 60. a. 5. ad 2. & 3. & q. 147. ar. 4. cor. Et 3. dist. 33. q. 3. ar. 4. q. 5. cor. et ad 5. et di. 37. ar. 4 cor. fin. Et 4. di. 15 q 3. ar. 2. q. 1. et 4. cor. Ca. 31. nõ longe a fi. tom. 1.

AD 3^m^ dicẽdum, q princeps dr̃ esse solutus à lege quantum ad vim coactiuam legis: nullus .n. proprie cogitur à seipso. lex aũt non hẽt vim coactiuã, nisi ex principis ptãte. Sic igĩ princeps dr̃ esse solutus à lege, quia nullus in ipsum põt iudicium cõdemnationis ferre, si contra legẽ agat. unde super illud Psal. 50. Tibi soli peccaui &c. dicit gl. q rex non habet hominem, qui sua facta dijudicet: sed quãtum ad uim directiuam legis, princeps subditur legi propria uoluntate, s̃m quod * dr̃ extra de constitutionibus, Cap. Cum omnes. Quod quisquis iuris in alterum statuit, ipse eodem iure uti debet, & Sapientis dicit authoritas: Patere legẽ, quam ipse tuleris. Improperatur etiam his à Domino, qui dicũt, & non faciunt: & qui aliis onera grauia imponunt, & ipsi nec digito uolunt ea mouere, ut dicitur Matth. 23. Vnde quantum ad Dei iudicium, princeps non est solutus à lege quantum ad vim directiuã eius: sed dẽt voluntarius, non coactus legem implere. Est ẽt princeps supra legem, in quantum si expediens fuerit, põt legem mutare, & in ea dispensare pro loco, & tempore.

ARTICVLVS VI.

Vtrum ei, qui subditur legi, liceat præter uerba legis agere.

AD SEXTVM sic proceditur. Videtur quòd nõ liceat ei, qui subditur legi, præter uerba legis agere. Dicit enim Aug. in lib. de uera religione. * In temporalibus legibus quàmuis homines iudicent de his cum eas instituunt, tñ qñ sunt institutæ, & firmatæ, [b] non licebit de ipsis iudicare, sed secundum ipsas sed si aliquis prætermittat uerba legis, dicens se intentionem legislatoris seruare, uidetur iudicare de lege. ergo non licet ei, qui subditur legi, ut prætermittat uerba legis, ut intentionem legislatoris seruet. G

¶ 2 Præt. Ad eum solum pertinet leges [h] interpretari, cuius est condere leges: sed omnium subditorum legi non est leges condere. ergo eorum non est interpretari legislatoris intentionem, sed semper secundum uerba legis agere debent.

H ¶ 3 Præt. Omnis sapiens intentionẽ suam [h] verbis nouit explicare: sed illi, qui leges condiderunt, reputati dẽnt sapientes. Dicit .n. Sapientia Prouer. 8. Per me reges regnaut, & legũ conditores iusta decernunt. ergo de intentione legislatoris nõ est iudicandum, nisi per uerba legis.

SED CONTRA est, q Hilarius dicit in 4. de Trin. * Intelligentia dictorum ex causis est assumenda dicendi: quia nõ sermoni res, I sed rei debet esse sermo subiectus. ergo magis est attendendum ad causam, quæ mouit legislatorẽ, q̃ ad ipsa uerba legis.

RESPON. dicendum, q sicut supra dictum est, * Omnis lex ordinatur ad communem hominum salutem, & in tantum obtinet uim, & rationẽ legis: secundum uero quod ab hoc deficit, virtutẽ obligandi non hẽt. Vnde Iurisperitus dicit, * q̃d nulla

SVPER QV. XCVI. ART. VI.

Medina ar. 6.

IN art. 6. eiusdem 96. q. nota q quadrupliciter occurrere potest casus agendi cõtra legis uerba, pro seruanda eius intentione. Primo, ambiguus, & impatiens moræ, & tunc seruanda sũt uerba legis, ut dr̃ in rñsione ad secũdum. Secundo, ambiguus, & sustinens moram, & tunc consulẽdus est superior, qui pp huiõi casus hẽt authoritatem interpretandi legẽ: & hoc intendit lra in corpore articuli. Tertio, manifestus, & impatiẽs moræ, & tunc cõstat, q dẽt nõ seruare uerba legis, sed intentionẽ. Quartus, manifestus, sed sustinẽs morã, & tunc ducere gnome, & epieichia sine superioris cõsultatione ptermittunt verba legis, & seruatur intentio eius: quia in manifestis nõ ẽ opus interpretatione, quæ spectat ad superiorẽ, sed executione, ut in Secunda secundæ q. de epieichia author dicit. Q̃d ergo in lra di, q extra subitũ periculũ, non pertinet ad quemlibet interpretari, s. ubi dubio est sermo. Interpretatione n. non est opus in manifestis. Circa medium illius, & li. 12. Q. 9e. art. 2.

¶ Sed hĩc insurgit q̃ō Quo pacto saluat distinctio facta in corpore articuli, inter casum non necessitatis habentis dispensationem annexam, & casum non necessitatis. q recurrendum est K ad interpretationem superioris. Si nanque de ambiguis casib. est sermo, contradicit dictis ex responsione ad secundum, scilicet, q secundum uerba agendum est in necessitatis casu ambiguo. Si de manifestis, contradicis dictis ex Secunda secundæ, quòd in manifestis extra casum necessitatis, non est opus interpretatione, sed virtus epieicheia sufficit. Si in primo membro de ambiguis, & in secundo de manifestis est sermo, distinctio est inuolis, & extra artem, tacens principale in differentia, scilicet esse manifestum, uel ambiguum. Verum quæstio hæc eius soluetur, si uiderimus, quòd in ambiguis datur latitudo. Nam quædam sic occurrunt ambigua, ut in sua ambiguitate remaneant. Quædam uero sic sunt ambigua, ut rationabile sit, quòd si legislator adesset, hanc proculdubio partem determinaret nunc, hic, seruandam. Sermo ergo hic est de ambiguis, & de eis uniuersaliter docet, quòd interpretatio

In dig. ueteri li. 1. ti. 3. lege 24.

Interpretatio spectat ad superiores, quando potest ad eos recurri: quãdo uero nõ potest recurri, si sunt ambigua secũdo modo, necessitas habet dispensationem annexam. si uero sunt ambigua primo modo, tunc secundum uerba legis agendum est. Et q mente authoris sit ista, patet ex hoc q dicit, scilicet, quòd necessitas habet dispensationẽ annexam. constat n. q dispensatio ex interpretatione legis procedit. Interpretatio autem locum non habet in manifestis. de ambiguis igitur secundo modo intẽdit. ¶ In responsione ad tertium collige causas, quare leges humanæ sunt secundum id, quod ut in pluribus agendum est, & non dearticulantur omnia in omni euẽtu. Prima est ex defectu humani ingenii: secunda est ex parte confusionis uitandæ: tertia, quæ in litera tacetur, ponitur tamen 5. Eth. esse ex uariabilitate rerum, de quibus fit lex humana, & hæc uariabilitas materiæ inculpabilem reddit humanum intellectum in statuendo leges ut in pluribus.

A rõ iuris, aut æquitatis benignitas patitur, ut quæ salubriter p salute hominũ introducuntur, ea nos duriori interpretatione ꝯtra ipsorum commodũ perducamus ad seueritatẽ. Contingit autem multotiens, q aliquid obseruari, cõi saluti est utile, ut in pluribus, quod tamen in aliquib. casibus est maxime nociuũ. Quia igitur legislator non potest omnes singulares casus intueri proponit legem secundum ea quæ i B pluribus accidunt, ferens intentionem suam ad communẽ utilitatem. unde si^m emergat casus, in quo obseruatio talis legis sit dãnosa communi saluti, non est obseruanda: sicut si in ciuitate obsessa statuatur lex, q portæ ciuitatis maneant clausę, hoc est utile communi saluti, ut in pluribus. Si tamen contingat casus, quòd hostes insequãtur aliquos ciues, per quos ciuitas conseruatur, dã C nosissimum esset ciuitati, nisi eis portæ aperirentur: & ideo in tali casu essent portæ aperiendæ contra uerba legis, ut seruaretur utilitas communis, quam legislator intendit. Sed tamen hoc est considerandum, quòd si obseruatio legis secundum uerba non habeat subitum periculum, cui oporteat statim occurri, nõ pertinet ad quemlibet ut interpretetur quid sit utile ciuitati, & quid D inutile ciuitati, sed hoc solũ pertinet ad principes, qui propter huiusmodi casus habent autoritatem in legibus dispẽsandi. Si uero sit subitum periculũ, non patiens tantam moram, ut ad superiorem recurri possit, ipsa necessitas non subditur legi.

Ad primum ergo dicendũ, q ille qui in casu necessitatis agit præter uerba legis, non iudicat de ipsa lege, sed iudicat de casu singulari, in quo uidet uerba legis obseruanda non esse.

Ad 2^m. dicendum, q ille qui sequitur intentionem legislatoris, non interpretatur legem simpliciter, sed in casu, in quo manifestum est per euiden- E tiam nocumenti, legislatorem aliud intendisse. Si enim dubium sit, debet uel secundum uerba legis agere, uel superiorem consulere.

Ad 3^m. dicẽdũ, q nullius hominis sapientia tanta est, ut possit omnes singulares casus excogitare: & ideo non potest sufficienter per uerba sua exprimere ea, quę conueniunt ad finem intentum. Et si posset legislator omnes casus considerare, non oporteret, ut omnes exprimeret propter confusionem uitãdam: sed legem ferre deberet secundum ea, quæ in pluribus accidunt.

QVAESTIO XCVII.

De mutatione legum, in quatuor articulos diuisa.

Deinde considerandum est de mutatione legum. Et circa hoc quæruntur quatuor.

¶ Primo, Vtrum lex humana sit mutabilis.

¶ Secũdo, Vtrũ sẽp debeat mutari, qñ aliqd meli⁹ occurrerit.

¶ Tertio, Vtrum per ꝯsuetudinẽ aboleatur: & utrum consuetudo obtineat uim legis.

¶ Quarto, Vtrũ usus legis humanæ p dispensationem rectorũ immutari debeat.

¶ SV. QVÆ. XCVII. ART. I.

Medina ar. 1.

In artic. primo & 2. nõ occurrit aliud scribendum, quàm q optime notentur causæ mutationis legum, ut & quando oportet, mutentur: & qñ nõ oportet resistẽtia fiat mutationi. Necessitas, uel utilitas pensanda est non ad præsens tantum tempus, sed perpetuum, seu diuturnum, pro quo lex fit.

ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrum lex humana debeat mutari aliquo modo.

Ad primum sic proceditur. Videtur q lex humana nullo modo debeat mutari. Lex enim humana^b deriuatur à lege naturali, ut supra dictum est: sed lex naturalis immobilis permanet. ergo & lex humana debet immobilis permanere.

¶ 2 Præt. Sicut Philosophus dicit in 5. Ethic. † Men- C sura maxime debet esse^h permanens: sed lex humana est mensura humanorũ actuum, ut supra dictum est. ergo debet immobiliter permanere.

¶ 3 Præ. De rõne legis est q sit iuxta, & recta, ut s. dictũ ẽ: sed illud qđ semel ẽ rectũ, semp est rectũ. ergo illud, quod est semel lex semp debet esse lex.

Sed contra est, quod Aug. dicit in 1. de li. arb. Lex temporalis quàmuis iuxta sit, commutari tamen per tempora iuste potest.

Repon. Dicendũ, q sicut supra dictum est, Lex humana est quoddã dictamen rationis, quo dirigũtur humani actus, & secundum hoc^m duplex cã pt D esse, q lex humana iuste mutetur. Vna quidem ex parte rõnis: alia uero ex parte hominũ, quorũ act⁹ lege regulantur. Ex parte quidem rationis: quia humanæ rationi naturale esse uidetur, ut gradatim ab imperfecto ad perfectum perueniat. Vnde uidem⁹ in scientiis speculatiuis, quod qui primo philosophati sunt, quædam imperfecta tradiderunt, quæ postmodum per posteriores sunt tradita magis pfecte: ita etiam, & in operabilibus. Nam primi qui intenderunt inuenire aliquid utile communitati hominum, non ualentes omnia ex seipsis considerare, instituerunt quędã imperfecta in multis deficiẽtia, E quæ posteriores mutauerunt, instituentes aliqua, q̃ in paucioribus deficere possunt a cõmuni utilitate. Ex parte uero hominũ, quorũ actus lege regulant̃, lex recte mutari potest propter mutationẽ cõditionum hominum, quibus secundum diuersas eorum conditiones diuersa expediũt: sicut Aug. ponit exẽplũ in 1. de li. arb. Quòd si populus sit bene moderatus & grauis, cõmunisq. utilitatis diligentissimus custos, recte lex fertur, qua tali populo liceat creare sibi magistratus, p quos respublica administret̃. Porro si paulatim idẽ populus deprauatus habeat uenale suffragiũ, & regimen flagitiosis sceleratisq; cõmittat, recte adimit̃ populo tali potestas dandi

514 *Porrecta per totum.* Sup q. 96 ar. 5 ad 3 & ar. 6. p to. Et int. q. 104. ar. 5. ad. 2. q. 95. a. 2. Li. 5. Eth. c. 5. to. 5. q. 90. a. 1 & 95. ar. 4 Q. 95. a. 2. C. 6. circa med. præcipue to. 1. Q. 90. ar. 1. & q. 91. ar. 3. *Concl. m.* Ca. 6. paulo a princ. tom. 1.

honores, & ad paucorum bonorum redit arbitriū. F

Ad primvm ergo dicēdū, q naturalis lex est participatio quædā legis æternę, ut supra dictū est:* & ideo immobilis perseuerat, qđ hēt ex immobilitate & perfectione diuinæ rationis instituentis naturam: sed rō humana mutabilis est, & imperfecta, & iō eius lex mutabilis est. Et præterea lex naturalis continet quædā uniuersalia præcepta, q̄ semp manēt: lex uero posita ab homine cōtinet pcepta qdā particularia secundū diuersos casus qui emergunt.

Q. 93. ar. 5

Ad 2m dicendū, q mēsura dēt esse pmanens quātū est possibile: sed in rebus mutabilibus non pt esse aliquid omnino immutabiliter permanens: & ideo lex humana non potest esse omnino immutabilis. G

Ad 3m dicēdū, q rectū in reb. corporalib. dr absolute, & iō semp quātū est de se manet rectū: sed rectitudo legis dr in ordine ad utilitatē cōem, cui non semp proportionatur una eadēq; res, sicut supra dictum est:* & ideo talis rectitudo mutatur.

in cor. ar.

ARTICVLVS II.

Vtrum lex humana semper sit mutanda, quando occurrit aliquid melius.

Medina ar. 3.

¶ 1. Porrecta per totum.

Ad secvndvm sic pcedit. Vr q semp lex humana, quando aliquid melius occurrit, sit mutanda. Leges enim humanæ sunt adinuētæ p rōnē humanā, sicut ēt alię artes: sed in aliis artibus mutatr id, quod prius tenebatur, si aliqd melius occurrat. ergo idem est etiam faciēdum in legibus humanis. H

¶ 2 Præt. Ex his quæ præterita sunt, puidere possumus de futuris: sed nisi leges humanæ mutatæ fuissent superuenientibus melioribus adinuentionib' multa inconuenientia sequerentur, eo q leges antiquæ inueniuntur multas ruditates continere. ergo uidetur, q leges sint mutādæ, quotiescunq; aliquid melius occurrit statuendum.

¶ 3 Præt. Leges humanę circa act' singulares hominum statuuntur: in singularibus autem perfectam cognitionem adipisci non possumus, nisi per experientiā, quæ tempore indiget, ut dicitur in 2. Eth.* ergo uidetur, quòd per successionem temporis possit aliquid melius occurrere statuendum. I

In princi. lib. 10. 5.

Sed contra est, qđ dr in Decretis dist. 12. Ridiculū ē, & satis abominabile dedec', ut traditiones, quas antiqt' a patrib' suscepim', ifringi patiamur.

Cap. rediculum est

Respon. Dicendū, q sicut dictū est* q lex humana intantū recte mutatur, inquantū per eius mutationem cōi utilitati prouidetur. Habet autem ipsa legis mutatio quantum in se est, detrimentū quoddā cōis salutis, quia ad obseruantiā legum plurimū ualet cōsuetudo, in tantū q ea quæ contra communem consuetudinem fiunt, ēt si sint leuiora de se, grauiora uidentur. vñ quando mutatur lex diminuitur uis constrictiua legis inquantum tollitur cōsuetudo: & iō nunquā habet mutari lex humana, nisi ex aliqua parte tantum recompensetur cōmuni saluti, quātū ex ista parte derogatur. Quod quidē ɔtingit uel ex hoc, q aliqua maxima & euidētissima utilitas ex nouo statuto prouenit: ex eo, quod est maxima necessitas, ex eo q lex consueta, aut manifestā iniquitatē cōtinet, aut eius obseruatio est plurimū nociua. unde dicitur à Iurisperito, q in rebus nouis constituendis, euidēs debet esse utilitas, ut recte recedatur ab eo iure, quod diu æquū uisum est. K

Ar. præce.

Con. m.

Ad primvm ergo dicendum, q ea quæ sunt artis, hñt efficaciā ex sola rōne: & iō ubicūq; melioratio occurrit, est mutādū qđ pri' tenebatr: sed leges hñt maximā uirtutē ex consuetudine, ut Philosophus dicit in 2. Poli.* & ideo nō sunt de facili mutandæ.

C. 6 pari ante fi. 4

Ad 2m dicendum, q ratio illa cōcludit, q leges sunt mutādæ, non tamen pro quacunq; melioratione, sed p magna utilitate, uel necessitate, ut dictū est.* & similiter dicendum est ad 3m.

in cor. ar.

ARTICVLVS III.

Vtrum consuetudo possit obtinere uim legis.

Ad tertivm sic proceditur. Videtur q consuetudo non possit obtinere uim legis, nec legem amouere. Lex enim humana deriuatr à lege naturæ & à lege diuina, ut ex sdictis patet* sed consuetudo hominum non pōt mutare legem naturæ, nec legē diuinam. ergo etiam nec legem humanam immutare potest.

¶ 2 Prǽt. Ex multis malis non pt fieri unum bonum: sed ille, qui incipit primo contra legem agere male facit. ergo multiplicatis similibus actibus non efficietur aliquod bonum: lex autē est quoddam bonum cum sit regula humanorum actuum. ergo per consuetudinem nō potest remoueri lex, ut ipsa consuetudo uim legis obtineat.

¶ 3 Præt. Ferre leges pertinet ad publicas personas ad quas pertinet regere communitatem, unde priuatæ personæ legē facere non possunt: sed consuetudo inualescit p actus priuatarum personarum. ergo consuetudo non potest obtinere uim legis, per quam lex remoueatur.

Sed contra est, qđ Aug. dicit in epistola ad Casulanum: Mos populi Dei, & instituta maiorū p lege sunt tenenda: & sicut præuaricatores legum diuinarum, ita & contemptores consuetudinum ecclesiasticorum coercendi sunt.

Circa prin. illius, & 6 epistol. Sc. tom. 2.

Lib. 1. c. 1. parum à medio, tit. de l. Fu tio Bibaculo.

Concl.

Ad primum ergo dicēdū, ꝗ humani actus se extendunt etiam ad cultum diuinum: & ideo etiā de his continet præcepta lex uetus hominibus data.

Ad II. dicēdū, ꝗ sicut sup. dictū est,* præcepta legis naturæ cõia sunt, & indigent determinatione. Determinantur aūt, & per legem humanam, & ꝑ legē diuinā. Et sicut ipsæ determinationes, quæ fiunt ꝑ legem humanam, non dñr esse de lege naturæ, sed de iure positiuo: ita ipsæ determinationes præceptorū legis naturæ, q fiunt per legem diuinā, distinguunt a pręceptis moralib. quę ꝑtinēt ad legem naturæ. Colere ergo Deū, cum sit actus uirtutis, pertinet ad pręceptum morale: sed determinatio huius præcepti, ut s. colatur talib. hostiis, & talibus muneribus, hoc pertinet ad præcepta cæremonialia: & ideo pręcepta cęremonialia distinguuntur a præceptis moralibus.

q.94.ar.4

Ad III. dicendū, ꝗ sicut Dion. dicit 1. c. cæl. hier. Diuina hominib. manifestari nõ pōt, nisi sub aliquib. similitudinibus sensibilibus ipsæ aūt similitudines magis mouēt animū, qñ non solū uerbo exprimūtur, sed ēt sensui offerunť: & iō diuina traduntur in scripturis nõ solum per similitudines uerbo expssas, sicut patet in metaphoricis locutionib. sed ēt per similitudines rerum, quę uisui proponuntur, quod pertinet ad pręcepta cæremonialia.

Ca. 1 post med. illius.

Articvlvs IIII.

Vtrum præter præcepta moralia, & cæremonialia, sint etiam præcepta iudicialia.

Ad qvartvm sic ꝓcedit. Vr ꝗ præter ꝑcepta moralia, & cæremonialia non sint aliqua pręcepta iudicialia in ueteri lege. Dicit. n. Augu. contra Faustum, ꝗ in lege ueteri sunt pręcepta uitę agendę, & ꝑcepta uitę significandę: sed pręcepta uitę agēdę sunt moralia, pręcepta aūt uitę significādę sunt cæremonialia. ergo ꝑter hæc duo gña pręceptorū non sunt ponē da in lege alia ꝑcepta iudicialia.

¶ 2 Præt. Sup illud psal. 118. A iudicus tuis nõ declinaui, dicit gl. † idest, ab his, quę cōstituisti regulam uiuendi: sed regula uiuēdi pertinet ad præcepta moralia. ergo pręcepta iudicialia nõ sunt distinguenda a moralibus.

¶ 3 Præt. Iudicium uidetur esse actus iustitiæ, secundum illud ps. 93. Quoadusque iustitia conuertatur in iudiciū: sed actus iustitię, sicut, & actus cæterarum uirtutum, pertinet ad pręcepta moralia. ergo præcepta moralia includunt in se iudicialia, & sic non debent ab eis distingui.

Sed contra est, quod dr Deut. 6. Hęc sunt pręcepta, & cęremonię, atq; iudicia: pręcepta autem antonomasice dicunť moralia. ergo pręter ꝑcepta moralia & cęremonialia, sunt etiam iudicialia.

Resp. Dicendum, ꝗ sicut dictum est, ad legem diuinam pertinet, ut ordinet homines adinuicem, & ad Deum. utrunque autem horum in communi quidem pertinet ad dictamen legis naturę, ad quod referuntur moralia pręcepta: sed oportet quòd determinetur utrunque per legem diuinam, uel humanā: quia principia naturaliter nota, sunt communia tam in speculatiuis, quàm in actiuis. Sicut igitur determinatio communis pręcepti de cultu diuino fit per pręcepta cæremonialia, sic & determinatio communis præcepti de iustitia obseruanda inter homines, determinatur per præcepta iudicialia: & secundum hoc oportet tria præce-

Ar. 2. & 3.

Concl.

SVP. QV. XCIX. ART. IIII. ET V.

Medina ar. 4.

In 4 & 5. ar. eiusdē. 99. q. aduerte primo, ꝗ hic hēs expositionē terminorū frequēter in Psalmis positorū, ut possis, & in eis, & in reliqua Scriptura clare inspicere testimonia, ꝑcepta, mādata, iustificationes, iudicia. Aduerte secundo in ratione ad primū articuli quiti, doctrinā uniuersalē, q moralia oīa determinātur lege, inquantū habēt rōnē debiti, ac ꝑ hoc lex humana, ut pfecte consequať finē suū. s. cõe bonū integrū, disponere dēt de diuino cultu, ut debito Deo a ciuitate, & ciuib. sicut disponit de debitis exhibēdis aliis, ut cõe bonū pfectionē integrā habeat. & sic clare uides qd añ diximus, q uniuersaliter diuinus cult ordinatur in bonū cõe, ut patet in totum.

Porrecta per totum.

Inf. art. 5. co & q. 101. art. 1. co. & q. 101. ar. 1. cor. & q. 104. ar. 1. Et 2. 2. q. 87. a. 1. co. & q. 122. ar. 1. ad 2. Et 3. contra c. 128. Et quol. 2 ar. 8. cor. & quol. 4 art. 1. co.

*Li. 6. c. 2. Et li. 19. c. 18. Et lib. 10. c. 2. t. 6

†Est glos. Cassio. in hunc locū.

præcepta legis ueteris ponere .s. moralia, q̃ sunt de dictamine legis naturæ: cæremonialia, q̃ sũt determinationes cultus diuini: & iudicialia q̃ sunt de terminationes iustitiæ inter hoĩes obseruandæ vñ cũ Apostolus Ro. 7. dixisset, ꝙ lex est sancta, subiũgit, ꝙ mandatũ est iustũ, & bonum, & sanctũ: iustum quidẽ quantum ad iudicialia: sanctũ, quantũ ad cæremonialia (nã sanctum dr̃ quod est Deo dicatum) bonum .i. honestum, quãtum ad moralia.

Ad primum ergo dicẽdũ, ꝙ tã ꝑcepta moralia, q̃ ẽt iudicialia, ptinent ad directionem uitæ humanæ: & iõ utraq; continentur sub uno membro illorum, quæ ponit Aug. s. sub ꝑceptis uitæ agendæ. B

Ad II. dicendũ, ꝙ iudicium significat executionem iustitiæ, q̃ quidem est ſm applicationẽ rõnis ad aliqua particularia determinate: vñ ꝑcepta iudicialia cõicant in aliquo cum moralibus, inquantum .s. à rõne deriuant: & in aliquo cum cæremonialibus, inquantum .s. sunt q̃dam determinationes cõium præceptorum: & iõ q̃nq; sub iudicijs cõprehendũtur præcepta iudicialia, & moralia, sicut dr̃ Deut. 5. Audi Israel cæremonias atq; iudicia: q̃nq; uero iudicialia, & cæremonialia, sicut dicitur Leuit. 18. Facietis iudicia mea, & præcepta mea seruabitis. vbi præcepta ad moralia referuntur, iudicia uero ad iudicialia, & cæremonialia. C

Ad III. dicendum, ꝙ actus iustitiæ in generali pertinet ad præcepta moralia: sed determinatio eius in speciali pertinet ad præcepta iudicialia.

SVPER Q. XCIX. ART. V. ET VI.

In ar. 5. & 6. dubiũ occurrit: oĩ superius 10 q. 92. ar. 2 ad tertium expresse dictũ est, ꝙ pmiãre oĩ est actus legis, sed pu nire ũn: mudu sedẽ q legis est nõ solũ ex pœna, sed pr̃mia inducere ad obseruantiam sui. Quomodo stant hæc simul.

¶ Ad hoc breuiter dr̃, ꝙ. bi de prruptijs acti bus legis agebat, iter quos non est pmiare: quia, ut ibi dictũ est qlibet põt ho: facere. hic aũt est fermo non solũ de proprijs, sed de cõibus: & ideo pmiare, quod ẽ cõe legi, & priuatę psonę, & cõsulere, qđ est ẽt cõmune utriq;, legi attribuuntur, & uere sicut homini ue re attribuit, uidere, quibus sit cõe cũ alijs aĩalibus, & negatur quòd sit ꝓprius actus hominis.

¶ In eodẽ 6. arti. sed a occurrit miseria nostra, cũ offert status hoĩum nouũ testamẽti, q. s. sufficit q; de sidetemus bona tpalia: saluo th ordine ad Deũ quia hoc imperfectioũ, & sub ue-

[Left margin notes: 528 Porrecta per totum. Supra, ar. 4. co. Et quol. 2. a. 8. co. Et Gala. 5. le. 1. Et Heb. 7. lc. 2. — *q. 60. a. 5. — *Art. præced. ad 2. & in arg. Sed contra.]

Articvlvs. V.

Vtrum aliqua alia præcepta contineantur in lege ueteri præter moralia, iudicialia, & cæremonialia.

Ad qvintvm sic procedit. Vr̃ ꝙ aliqua alia ꝑcepta cõtineant in lege ueteri ꝑter moralia, iudicialia, & cęremonialia. Iudicialia .n. ꝑcepta ptinent ad actũ iustitię, quę est hoĩs ad hoĩem, cæremonialia uero ptinent ad actũ religionis qua Deus colit: sꝫ ꝑter has sũt multę aliæ uirtutes .s. tẽperãtia, fortitudo, liberalitas, & aliæ plures, vt* s̃. dictũ ẽ. ergo ꝑter ꝑdicta oportet plura alia i lege ueteri cõtineri. D

¶ 2 Præt. Deut. 11. dr̃, Ama dñum Deum tuum, & obserua eius ꝑcepta, & cęremonias, & iudicia atq; mãdata: sed* ꝑcepta ptinẽt ad moralia, ut* dictum est. ergo ꝑter moralia, iudicialia, & cæremonialia adhuc alia continenẽ in lege, quæ dicuntur mandata. E

¶ 3 Præt. Deut. 6. dr̃ Custodi ꝑcepta dñi Dei tui, & testimonia, & cęremonias, quas tibi ꝑcepi. ergo ꝑter oĩa præcepta adhuc in lege[b] testimonia continenẽ.

¶ 4 Præt. In psal. 118. dr̃, In æternum non obliuiscar iustificationes tuas, * gl. idest legẽ. ergo ꝑcepta legis ueteris nõ solũ sunt moralia, cæremonialia, & iudicialia, sed etiã[h] iustificationes.

Sed contra est, quod dicit Deut. 6. Hæc sunt pcta cęremoniæ, atq; iudicia, q̃ mãdauit dñs Deus vobis: & hæc ponunt i principio legis. ergo omnia præcepta legis sub his comprehenduntur.

[Margin: teri lege est: sed oportet, ut cõtemptis ipsalibus, ipsa l bus iuhæ team*. hic e.n. noue legis pfectioois est status. Heu heu, q̃ pauci hodie ad nouæ legis statũ spectant, & vtinã ad ueteris statũ saltem pertineremus. — * Glo. inter linearis ibid.]

Respon. Dicendum, ꝙ in lege ponuntur aliqua tanquã ꝑcepta, aliqua uero tanquã ad ꝑceptorum impletionẽ ordinata. Præcepta quidẽ sunt de his q̃ sunt agẽda, ad quorũ impletionẽ ex duobus hõ inducit, .s. ex authoritate ꝑcipientis, & ex utilitate impletionis, q̃ quidem est cõsecutio alicuius boni utilis, delectabilis, uel honesti, aut fuga alicuius mali cõtrarij. Oportuit igiẽ i ueteri lege proponi q̃dam, quæ authoritatẽ Dei pcipientis indicarent, sicut illud Deu. 6. Audi Israel, Dñs Deus tuus, De[s] unus est. & illud Gene. 1. In principio creauit Deus cœlum & terrã: & hmõi dicunẽ testimonia. Oportuit ẽt ꝙ in lege proponerẽtur q̃dam pręmia obseruantium legẽ, & pęnæ transgredientium, vt patet Deute. 28. Si audieris uocẽ dñi Dei tui, faciet te excelsiorẽ cunctis gentibus &c. & hmõi dicunẽ iustificationes, ſm quod Deus aliquos iuste punit, uel pręmiat. Ipsa aũt agenda sub pręcepto nõ cadunt, nisi inquantum hñt aliquã debiti rõnem. Est aũt duplex debitum, unum quidẽ ſm regulam rõnis: aliud aũt ſm regulã legis determinantis, sicut *Philosophus in 5. Eth. distinguit duplex iustum .s. morale & legale. Debitum aũt morale est duplex: dictat .n. rõ aliquid faciendum, uel tanq̃ necessarium, sine quo non põt esse ordo uirtutis, uel tanq̃ utile ad hoc, ꝙ ordo uirtutis melius conseruet: & ſm hoc quædam moralium pręcise præcipiuntur, uel prohibentur in lege: sicut, Non occides, Non furtum facies: & hæc proprie dicuntur præcepta. Quædam uero præcipiuntur, uel prohibenẽ non quasi præcise debita, sed pp melius, & ista possunt dici mandata: quia quandam inductionem hñt, & persuasionem, sicut illud Exod. 22. Si pignus acceperis uestimentum à proximo tuo, ante solis occasum reddas ei, & aliqua similia: vñ * Hiero. dicit, ꝙ in præceptis est iustitia, in mãdatis uero charitas. Debitum aũt ex determinatione legis in rebus quidẽ humanis pertinet ad iudicialia: in reb. autem diuinis ad cæremonialia. q̃uis etiam ea, quæ pertinent ad pœnam, uel præmia, dici possint testimonia, inquantum sunt protestationes q̃dam diuinę iustitię. Oĩa uero pręcepta legis possunt dici iustificationes, inquãtum sunt quædam executiones legalis iustitiæ. Possunt ẽt aliter mandata à præceptis distingui, ut pręcepta dicantur, quę Deus per seipsum iussit: mãdata autem, quæ per alios mãdauit, ut ipsum nomẽ sonare vr̃. Ex quibus omnibus apparet, ꝙ[m] oĩa legis pręcepta continentur sub moralibus, cęremonialibus, & iudicialibus. alia uero non habent rõnem pręceptorum, sed ordinanẽ ad pręceptorum obseruationem,* ut* dictum est.

[Right margin notes: * Ca. 7. to. 5. — * In procmio in Marcũ à medio, te periet in gl. ordinaria. — Conc! m — * In istoa.]

Ad primvm ergo dicendũ, ꝙ sola iustitia inter F alias uirtutes importat rõnem debiti:& ideo moralia intm̃ sunt lege determinabilia, inquantum pertinent ad iustitiam, cuius ẽt quædam pars est religio, vt * Tullius dicit. unde iustum legale non põt esse aliquod pręter cæremonialia, & iudicialia pcepta. Ad alia patet responsio per ea, quę dicta sunt.

*Lib. 2. de inuen in fol. 4. ante finem lib.

ARTICVLVS VI.

Vtrum lex vetus debuerit inducere ad obseruationem præceptorum per temporales promissiones, & comminationes.

929 *Porrecta per totum.* Supra q. 91. arti. 5. co. & infra q. 107. ar. 1. ad 2. Et 3. di. 4. ar. 2. cor. & ar. 4. Et Ro. 8. lec. 3. & ca. 10 Et 2. Cor. 11. lec. 6. *q. 36. nõ procul a princ. t. 4 †Cap. 2. a med. t. 5.

AD SEXTVM sic pcedit. Vr̃ ꝙ lex vetus nõ debuerit inducere ad obseruantiam pcepto G rum per tpales promissiones, & comminationes. Intentio. n. legis diuinæ est, ut hoies Deo subdat p timorem, & amorem. vñ dr̃ Deut. 10. Et nũc Israel, quid dñs Deus tuus petit á te, nisi ut timeas dñm Deum tuum, & ambules in vijs eius, & diligas eũ? sed cupiditas rerum temporalium abducit á Deo. dicit. n.* Aug. in lib. 83. quæstionum, Quòd uenenũ charitatis est cupiditas. ergo promissiones, & comminationes temporales uidentur contrariari intẽtioni legislatoris, quod facile legem reprobabilem facit, ut patet per † Philosophũ in 7. Polit.

¶ 2 Prætr. Lex diuina est excellentior q̃ lex humana H uidemus aũt in scientijs, ꝙ quãto aliqua est altior tanto per altiora media procedit. ergo cum lex humana procedat ad inducendum homines per temporales cõminationes, & pmissiones, lex diuina non debuit ex his procedere, sed p aliqua maiora.

¶ 3 Prætr. Id non põt esse præmium iustitiæ, uel pęna culpæ, quod æqualiter euenit & bonis, & malis sed sicut dr̃ Eccles. 9. Vniuersa ęque eueniunt iusto, & impio, bono, & malo, mundo, & immundo, immolãti uictimas, & sacrificia cõtemnenti ergo tpalia bona, uel mala non conuenienter ponunt ut pœna, uel præmia mandatorum legis diuinæ.

Sed contra est, quod dicitur Isaię primo, Si volueritis, & audieritis me, bona terræ comedetis: ꝙ si nolueritis, & me ad iracundiam prouocaueritis, gladius deuorabit uos.

Resp. Dicendũ, ꝙ sicut in scientijs speculatiuis inducunt hoies ad assentiendũ conclusionib. p media syllogistica: ita ẽt in qbuslibet legibus hoies inducunt ad obseruantias pceptorum p pœnas, & pmia. Videmus aũt in scientijs speculatiuis, ꝙ media proponunt auditori sm eius conditionẽ. Vnde sicut oportet ordinate in sciẽtijs procedere, vt ex notioribus disciplina incipiat: ita ẽt oportet eum, qui vult inducere hoiem ad obseruantiam pceptorum, ut ex illis eũ mouere incipiat, q̃ sunt in eius affectu, sicut pueri prouocant ad aliquid faciendũ aliquibus puerilibus munusculis. Dictũ est aũt * s. ꝙ lex uetus disponebat ad Christum, sicut impfectum ad pfectum: vñ dabat populo adhuc impfecto in cõparatione ad pfectiorem, q̃ erat futura p Christum: & iõ populus ille cõparatur puero sub pędagogo existenti, ut patet Galat. 3. Perfectio ãt hoĩs est, ut contẽptis tpalibus, spũalibus inhæreat ut patet p illud quod Apostolus dicit Phili. 3. Quę quidẽ retro sunt obliuiscens, ad ea, q̃ priora sunt me extendo: quicunq; ergo pfecti sumus, hoc sentiamus. Imperfectorũ aũt est, ꝙ tpalia bona desiderent, in ordine tñ ad Deum: puersorum aũt est, ꝙ in tpalibus bonis finẽ constituant. Vñ legi ueteri cõueniebat, ut p tpalia, q̃ erãt in affectu hoim imperfectorum, manuduceret homines ad Deũ.

*q. 98. ar. 1. & 2. ad 1. & ar. 3.

Concl.

Ad primvm ergo dicẽdum, ꝙ cupiditas, qua hõ constituit finẽ in tpalibus bonis, est charitatis uenenum: sed consecutio temporalium bonorum, q̃ homo desiderat in ordine ad Deum, est quædã uia inducens imperfectos ad Dei amorem, secũdm illud psal. 48. Confitebitur tibi, cum benefeceris illi.

Ad II. dicendum, ꝙ lex humana inducit hoies ex temporalibus præmijs, uel pœnis per hoies inducendis. lex uero diuina ex pmijs, uel pęnis exhibendis p Deũ, & in hoc procedit p media altiora.

Ad III. dicẽdũ, ꝙ sicut patet historias ueteris testamenti reuoluenti, cõis status populi semp sub lege in psperitate fuit, quãdiu legẽ obseruabant, & statim declinantes á pceptis legis diuinæ, i multas aduersitates incidebant. Sed aliquæ psonæ particulares ẽt iustitiã legis obseruantes, & in aliquas aduersitates incidebãt, uel quia iã erãt spũales effecti, ut p hoc magis ab effectu temporaliũ abstraherentur, & eorum uirtus probata redderet: aut quia opera legis exterius implẽtes, cor totũ habebant in tpalibus defixum, & á Deo elongatum, secundum quod dicitur Isa. 29. Populus hic labijs me honorat: cor autem eorum longe est á me.

QVAESTIO C.

De præceptis moralibus veteris legis in duodecim articulos diuisa.

DEINDE considerandum est, de singulis generibus præceptorum ueteris legis.

Et primo, de præceptis mora 1 libus. Secundo, de cæremonialibus. Tertio, de iudicialibus.

Circa primum quæruntur duodecim.

¶ Primo, Vtrum omnia præcepta moralia ueteris legis sint de lege naturæ.

¶ Secũdo, Vtrum præcepta moralia ueteris legis sint de actibus omnium uirtutum.

¶ Tertio Vtrũ oĩa præcepta moralia ueteris legis reducãtur ad decẽ præcepta decalogi.

¶ Quarto, De distinctione præceptorum decalogi.

¶ Quinto, De numero eorum.

¶ Sexto, De ordine.

¶ Septimo, De mõ tradẽdi ipsa.

¶ Octauo, Vtrũ sit dispẽsabilia.

¶ Nono, Vtrũ modus obseruandi uirtutẽ cadat sub pcepto.

¶ Decimo, Vtrum modus charitatis cadat sub præcepto.

¶ Vndecimo, De distinctione aliorũ pceptorum moraliũ.

SVPER QVÆ. C. ART. I.

IN 1. ar. q. 100. nota ꝙ appellatione moralium in hoc loco intelligunt non solum ea, quæ ex ratione naturali puta deriuantur, ut conclusiones ex principijs, sed etiam quæ eidem adiuncto illi lumine fidei consonant. Et propterea cum in litera dicitur quod moralia sunt de illis, quæ secundum se ad bonos mores pertinent, ly, secundum se, non distinguit contra adiectam fidẽ, sed contra institutionem. Ita ꝙ moralia sunt, quæ si nunquàm essent lege aliqua statura, seruanda sunt ex naturali ratione, uel sola, uel fidei lumine adiuta. Cæremonialia autem, & iudicialia, quæ antequàm lege ponerentur, indifferens erat sic, uel aliter poni, puta, quòd blasphemus lapidaretur magis quàm decapitaretur, & quòd offeratur agnus magis quàm hœdus, & huiusmodi.

¶ Duode-

¶ Duodecimo, Vtrum præcepta moralia ueteris legis iustificent.

ARTICVLVS I.

Vtrum omnia præcepta moralia pertineant ad legem naturæ.

S. Bona. 3. s. d. 37. q. 3. ar. 1. Scot. 3. s. d. 37. q. 1.
Riccar. 3. s. d. 37. q. 1. Duran. 3. s. d. 31. q. 1.
Med ma. art. 1.

130 Porrecta per totum. Sup. q. 49 ar. 1. ad 2 & artic. 4 eo. & inf. q. 104. ar. 1. cor. Et Mat 15. c. 11.

AD PRIMVM sic proceditur. Vr quod nō oīa præcepta moralia ptineāt ad legē naturæ. Dr. n. Eccl. 17. Addidit illis disciplinā, & legē uitæ hṙditauit illos: sed disciplina diuidit̄ [h] legē naturæ, eo quod lex naturalis nō addiscit, sed ex naturali instinctu hr. ergo non oīa præcepta moralia sunt de lege naturæ. B ¶ 2 Præt. Lex diuina pfectior est, q̄ lex humana: sed lex humana superaddit aliqua ad bonos mores pertinentia his, q̄ sunt de [h] lege naturæ, quod patet ex hoc, quod lex naturæ est eadem apud oēs: huiusmodi aūt morum instituta sunt diuersa apud diuersos. ergo multo fortius diuina lex aliqua ad bonos mores ptinentia debuit addere supra legem naturæ. ¶ 3 Præt. Sicut rō naturalis inducit ad aliquos bonos mores, ita & fides. unde et dicitur ad Gal. 5. quod fides per dilectionem operatur: sed fides non continetur sub [h] lege naturæ, quia ea q̄, sunt fidei, sunt sup. rōnem naturalem. ergo non omnia præcepta C moralia legis diuinæ pertinent ad legem naturæ.

SED CONTRA est, qd dicit Apost. Ro. 2. Quòd gētes, q̄ legē nō hn̄t, naturalr ea, q̄ legis sunt, faciūt: qd oportet intelligi de his, q̄ ptinēt ad bonos mores. ergo oīa moralia pcepta legis sūt d̄ lege naę.

RESP. Dicendū, quod pcepta moralia a cæremonialib. & iudicialib. sūt distincta. Moralia. n. sūt d̄ illis, q̄ fm se ad bonos mores ptinēt. Cū aūt humani mores dicant̄ i ordine ad rōnē, q̄ est ppriū principiū humanorū actuū, illi mores dnr boni, q rōni congruūt: mali aūt, q a rōne discordāt. Sicut aūt oē iudiciū rōnis speculatiuæ pcedit a naturali cogni- D tione primorū principiorū: ita et oē iudiciū rōnis practicæ pcedit ex qbusdā principiis naturaliter cognitis, ut s̄. dictū est, ex qb. diuersimode pcedi pōt ad iudicādū de diuersis. Quędā. n. sunt i humanis actib. adeo explicita, quod statim cū modica cōsideratiōe pnt approbari, uel reprobari p illa cōia, & prima principia. Quędā uero sunt, ad quorū iudiciū reqrit̄ multa cōsideratio diuersarū circūstātiarū, quas cōsiderare diligēter nō est cuiuslibet, sed sapiētū: sicut cōsiderare particulares cōclōnes sciētiarū, non ptinet ad oēs, sed ad solos philosophos. Quędā uero sunt, ad q diiudicāda indiget hō E adiuuari p instructionē diuinā, sicut est circa credēda. Sic igit̄ patet, quod cū moralia præcepta sint de his, q̄ ptinēt ad bonos mores, hæc aūt sunt q̄ rōni cōueniūt: oē aūt rōnis humanæ iudiciū aliqualr a naturali rōne deriuat̄, [m] necesse est, quod oīa pcepta moralia ptineāt ad legē naturæ, sed diuersimode.[n] Quędā. n. sūt, q̄ statim p se rō naturalis cuiuslibet hoīs diiudicat esse faciēda, uel non faciēda: sicut, Honora pŕem tuū, & mŕem, &, Nō occides, Non furtū facies, & hmōi, sunt absolute de lege naturę. Quędā uero sunt, q̄ subtiliori cōsideratiōe rōnis a sapientib. iudicant̄ esse obseruanda: & ista sic

94. ar. 2. 3. 4. & 6.

sunt de lege naturę, ut tn̄ indigeāt disciplina, qua minores a sapientiotib. instruant̄, sicut illud. Corā cano. capite cōsurge: & Honora psonam senis, & alia hmōi. Quędā uero sunt, ad q̄ iudicanda rō humana indiget instructione diuina, p quā erudimur d̄ diuinis; sicut ē illud, Nō facies tibi sculptile, neq; oēm silitudinē: Non assumes nomē Dei tui i vanū.

Et per hoc patet responsio ad obiecta.

ARTICVLVS II.

Vtrum præcepta moralis legis sint de omnibus actibus uirtutum.

AD SECVNDVM sic procedit̄. Vr quod pcepta moralia legis nō sint de oib. actib. uirtutū. Obseruatio. n. pceptorū ueteris legis [h] iustificatio nominatur, fm illud psal. 118. Iustificatiōes tuas custodiā: sed iustificatio est executio iustitię. ergo pcepta moralia ñ sunt nisi d̄ actib. iustitię. ¶ 2 Pręt. Id, quod cadit sub pcepto, hēt rōnē [b] debiti: sed rō debiti ñ ptinet ad alias uirtutes, nisi ad solam iustitiam, cuius proprius actus est reddere unicuiq; debitū. ergo pcepta legis moralia ñ sunt de actib. aliarū uirtutum, sed solum de actibus iustitiæ. ¶ 3 Pręt. Ois lex ponit̄ p p h bonū cōe, ut dicit [a] Isi. sed inter uirtutes sola iustitia respicit bonū cōe, ut [a] Philosophus dicit in 5. Ethi. ergo pcepta moralia sunt solum de actibus iustitię.

SED CONTRA est, qd † Amb. dicit, quod peccatū est trāsgressio legis diuinę, & cęlestiū inobediētia mandatorū: sed peccata cōtrariantur oibus actibus uirtutū. ergo lex diuina habet ordinare de actib. omnium uirtutum.

RESP. dicēdū, quod cū pcepta legis ordinent̄ ad bonū cōe, sicut [a] s̄. habitū est, necesse est quod pcepta legis diuersificent̄ fm diuersos modos cōitatū. Vñ [a] Philosophus i sua politica docet, quod aīs leges oportet statuere in ciuitate, q̄ regit̄ rege, & alias in ea, q̄ regit̄ p populum, uel p aliquos potētes de ciuitate. Est aūt alius modus cōitatis, ad quā ordinat̄ lex humana, & ad quā ordinat̄ lex diuina. Lex. n. humana ordinat̄ ad cōitatē ciuilem, quæ est hominū adinuicē. Hoīes aūt ordinantur adinuicē per exteriores actus, quibus homines sibi inuicē cōmunicant: huiusmodi autē cōmunicatio pertinet ad

131 Porrecta per totum.

SVPER QV. C. ARTIC. II.

Medina ar. 2.

IN ar. 2. eiusdē quæstionis no. differētias duas in litera inter legem humanā, & diuinā, quo ad disponendum de omnium uirtutum actibus ex substātiali earum diuersitate illatas. Prima est, qa lex humana disponit de sola iustitia formaliter: de aliis autē uirtutibus, ut induūt rationē iustitiæ. lex autem diuina disponit de omnibus uirtutibus absolute. Et ratio horum est: quia illa attendit rationem debiti respectu communis boni: ista autem attendit rationē coniunctionis ad Deum. Cōiunctio autem ad Deum omni uirtute absolute sumpta fit: quia bene disponitur mens secundum suā totam latitudinē. Secunda est, quòd, quia inficiari non potest, qn omnis ad aliquā debiti rationem non seruetur (quia nisi debitum esset, aut fieret lege positum, sub lege nō caderet) lex humana rationem debiti proprie dicti respicit: ea autem diuina rationē debiti metaphorice, uel debiti obedientiæ.

¶ Quod si non penetras, scito, quòd illa triplex debiti rō ita se habet, quod debitum obedientiæ est cōmune omni legi, & consurgit ex ratione principantis, & subditi. Et de tali debito nō est sermo, cum quæritur sub qua rōe actus uirtutum cadant sub lege: quia debitum obedientię non ponit in actibus rationē, qua ordinatur in finē legis, sed obligationem ad exequendum lege posita. Debitum autē inferiorum ad superius in eodem h...ne, & metaphorice debitū di, iustitia ge...

Li. 5. Etymo. ca. 21

* ca. 1. & 2 & 11. to. 5

† In li. de parad. ca. 8. ast me. tom. 4.

q. 90 ar. 2

li. 3. c. 5. 6 & 9. to. 5.

priedictā nō fundat, ut ex 5. Eth. hr. Debitū demū proprie dictū unius hois ad alterū, & ad cōe bonū ad iustitiā proprie dictam, spectat. Et ppea lex humana, q debiti proptue dicti rōne dirigit, nullius uirtutis actus, nisi sub rōe iustitiæ imperat. lex autē diuina, q totū hominem sua & secūdū seipsum, quia secūdū seipsum iungit Deo, omniū uirtutū actus ordinat absolute sub rōne debiti metaphorice, & conueniētie cō muenissimo debito obedientiæ, ut obligat ad parendū: & propterea i litera uirtusque author meminit in responsionibus argumentorum.

Cap. 1. eiusdem. & deinceps 10. 5

¶ In textu, q in eisdē rationib. nosce, Rōnis author intēdit supre mū in homine: nosce uero, Virtutū inferiorū, reliqua, quæ sunt hominis, ut respōsio ad primum idcirca respondet ad secūdū apertū. oportet n. suprema regulæ conso nare reliqua.

Concl. m

SVPER QV. C. ART. III.

Medina ar. 3.

ARticulum tertiū eiusdē q. eo. si non plene differeris, unde articulū undecimū eiusdē, & intelliges differētiā inter prima principia moralia, & præcepta decalogi, quæ sunt prima legis elemēta. illa. n. statim notis terminis ex natura, uel fide in fusa cognoscūtur: ista aūt statim ex primis prædictis cognoscimus & ppea illa Deū p naturā, uel fidē dicitur indidisse, uel infudisse: ista aūt per oosipsos, tanquā a Deo proposita mediantibus illis cognoscere: reliqua aūt p instructionem humanā diligenti inuestigatione, aut disciplina.

Cap. ulti. tom. 5.

532 *Porrecta per totum.*

rationem iustitiæ, q est proprie directiua cōitatis humanæ. & iō lex humana nō pponit pcepta nisi de actibus iustitiæ: & si pcipiat actus aliarū uirtutum, hoc nō est nisi inquantū assumūt ra tionē iustitiæ, ut patet p Philosophum in 5. Eth. Sed cōitas, ad quā ordinat lex diuina, est hominū ad Deū, uel in psenti, uel i futura uita: & iō lex diuina pcepta pponit de oibus illis, p quę hoies bene ordinent ad cōicationē cum Deo. Hō aūt Deo cōiungitur rōne, siue mente in qua est Dei imago: & iō lex diuina pcepta pponit de oibus illis, p quæ rō hominis bñ ordinata est: hoc aūt contingit per actus oium uirtutum. Nam uirtutes intellectuales ordināt bñ actus rōnis i seipsis: uirtutes aūt morales ordinant bene actus rationis circa iteriores passiones, & exteriores operationes. Et iō manifestum est, q lex diuina conuenienter pponit pręcepta de actibus oium uirtutū: ita tñ q qdā, sine quibus ordo uirtutis, q est ordo rōnis, obseruari non pōt, cadunt sub obligatione præcepti: qda uero, quæ pertinent ad bene esse uirtutis pfectę, cadūt sub admonitiōe cōsilij.

AD PRIMVM ergo dicēdū, q adimpletio mandatorū legis etiā q sunt de actib. aliarū uirtutū, hēt rōnē iustificationis, inquātū iustū est ut hō obediat Deo, uel ēt inquātū iustū est, q oia, quæ sunt hominis rōni subdantur.

AD II. dicēdū, q iustitia proprie dicta attendit debitū unius hominis ad aliū: sed in omnibus aliis uirtutib. attenditur debitū inferiorum uirium ad rōnem: & sm rōnem huius debiti, Philosophus assignat in 5. Ethi. quandam iustitiam metaphoricam.

AD III. patet rñsio p ea, q dicta sunt de diuersitate cōitatis.

F ¶ 2 Præt. Præcepta moralia non reducunt ad præcepta cæremonialia, sed potius ecōuerso: sed inter pcepta decalogi est unū cæremoniale. s. Memēto, ut diē Sabbathi sanctifices. ergo pcepta moralia non reducuntur ad omnia præcepta decalogi.

¶ 3 Præt. Præcepta moralia sunt de omnibus actib. uirtutum: sed inter præcepta decalogi pponuntur sola pręcepta pertinentia ad actus iustitiæ, ut patet discurrenti per singula. ergo præcepta decalogi non continent omnia præcepta moralia.

SED CONTRA est, qd Matt. 5. sup illud, Beati estis cū maledixerint &c. dicit gl. q Moyses decē pcepta pponēs, postea p partes explicat. ergo oia pcepta legis sunt qdā partes præceptorum decalogi. *Gl. ord. in hoc loco.*

RESP. Dicendū, q pcepta decalogi ab aliis præceptis legis differunt in hoc, q pcepta decalogi p seipsum Deus dr populo pposuisse: alia uero pcepta proposuit populo p Moysen. Illa ergo pcepta ad decalogū ptinēt, quorū notitiā hō hēt p seipsum a Deo: hmōi uero sunt illa, q statim ex principiis cōibus primis cognosci pñt modica cōsideratione, & iterū illa, q statim ex fide diuinitus infusa innotescunt. Inter pcepta ergo decalogi nō cōputantē duo gña pceptorū, illa. s. q sunt prima, & cōmunia, quorū non oportet aliquā editionem esse, nisi q sunt scripta in rōne naturali quasi p se nota, sicut q hō nulli dēt malefacere, & alia hmōi: & iterū illa, q per diligentem inquisitionem sapientū inueniunt rōni conuenire; hæc. n. proueniunt a Deo ad populum mediante disciplina sapientū. *Concl. m.*

Vtraque tñ horum præceptorum continentur in præceptis decalogi, sed diuersimode. nam illa, q sunt prima, & cōia, continentur in eis sicut principia in conclusionibus proximis: illa uero, quæ per sapientes cognoscuntur, continentur in eis econuerso, sicut conclusiones in principiis.

AD PRIMVM ergo dicēdū, q illa duo pcepta sunt prima, & cōia pcepta legis naturę, quę sunt p se nota rōni humanę, uel p naturam, uel p fidem, & iō omnia pręcepta decalogi ad illa duo referūtur, sicut conclusiones ad principia communia.

AD I. dicendū, q pceptū de obseruatione Sabbathi, est sm aliquid morale, inquantum. s. per hoc pręcipitur, q homo aliquo tpe uacet rebus diuinis, secundum illud ps. 45. Vacate, & uidete quoniā ego sum Deus: & sm hoc inter pręcepta decalogi computatur, non aūt quantum ad taxationē temporis, quia secundum hoc est cærimoniale.

K AD III. dicendum, q rō debiti in aliis uirtutib. est magis latens, quàm in iustitia: & ideo pręcepta de actibus aliarum uirtutum non sunt ita nota populo, sicut pręcepta de actibus iustitię. & propter hoc actus iustitię specialiter cadunt sub præceptis decalogi, quę sunt, prima legis elementa.

ARTICVLVS III.

Utrum omnia præcepta moralia ueteris legis reducantur ad decem præcepta decalogi.

Inf. ar. 11. Et 2. 2. q. 122. ar. 6. & 9. ad 3. Et 3. d. 37. ar. 2. q. 3. cor. & 3. per totū. Et mal. q. 14 art. 2. ad 14. Et quol. 7. a. 17. ad 8.

AD TERTIVM sic proceditur. Vr q non oia præcepta moralia ueteris legis reducantur ad decem præcepta decalogi. Prima. n. & principalia legis pcepta sunt. Diliges dñm Deū tuū: & diliges pximū tuū: ut hr Matth. 22 sed ista duo non continentur in præceptis decalogi. ergo non oia præcepta moralia continentur in præceptis decalogi.

ARTICVLVS IIII.

Utrum præcepta decalogi conuenienter distinguantur.

AD QVARTVM sic proceditur. Videtur quòd inconuenienter pcepta dcalogi distinguant.

SVPER QV. C. ART. IIII.

Medina ar. 4.

IN artic. 4. eiusdem q. dubium in responsione ad primum nota duo.

¶ Primo, q author exclu-

533 *Porrecta per totum.* Inf. art. Et d[illegible] in exp[illegible] ptin.

excludit fidei, & charitatis actus a pceptis decalogi: qm vult ea ptinere ad principia pceptorũ decalogi, si cut p principia naturaliter nota. Et d charitate quidé patet ex eo, q finis pceptiest charitas. 1. ad Tim. 1. de fide aut ad Heb. 11. Accedentẽ ad Deũ &c Rõ in litera affertur, quia non egent alia pmulgatiõe, sed ex ipsa natura, uel in fusione adsunt.

¶Secundo, q licet pcepta nõ sint distinguenda secundũ distinctionẽ fidei a latria, aut ecõtra: sunt tñ distinguẽda pcepta diuersa ptinentia ad latriã, seu religionẽ: quia ista est pars iusticiæ, & spectat ad ipsũ decalogũ, unde tria prima pcepta decalogi de actib. religionis sunt: & propterea au hoc: hoc dixit in lra.

q6.71. in Exo.10.4.

q6.71. in Exo.10.4.

Latria.n. est h alia uirtus a fide: sed pcepta dantur de actib. uirtutum. & hoc quod dr in principio decalogi, Nõ habebis Deos alienos corã me, ptinet ad fidẽ. quod aũt subditur, Non facies sculptile &c. ptinet ad latriam. ergo sunt duo præcepta, & nõ unũ, sicut * Augustinus dicit.

¶2 Præt. Præcepta affirmatiua in lege h distinguunt à negatiuis, sicut, Honora prẽm, & mrẽm: &, Non occides: sed hoc qđ dr, Ego sum Dñs Deus tuus, est affirmatiuum: quod aũt subditur, Non habebis Deos alienos coram me, est negatiuũ. ergo sunt duo præcepta, & non continentur sub uno, ut * Aug. ponit.

¶3 Prȩt. Apostolus ad Rom. 7. dicit. Cõcupiscẽtiã nesciebat, nisi lex diceret, Nõ cõcupisces. & sic vr q hoc pceptũ, Non concupisces, sit h unũ præceptum. nõ ergo debuit distingui i duo.

SED CONTRA est auctoritas * Aug. in glo. super
q6.71. in Exo.10.4. Exod. ubi ponit tria pręcepta pertinentia ad Deũ, & septem ad proximum.

RESP. Dicendum, q pcepta decalogi diuersimode a diuersis distinguunt. * Esitius.n. Leuit. 26. sup illud, Decẽ mulieres in uno clibano coquũt panes, dicit pceptũ de obseruatione sabbathi nõ esse de decẽ pceptis: qa nõ est obseruãdũ ẽm literã ẽm oẽ tps. Distingnit tñ quatuor pcepta ptinẽtia ad Deũ ut primũ sit: Ego sum dñs Deus tuus. ẽm sm: Nõ habebis deos alienos corã me. & sic ẽt distinguit hęc duo * Hier. Oseæ. 10. sup illud, Propter duas iniquitates tuas. Tertiũ uero pceptũ eẽ dicit, Nõ facies tibi sculptile. Quartũ uero, Nõ assumes nomẽ Dei tui i uanũ. Pertinẽtia uero ad pximũ dt esse sex, ut primũ sit, Honora prẽm, & mrẽm tuã. Secundum, Non occides. Tertium, Non mœchaberis. Quartum, Non furtum facies. Quintum, Non falsum testimonium dices. Sextum, Non concupisces.

In fol. 167 & 168

Hier. hoc loco Oseę to. 6.

¶Sed primo hoc vr inconueniẽs, q pceptũ de obseruatione sabbathi pceptis decalogi interponat, si nullo mõ ad decalogũ ptineat. Secũdo, qa cum scriptũ sit Matth. 7. Nemo põt duob. dñis seruire: eiusdẽ rõnis esse vr, & sub eodem pcepto cadere, Ego sum dñs Deus tuus: &, Nõ habebis Deos alienos. Vñ * Origenes distinguens ẽt quatuor pcepta ordinãtia ad Deũ, ponit ista duo pro uno pcepto. Secũdũ uero ponit, Nõ facies sculptile, Tertiũ uero, Nõ assumes nomẽ Dei tui i uanũ. Quartũ, Memẽto ut diẽ sabbathi santifices. Alia uero sex ponit sicut * Esitius. Sed qa facere sculptile, uel similitudinẽ nõ est, phibitũ, nisi ẽm hoc ut nõ colant, p diis, nã in tabernaculo Deus pcepit fieri imagine Seraphim, ut dr Exo. 25. cõueniẽtius * Augu. ponit sub uno pcepto, Nõ hẽbis Deos alienos: & Nõ facies sculptile. Sili ẽt cõcupiscẽtia uxoris alienę ad

ho. 8. sup Exo. 10. t.

Loco di ctõ i prin sip. corp.

q6.71. in Exo.10.4.

cõmistiõnẽ, ptinet ad cõcupiscẽtiã carnis. Cõcupiscẽtiæ aũt aliarũ rerũ, q desiderant ad possidendũ, ptinẽt ad cõcupiscẽtiã oculorũ. Vñ ẽt * Augustinus ponit duo pcepta de nõ cõcupiscẽdo rẽ alienã, & uxorem alienam: & sic ponit * tria præcepta in ordine ad Deum, & septem in ordine ad proximum. & hoc melius est. *

q6.71. in Exo.10.4. Concl. m.

AD PRIMVM ergo dicendum, q latria nõ est nisi qdam protestatio fidei: vñ non sunt alia pcepta dãda de latria, & alia de fide. potius tñ sunt aliqua pcepta dãda de latria, q de fide: qa præceptum fidei psupponitur ad pcepta decalogi, sicut pceptũ dilectionis. Sicut.n. prima præcepta cõia legis naturæ sunt p se nota hñti rõnẽ naturalem, & promulgatione nõ indigent: ita ẽt, & hoc, quod est credere in Deum, est primũ, & per se notum ei, qui hẽt fidem. Accedentem.n. ad Deum oportet credere, quia est, ut dicitur ad Heb. 11. & ideo non indiget alia promulgatione, nisi infusione fidei.

AD 2m dicendũ, q pcepta affirmatiua distinguũtur à negatiuis, qñ unũ nõ cõprehendit in alio: sicut in honoratione parentũ nõ includitur, q nullus hõ occidat, nec econuerso: & pp hoc dãtur diuersa præcepta sup hoc. Sed qñ affirmatiuũ cõprehendit sub negatiuo, uel ecõuerso, nõ dant super hoc diuersa pcepta, sicut nõ datur aliud pręceptũ de hoc quod est, Nõ furtũ facies: & de hoc, quod est cõseruare rẽ alienã, uel restituere eã. & eadem rõne nõ sunt diuersa pcepta de credendo in Deũ, & de hoc, quòd non credatur in alienos Deos.

AD 3m dicendũ, q oĩs cõcupiscẽtia cõuenit in una cõi rõne: & iõ Apostolus singulatiter de mandato cõcupiscendi loquitur. Quia tñ in speciali diuersæ sunt rõnes cõcupiscendi, iõ * Aug. distinguit diuersa pcepta de nõ cõcupiscẽdo: differunt.n. specie concupiscentiæ ẽm diuersitatem actionum, vel concupiscibilium, ut * Philoso. dicit in 10. Ethi.

q6.71. in Exo.10.4.

Cap. 3. a me & c. 5

ARTICVLVS V.

SVPER QV. C. ARTIC. V.

Vtrum præcepta decalogi conuenienter enumerentur.

Fer. 3. cont. c. 120-124
Palud. 3. d. 33. q. 1.

ADQVINTVM sic proceditur. Vr q inconuenienter præcepta decalogi enumerent. Peccatum.n. ut * Amb. dicit, est trãsgressio legis diuinæ, & cęlestiũ inobediẽtia, h mandatorũ: sed peccata distinguuntur per hoc, q hõ peccat, uel in Deum, uel i proximũ, uel in seipsum. cũ igit in præceptis decalogi non ponant aliqua præcepta ordinãtia hoiem ad seipsum, sed solũ ordinantia ipsum ad Deum, & pximum, vr q insufficiens sit enumeratio pręceptorũ decalogi.

¶2 Præt. h Sicut ad cultũ Dei ptinebat obseruatio sabbathi, * ita ẽt obseruatio aliarum solemnitatũ, & immolatio sacrificiorũ: sed inter præcepta decalogi est unum pertinẽs ad obseruantiam sabbathi. ergo ẽt debẽt esse aliqua

IN artic. 5. eiusdem q. nota, q illa uerba literæ, In sabbathi sanctificatione, scdm qđ ẽ morale pceptũ, pcipit qes cordis in Deũ: intelligẽnt quo ad finẽ pcepti, nõ aũt quo ad rẽ pceptam. Quies.n. cordis i Deo p gratiã, & uocatione interiorẽ ad Deũ, est finis illius pcepti, ut est morale: qm ad hoc tõ dictat ipsi aliquod eximendũ ab aliis operib. impedientib. Et q hæc sit mẽs authoris, non solũ ea q. 122. ar. 4. 12. sed ea dictis in hac q. patet. f. q charitas est finis pceptiũ decalogi, & non spectat ad ca. Ethine

554
Porrecta per totum. 3. dist. 37. ar. 2. q. 2. Et 3. contra ca. 120 fin. & 124 * Amb. in lib. de para. c. 8. an med. to. 4

Et hinc hēs, q contritio peccatorum mortalium prius nō contritorū, nō est in pcepto sanctificationis sabbathi, ut mortale ē, nisi ut finis pcepti.

pertinentia ad alias solemnitates, & ad ritum sacrificiorum.

¶3 Præt. Sicut ꝯ Deum peccare cōtingit piurando, ita ēt blasphemādo, uel alias ꝯ doctrinā diuinā mētiendo: sed ponit unū pceptū phibens piuriū, cū dr̄, Nō assumes nomē Dei tui in uanū. ergo peccatū blasphemiæ, & falsæ doctrinæ debēt aliquo pcepto decalogi phiberi.

¶4 Præt. Sicut hō h naturalē dilectionē hēt ad parētes ita ēt ad filios. mādatū ēt charitatis ad oēs pximos extendit: sed pcepta decalogi ordinātur ad charitatem, ſm illud 1. Tim. 1. Finis pcepti charitas est. ergo sicut ponitur quoddam præceptum pertineus ad parentes, ita etiam debuerūt poni aliqua præcepta pertinentia ad filios, & alios proximos.

¶5 Præt. In quolibet gñe peccati cōtingit peccare corde & opere: sed in quibusdā generib. peccatorum. s. in furto, & adulterio seorsum prohibet peccatum operis, cum dr̄: Non mœchaberis. Non furtum facies, & seorsum peccatum cordis, cū dicit: Non concupisces rem proximi tui: &, Non concupisces uxorem proximi tui. ergo etiā idem debuit poni in peccato homicidij, & falsi testimonij.

¶6 Præt. Sicut cōtingit pc̄m puenire ex inordinatione cōcupiscibilis, ita ēt ex iordinatione irascibilis: sed qbusdā pceptis phibet inordinata cōcupiscētia, cū dr̄: Nō cōcupisces. ergo ēt aliqua pcepta in decalogo debuerūt poni, p quæ prohiberetur inordinatio irascibilis. non ergo videtur, q cōuenienter decē præcepta decalogi enumerent.

Sed contra est, qd̄ dr̄ Deut. 4. Ostendit uobis pactum suum, quod præcepit ut faceretis, & decē uerba, quæ scripsit in duabus tabulis lapideis.

arti. 2. huius quæst.

Resp. Dicendū, q sicut * s. dictū est, sicut pręcepta legis humanę ordinat hoiem ad quādā cōitatē humanā, ita pcepta legis diuinę ordināt hoiem ad quādā cōitatē, seu rēpublicā hoium sub Deo. Ad hoc aūt q aliqs in aliqua cōitate bn̄ cōmemoret, duo reqrunt, quorū primū est, ut bn̄ se hēat ad eū, q pest cōitati. Aliud aūt est, ut hō bene se hēat ad alios cōitatis cōsocios, & cōparticipes. Oportet igitur, q in lege diuina primo ferant quędā præcepta ordinantia hoiem ad Deū, & inde alia qdā pcepta ordināntia hoiem ad alios pximos simul cōuenientes sub Deo. Principi aūt cōitatis tria dēt hō, primo fidelitatē, secūdo reuerētiam, tertio famulatū. Fidelitas quidē ad dn̄m in hoc consistit, ut honorē principatus ad aliū non deferat, & quātū ad hoc accipitur primū pceptū cū dr̄: Nō habebis Deos alienos. Reuerētia aūt ad dn̄m reqrit, ut nihil iniuriosum in eū committat. & quantū ad hoc accipitur ſm præceptū, quod est: Nō assumēs nomē dn̄i Dei tui in uanū. Famulatus aūt debet dn̄o in recōpensatione bn̄ficiorum, q ab ipso pcipiūt subditi. Et ad hoc ptinet tertiū pceptū de sanctificatione sabbathi in memoriā creationis rerū. Ad proximos aūt aliquis bn̄ se hēt, & speciair, & gn̄aliter. Speciair quidē quantū ad illos, quorū est debitor, ut eis debitum reddat. & quantū ad hoc accipit pceptū de honoratione parētum. Gn̄alr aūt quantū ad oēs, ut nulli nocumentū inferat neque opere, neque ore, neque corde. Opere quidem infertur nocumentum proximo, quandoque quidē in propriam personam, quantum ad consistentiā psonæ. & hoc phibet p hoc quod dr̄: Nō occides. Qnq; aūt in psonā coniunctā, quātū ad ppagationē prolis. & hoc prohibet cū dr̄: Nō mœchaberis. Qnq; aūt in rē possessam, q ordinat ad utrunque, & quantū ad hoc dr̄, Non furtū facies. Nocumentū aūt oris prohibet, cū dr̄: Nō loqueris ꝯ proximū tuum falsum testimoniū. Nocumentum aūt cordis phibetur, cū dr̄: Nō concupisces. Et secūdū hanc ēt dr̄iam possent distingui tria pcepta ordinantia in Deū, quorum primū ptinet ad opus. vnde ibi dr̄: Non facies sculptile. Secundū ad os. unde dr̄: Non assumes nomen Dei tui in uanū. Tertiū ptinet ad cor, quia in sanctificatione sabbathi, ſm quod est morale pceptum, præcipitur quoties cor dis in Deū. Vel ſm * Aug. per primum pręceptum reuereamur unitatē primi principij, per secundum ueritatē diuinā, p tertium eius bonitatem qua sanctificamur, & in qua quiescimus sicut in fine. In ps. 32. cōcione 1 parū ante me. 10. & 1. q. q. 71. to. 4. in Exo. q.

Ad primvm ergo pōt r̄nderi dupliciter. Primo quidem, qa pręcepta decalogi referunt ad pcepta dilectionis. Fuit aūt dandū pceptum homini de dilectione Dei, & proximi: qa quantū ad hoc, lex naturalis obscurata erat pp peccatū, non aūt quātū ad dilectionē suipsius: qa quantū ad hoc, lex naturalis uigebat: uel quia ēt dilectio suipsius includit in dilectione Dei, & proximi. In hoc. n. hō uere se diligit, q se ordinat in Deum. & iō in pceptis decalogi ponunt solū pcepta ptinentia ad pꝛoximū, & ad Deū. Alr pōt dici, q præcepta decalogi sunt illa, q immediate populus recipit a Deo, unde dicit Deut. 10. Scripsit in tabulis iuxta id, q prius scripserat, uerba decē, q locutus est ad uos Dn̄s. vn̄ oportet pcepta decalogi talia esse, q statim in mēte populi cadere psit: pceptum aūt habet rōnem debiti. Quod aūt hō ex necessitate dēat aliquid Deo, uel pximo, hoc de facili cadit in cōceptione hois, & pcipue fidelis: sed q aliqd ex necessitate sit debitū homini de his, q ptinent ad seipsum, & nō ad aliū, hoc nō ita i prōptu apparet. Vr̄. n. primo aspectu, q quilibet sit liber in his, q ad ipsum ptinēt: & iō pcepta, qb. prohibentur inordinationes hois ad se ipsum, perueniunt ad populū mediante instructione sapientū, unde non pertinent ad decalogum.

Ad II. dicēdū, q omnes solemnitates legis ueteris sunt institutæ in commemorationē alicuius diuini beneficij, uel præteriti commemorati, uel futuri præfigurati: & similiter propter hoc omnia sacrificia offerebantur. inter omnia autem beneficia Dei commemoranda, primum, & pręcipuum erat beneficium creationis, quod commemoratur in sanctificatione sabbathi. Vnde Exo. 20. p rōne huius præcepti ponitur. Sex. n. dieb. fecit Deus cœlum, & terram &c. Inter omnia autem futura bn̄ficia, q erant præfiguranda, præcipuū, & finale erat quies mentis in Deo, uel in præsenti per gratiam, uel in futuro p gloriam, quæ ēt figurabatur per obseruātiā sabbathi. Vnde dicitur Isa. 58. Si auerteris

a sab-

à sabbatho pedem tuũ, facere uoluntatem tuã in A die sancto meo, & uocaueris sabbathum delicatũ & sanctũ Dñi gloriosum. Hæc.n. beneficia primo, & principaliter sunt in mente hoium, maxime fidelium: aliæ uero solemnitates celebrantur pp aliqua particularia bñficia t̃paliter transeuntia, sicut celebratio Paschę pp bñficiũ p̃teritæ liberationis ex Aegypto, & pp futurã passionẽ Christi q̃ t̃paliter trãsiuit inducẽs nos i q̃etẽ sabbathi sp̃ualis. & iõ p̃termissis oibus alijs solẽnitatib* & sacrificiis, q̃ solo sabbatho fiebat mẽtio iter p̃cepta decalogi.

Ad III. dicendum, q̃ sicut Apostolus dicit ad Heb. 6. Hoies per maiorem se iurant, & ois contro B uersiæ eorum finis ad confirmationem est iurm: & ideo quia iurm est oibus cõe pp hoc prohibitio inordinationis circa iurm, specialiter p̃cepto decalogi prohibet. Pctm uero falsæ doctrinæ nõ ptinet nisi ad paucos: vñ nõ oportebat, ut de hoc fieret mentio inter p̃cepta decalogi. quis ẽt quantũ ad aliquẽ intellectũ, in hoc q̃d dr̃, Nõ assumes nomẽ Dei tui in uanum, phibetet falsitas doctinę una.n. glossa exponit Nõ dices Chrm ẽẽ creaturã.

Ad IIII. dicendum, q̃ statim rõ naturalis homini dictat, q̃ nulli iniuria faciat: & iõ præcepta decalogi prohibentia nocumẽtum extendunt se ad C oẽs. Sed rõ naturalis nõ statim dictat, q̃ aliquid fit pro alio faciendum, nisi cui hõ aliquid dẽt. Debitum aũt filii ad patrẽ adeo est manifestum, q̃ nulla tergiuersatione põt negari, eo q̃ pater est principium gñationis, & esse, & insuper educationis, & doctrinæ: & iõ non ponitur sub p̃cepto decalogi, ut aliquod beneficium, uel obsequium alicui impendat, nisi parentibus: parentes aũt non uidẽtur esse debitores filiis pp aliqua bñficia suscepta, sed potius ecõuerso. Filius ẽt est aliquid patris, & patres amant filios ut aliquid ipsorum, sicut dicit *Cap. 12. non lõge à princi. tom. 5. *Philosophus i 8. Eth. Vñ eisdẽ rõnib* nõ ponunt D aliqua p̃cepta decalogi ptinẽtia ad amorẽ filiorũ, sicut neq; ẽt aliqua ordinantia hoiem ad seipsum.

Ad V. dicẽdũ, q̃ delectatio adulterii, & utilitas diuitiarum sunt pp seipsa appetibilia, inquantum hñt rõnem boni delectabilis, uel utilis: & pp hoc oportuit in eis prohiberi non solum opus, sed ẽt concupiscentiã. Sed homicidiũ, & falsitas sunt f̃m seipsa horribilia, quia proximus, & ueritas naturaliter amant, & nõ desiderantur nisi pp aliud: & iõ nõ oportuit circa pctm homicidii, & falsi testimonii, prohibere peccatum cordis, sed solum operis.

*q. 23. a. 1. Ad VI. dicendũ, q̃ sicut *s̃. dictũ est, oẽs pas- E siones irascibilis deriuantur à passionibus cõcupiscibilis: & iõ in p̃ceptis decalogi, q̃ sũt quasi prima elemẽta legis, nõ erat mẽtio facienda de passionibus irascibilis, sed solũ d̃ passionib. cõcupiscibilis.

SVPER QVÆ. C. ART. IIII. ET VII.

115 Porrecta per totum. 3. d. 37. a. 2. q. 3. In art. 4. & 7. uide argelimũ cap. Esto di. ut gspicias quid author allegat, aut tur onit quoniã ibi sia p̃cepta simul, & ponunt, & ptemia,

Articvlvs VI.

Vtrum conuenienter ordinentur decem præcepta decalogi.

Ad sextvm sic p̃cedit. Vr̃ q̃ inconuenienter ordinentur decem p̃cepta decalogi. Dilectio.n. proximi vr̃ esse A præuia ad dilectionem Dei, qnia proximus est nobis magis notus q̃ Deus, f̃m illud. 1. Io. 3. Qui fratrem suum quem uidet non diligit, Deum quem non uidet, quõ põt diligere? sed tria prima præcepta pertinent ad dilectionẽ Dei, septẽ uero alia ad dilectionẽ p̃ximi ergo inconuenienter præcepta decalogi ordinantur.

& cõminationes &c. q Sextus articulus notandus, & non exponendus occurrit.

¶ 2 Præt. Per præcepta affirmatiua imperanẽ actus uirtutũ, p̃ p̃cepta uero negatiua prohibenẽ actus uitiorum: sed f̃m Boetium in cõmento Prędicamẽtorum, h prius sunt extirpãda uitia, q̃ inserant uir B tutes. ergo inter p̃cepta ptinẽtia ad p̃ximũ, primo ponenda fuerunt p̃cepta negatiua, q̃ affirmatiua.

¶ 3 Præ. Præcepta legis danẽ de actibus hoium: sed h prior est actus cordis, q̃ oris, uel exterioris operis. ergo inconuenienti ordine p̃cepta de nõ cõcupiscendo, quę pertinent ad cor, ultimo ponuntur.

Sed contra est, quod Apostol. dicit Rom. 13. Quæ à Deo sunt, ordinata sunt: sed præcepta decalogi sunt immediate data à Deo, ut * dictum est ergo conuenientem ordinem habent. *ar. 3. huius q.

Resp. Dicendũ, q̃ sicut * dictũ est præcepta decalogi dantur de his q̃ statim in prõptu mens hois *ar. 1. & 1 ad 1. arg. C suscipit. Manifestum est aũt, q̃ tãto aliquid magis à rõne sulcipitur, quanto contrariũ est grauius, & magis repugnans rõni. Manifestum est aũt, q̃ cum rõnis ordo à fine incipiat, maxime est cõtra rõnẽ ut hõ inordinate habeat se circa finem. Finis autẽ, humanæ uitæ & societatis, est Deus: & iõ m primo Cõclusionis pars 1 oportuit p p̃cepta decalogi hniem ordinare ad Deum, n cum eius contrarium sit grauissimũ: sicut ẽt in exercitu, qui ordinatur ad ducem sicut ad finem, primum est q̃ miles subdatur duci, & huius cõtrarium est grauissimum: f̃m uero, ut aliis co- Cõclusionis pars 2 D ordinetur. q Inter ipsa aũt, p q̃ ordinamur in Deũ, primum occurrit q̃ hõ fideliter ei subdatur, nullã participationem cum inimicis hñs. Secundum aũt est, q̃ ei reuerentiam exhibeat. r Tertiũ aũt est, q̃ Cõclusio nis pars 3 ẽt famulatũ impendat: s maiusq; pctm est in exercitu, si miles infideliter agens, cum hoste pactum habeat, q̃ si aliquam irreuerentiam faciat duci: & hoc est etiã grauius, q̃ si in aliquo obsequio ducis deficiens inueniatur. In præceptis aũt ordinãtib. ad proximum, manifestum est q̃ magis repugnat rõni, & grauius pctm est, si hõ non seruet ordinẽ debitum ad personas, quibus est magis debitor: & E iedo inter præcepta ordinantia ad proximũ t pri- Cõclusio nis pars 4 mo ponitur p̃ceptum pertinens ad parentes. y Inter alia uero præcepta ẽt apparet ordo f̃m ordinem grauitatis peccatorum. Grauius est.n. & magis rõni repugnans peccare opere, q̃ ore, & ore q̃ corde & inter peccata operis grauius est homicidium, per quod tollitur uita hominis iam existentis, quã adulterium, per quod impeditur certitudo prolis nasciturę: & adulteriũ grauius est quàm furtum, quod pertinet ad bona exteriora.

Ad primvm ergo dicendũ, q̃ quis f̃m uiã sensus proximus sit magis notus q̃ Deus, tñ dilectio Dei est rõ dilectionis proximi, ut infra patebit: & ideo præcepta ordinantia ad Deũ, fuerunt p̃ordinãda.

tes ipsum destruerent. Tertia uero rõ est, ne q̄ libet trib. vellet hēre locū illū in sorte sua, & pp hoc orirenē lites, & iurgia: & iō nō fuit ædificatū tēplum, donec hērent regē, p quē posset hmōi iurgiū compesci. Antea vero ad cultū Dei erat ordinatū tabernaculū portatile p diuersa loca, quasi nōdū existēte determinato loco diuini cultus. Et hæc ē rō lrālis diuersitatis tabernaculi, & tēpli. Rō aūt figuralis ē pt, qa p hæc duo signāt duplex status. Per tabernaculū.n. q̄ ē mutabile, signaē stat⁹ psentis vitę mutabilis. Per tēplū vero, qđ erat fixū, & stans, significat status futuræ vitæ, q̄ oino immutabilis est & pp hoc in ædificatione tēpli dr̄, qđ nō est auditus sonitus mallei, uel securis, ad signādū q̄ oīs perturbationis tumultus lōge erit à statu futuro. Vel per tabernaculū signatur status ueteris legis: per templū autē à Salomone constructum, status nouæ legis. unde ad constructionem tabernaculi soli Iudæi sunt operati: ad ædificationem uero templi cooperati sunt etiam Gentiles. s. Tyrij, & Sidonij.

De altari. AD 3m dicendū, q̄ rō vnitatis tēpli, uel tabernaculi pt esse, & lrā. is, & figuralis: lrālis quidem est rō ad exclusionem idolatriæ, quia Gentiles diuersis dijs diuersa tēpla constituebant. & iō ut firmaret in animis hoium fides vnitatis diuinæ, uoluit Deus ut in vno loco tm̄ sibi sacrificium offerret: & iterū ut per hoc ostenderet, q̄ corporalis cultus nō pp se erat ei acceptus: & iō cōpescebant ne passim, & ubiq; sacrificia offerrent. Sed cultus nouæ legis, in cuius sacrificio spūalis gratia continetur, est ēm se Deo acceptus: & iō multiplicatio altariū, & tēplorū acceptaē in noua lege. Quantū uero ad ea, q̄ ptinebant ad spūalem cultū Dei, qui consistit in doctrina legis, & pphetarū, erant ēt in ueteri lege diuersa loca deputata, in quib. cōueniebat ad laudē Dei, q̄ dicebanē synagogæ, sicut, & nūc dnr̄ ecclæ, in quib. populus Christianus ad laudem Dei congregatur. & sic Ecclesia nostra succedit in locum, & templi, & synagogæ: quia ipsum sacrificium Ecclesiæ spūale est: unde non distinguitur apud nos locus sacrificij à loco doctrinæ. Ratio autem figuralis esse potest, quia per hoc significabatur vnitas ecclesiæ uel militantis, uel triumphantis.

De velo taberna-culi, & tabernaculo. AD 4m dicendū, q̄ sicut in unitate templi, uel tabernaculi repræsentabat vnitas Dei, uel unitas ecclesiæ: ita ēt in distinctione tabernaculi, uel tē pli repræsentabatur distinctio eorū, q̄ Deo sunt subiecta, ex quib. in Dei uenerationē cōsurgimus. Distinguebat aūt tabernaculū in duas partes, in vnam, q̄ vocabaē Sancta sanctorum, q̄ erat Occidētalis: & alia, q̄ uocabaē Sancta, q̄ erat ad Orientem. & iterū ante tabernaculū erat atriū. Hæc igitur distinctio duplicem hēt rōnem, vnam quidem ēm qđ tabernaculū ordinatur ad cultū Dei sic. diuersę partes mūdi in distinctione tabernaculi figuranē: na pars illa, q̄ Sancta sanctorum dr̄, figurabat sæculum altius qđ est spūalium substantiarum. Pars uero illa, q̄ dr̄ sancta, exprimebat mundum corporalem: & iō sancta à Sanctis sanctorū distinguebaē quodam velo, qđ quatuor colorib. erat distinctū, per quos quatuor elementa designanē, s. bysso, p qđ designatur terra, quia byssus, i. linum de terra nascitur pura, p qua signatur aqua. fiebat. n. purpureus color ex quibusdā cōchis, q̄ inueniunē in mari: hyacintho, per quē signāatur aer, qa hēt aereū colorē: & cocco bis tincto, per quē designaē ignis. Et ideo quia materia quatuor elementorū est impedimentū, p qđ velanē nobis incorporales substantiæ, in interius tabernaculū, i. Sancta sctōrum solus summus Saeerdos, & semel in anno introibat, ut designaretur, q̄ hæc est finalis perfectio hois, ut ad illud sæculū introducaē. In tabernaculū uero exterius, i. in Sancta, introibāt sacerdotes quotidie, nō aūt populus, q̄ solū ad atriū accedebat: qa ipsa corporalia populus percipere pōt, ad interiores aūt eorū rōnes soli sapiētes * pt cōsiderationē attingere pōt: ēm uero rōnem figuralē, per exterius tabernaculū, quod dr̄ Sancta, signatur status ueteris legis, ut Apost. dicit ad Heb. 9. quia ad illud tabernaculū semper introibāt sacerdotes sacrificiorū officia cōsummātes. Per interius uero tabernaculum qđ dr̄ Sancta sctōrum, signatur uel cæleltis gloria, uel ēt status spūalis nouæ legis, q̄ est q̄dam inchoatio futuræ gloriæ, in quē statū nos Christus introduxit, qđ figurabaē per hoc, q̄ sūmus Sacerdotes semel in anno solus in Sancta sctōrū introibat: uelum aūt figurabat spūalium occultationem sacrificiorom in ueterib. sacrificijs, qđ velum quatuor coloribus erat ornatum, bysso quidem, ad designādam carnis puritatē: purpura aūt, ad figurandum passiones, quas sctī sustinuerūt p Deo: cocco bis tincto, ad signandum charitatem geminam Dei, & proximi: hyacintho aūt significabat cæleltis meditatio. Ad statū aūt ueteris legis aliter se habebat populus, & aliter sacerdotes: nā populus ipsa corporalia sacrificia cōsiderabat, q̄ in atrio offerebanē: sacerdotes uero rōnem sacrificiorū cōsiderabāt, habentes fidē magis explicitā de mysteriis Christi: & iō intrabāt, i exterius tabernaculū, qđ ēt quodam velo distinguebaē ab atrio: qa q̄dam erant uelata populo circa mysteriū Christi, q̄ sacerdotib. erant nota, non tamen erant eis plene reuelata, sicut postea in nouo testamento, ut hebetur Eph. 3.

*Alias sacerdotes.

AD 5m dicēdū, q̄ adoratio ad Occidentē fuit introducta in lege ad excludēdā idolatriā, nam oēs Gentiles in reuerentiā Solis adorabant ad Orientem: vñ di Eze. 8. q̄ quidā habeb ant dorsa p̄ templum Dn̄i, & facies ad Orientē, & adorabāt ad ortū Solis: vn ad hoc excludendū tabernaculū habebat Sancta sctōrum ad Occidentē, ut uersus Occidentem adorarent. Rō ēt figuralis esse pōt: quia totus status prioris tabernaculi ordinabatur ad significandum mortem Christi, quæ figuratur per occasum secundum illud psalm. 67. Qui ascendit super occasum, Dominus nomen illi. De loco adorationis.

AD 6m dicēdū, q̄ eorum, q̄ in tabernaculo continebanē, rō reddi pt & lrālis, & figuralis. Lrālis quidem p relationē ad cultū diuinū. Et quia dictū ē, * q̄ per tabernaculū interius, qđ dicebat Sancta sanctorū, signabatur sæculum altius spūalium substātiarum, iō in illo tabernaculo tria cōtinebantur, s. arca testi in qua erat vrna aurea, hēns manna, & De his quæ erāt in tabernac. * In solu. arg. pced

virga Aaron, q̃ fronduerat, & tabulæ, in quib. erãt scripta decẽ pcepta legis. Hæc aũt arca sita erat inter duos cherubim, q̃ se mutuis vultib. respiciebãt & super arcã erat q̃dam tabula lapidea, q̃ dicebaẽ propitiatorium super alas cherubim: quasi ab ipsis cherubim portaretẽ, ac si imaginaretẽ, ꝙ illa tabula esset sedes Dei: vñ, & propitiatoriũ dicebaẽ, quasi exinde populo propitiaretẽ ad preces summi sacerdotis: & iõ quasi portabaẽ à cherubim, quasi Deo obsequentib. arca. uero testi erat tanquam scabellũ sedentis supra ꝓpitiatoriũ. Per hæc aũt tria, designantur tria, q̃ sunt in illo altiori sæculo, s. Deus, qui super oĩa est, & incõprehensibilis oĩ creaturę, & pp hoc nulla similitudo eius ponebaẽ ad repræsentandã eius inuisibilitatem: sed ponebaẽ q̃dam figura sedis eius, quia. s. creatura comprehensibilis est, q̃ est subiecta Deo, sicut sedes sedenti. Sunt ẽt in illo altiori sæculo spũales substantiæ, q̃ angeli dñr, & hi signantur per duos cherubim, mutuo se respicientes, ad designandã cõcordiam eorũ adinuicem, ſm illud Iob. 25. Qui facit cõcordiã in sublimib. Et pp hoc ẽt non fuit vnus tm̃ cherubim, ut designaret multitudo cęlestium spirituũ, & excluderetẽ cultus eorũ ab his, quib. p̃ceptũ erat, ut solũ vnũ Deũ colerent. Sunt ẽt in illo intelligibili sæculo rões oĩum eorũ, q̃ in hoc sæculo perficiuntur quodammodo clausæ: sicut rões effectuũ clauduntur in suis causis, & rões artificiatorũ in artifice, & hoc significabaẽ p arcam, in qua repræsentabantur p tria ibi contenta tria, q̃ sunt potissima in rebus humanis, s. sapientia, q̃ repræsentabaẽ p tabulas testi, ptãs regiminis, q̃ repræsentabaẽ p virgam Aaron: uita, q̃ repræsentabaẽ per mãna, qđ fuit sustentamentũ vitæ. Vel p hæc tria, signabantur tria Dei attributa, s. sapientia in tabulis, potẽtia in virga, bonitas in mãna: tum pp dulcedinẽ: tũ quia ex Dei misericordia est populo suo datũ: & iõ in memoriam diuinæ misericordię cõseruabatur: & hęc tria et figurata sunt in visione Isaiæ. Vidit. n. Dñm sedentem sup soliũ excelsum, & eleuatũ, & Seraphim assistentes, & domũ impleri à gloria Dei: vñ, & Seraphim dicebãt, Plena ẽ oĩs terra gloria eius: & sic similitudines Seraphim nõ ponebanẽ ad cultum, qđ prohibebatur primo legis p̃cepto, sed in signũ ministerij, ut dictũ est.* In exteriori uero tabernaculo, qđ signabat p̃sens sæculũ, continebantur ẽt tria. s. altare thymiamatis, qđ directe erat ꝯ arcã: mensa aũt propositionis, super quã 12. panes apponebantur, erat posita ex parte Aquilonari, candelabrũ uerò ex parte Australi. Quæ tria vñr rñdere tribus, q̃ erant in arca clausa: sed magis manifeste eadẽ representabant: oportet. n. rões rerũ ad manifestiorem demonstrationẽ pduci, q̃ sint in mente diuina, & angelorũ ad hoc, ꝙ hoĩes sapientes eas cognoscere possint, qui signantur p sacerdotes ingredientes tabernaculũ. In candelabro igitur designabatur sicut in signo sensibili sapientia, q̃ intelligibilib. uerbis exprimebaẽ in tabulis. Per altare uero thymiamatis, signabatur officiũ sacerdotũ, quorũ erat populũ ad Deũ reducere: & hoc ẽt signabatur per virgã: nã in illo altari incẽdebaẽ

In ista so lut. huius arg.

F thymiama boni odoris, p qđ signabaẽ sanctitas populi acceptabilis Deo. Dr̃ enim Apoca. 7. ꝙ per fumum aromatũ, signantur iustificationes sctõrum. Cõuenienter autem sacerdotalis dignitas in arca signabatur p virgam, in exteriori uero tabernaculo p altare thymiamatis: quia sacerdos mediator est inter Deum, & populum, regens populum per ptãtem diuinã, quam virga signat, & fructum sui regiminis, s. sanctitatem populi accepta Deo offerre, quasi in altari thymiamatis. Per mensam autem signatur tpale nutrimentũ vitæ, sicut, & per manna: sed hoc est cõuenientius, & grossius nutrimentũ: illud aũt suauius, & subtilius. Conuenienter aũt candelabrũ ponebaẽ ex parte Australi: mensa aũt ex parte Aquilonari: quia Australis pars est dextra pars mundi: Aquilonaris aũt sinistra, ut dr̃ in 2. de cæl. & mun.* sapiẽtia aũt pertinet ad dextrã, sicut, & cætera spũalia bona tpale aũt nutrimentum ad sinistram, ſm illud Prouer. 3. In sinistra illius diuitiæ, & gloria. Ptãs aũt sacerdotalis media est inter tpalem, & spũalem sapientiam, quia per eam, & spũalis sapientia, & tpalia dispẽsantur. Põt aũt, & horum alia rõ assignari magis lr̃alis. In arca. n. continebanẽ tabulæ legis, ad tollendam legis obliuionẽ: vñ dr̃ Exo. 24. Dabo tibi duas tabul[a]s lapideas, & legẽ ac mãdata, q̃ scripsi, ut doceas filios I[sr]ael. Virga uero Aaron ponebaẽ ibi ad cõprime[n]dam dissensionem populi de sacerdotio Aaron [v]ñ dr̃ Num. 17. Refer uirgam Aaron in tab[ern]acu[lum] te[sti]monij, ut reseruetẽ in signũ rebellium filiorũ [Is]rael. Manna aũt conseruabaẽ in arca ad cõmemorandũ bñficium, qđ Dñs pstitit filijs Israel in deserto: vñ dr̃ Exo. 16. Imple gomor ex eo, & custodiatur in futuras retro gñationes, ut norint pa[n]es, quib. a[l]ui vos in solitudine. Candelabrum uero erat institutum ad honorificentiã tabernacu[l]i pertinet. [n]. ad magnificentiam domus, ꝙ sit bene luminosa. Habebat aũt candelabrũ sep̃tẽ calamos, ut Ios[e]phus dicit,* ad signandum septẽ planetas quib[u]s totus mundus illuminaẽ: & iõ ponebaẽ candelab[r]um ex parte Australi, qa ex illa parte est nobis planetarũ cursus. Altare uero thymiamatis erat institutum, ut iugiter in tabernaculo esset fumus boni odoris. tũ pp uenerationẽ tabernaculi, tũ ẽt in remedium fœtoris, quẽ oportebat accidere ex effusione sanguinis, & occisione aĩalium. Ea. n. q̃ sunt fœtida, despiciunẽ quasi uilia, q̃ uero sunt boni odoris, hões magis appretiantẽ. Mẽsa aũt apponebaẽ ad signandũ, ꝙ sacerdotes tẽplo seruientes in tẽplo victũ habere debebant: vñ duodecim panes superpositos mensæ, in memoriã duodecim tribuũ, soli sacerdotib. edere licitum erat, ut hr̃ Matth. 12. Mensa autem non ponebatur directe, in medio ante ꝓpitiatorium, ad excludendũ ritũ idolatriæ. nam Gentiles in sacris Lunę proponebant mensam corã idolo Lunę: vñ dr̃ Hierem. 7. Mulieres cõspergunt adipem, ut faciant placentas reginæ cœli. In atrio uero extra tabernaculũ, cõtinebatur altare holocaustorum, in quo offerebantur Deo sacrificia de his, quæ erant à populo possessa: & ideo in atrio poterat esse populus, qui huiusmodi Deo offerebat per

Lib. 2. de cælo tex. 15. & 1.

... & 10.

manus

manus sacerdotũ: sed ad interius altare, in quo ipsa A deuotio, & sanctitas populi offerebat, nõ poterat accedere nisi Sacerdotes, quorũ erat Deo offerre populũ. Est åt hoc altare extra tabernaculũ i atrio cõstitutũ ad remouendũ cultũ idolatriæ: nã Gentiles ifra tẽpla & altaria cõstituebãt ad immolandũ idolis. Figuralis uero ratio omniũ horũ assignari pt ex relatione tabernaculi ad Christũ, q figurabat. Est åt cõsiderãdũ, ꝙ ad designãdũ imperfectionem legaliũ figurarũ diuersæ figurę fuerũt institutę in tẽplo ad sigfiãdũ Christũ. Ipse enim sigfiatur ꝑ ꝓpitiatoriũ, quia ipse est propitiatio ꝓ peccatis nostris, ut dr̃ primæ Ioannis secundo. Et conuenien- B ter hoc propitiatoriũ a cherubim portat: quia de eo scriptũ est, Adorent eũ oẽs angeli Dei, ut habet Hebr. 1. Ipse ẽt significat ꝑ arcã: qa sicut arca erat cõstructa de lignis sethim, ita corpus Christi de mẽbris purissimis cõstabat. Erat aũt deaurata: qa Christus fuit plenus sapiẽtia, & charitate, q̃ ꝑ aurũ significat. Intra arcã åt erat urna aurea, idest, sancta aĩa habens manna, idest oẽm plenitudinẽ sanctitatis, & diuinitatis. Erat ẽt in arca uirga, idest ptãs sacerdotalis: quia ipse est factus sacerdos in æternũ. Erãt ẽt ibi tabulæ testamẽti ad designandũ, ꝙ ipse Christus est legis dator ipse ẽt Christus significat C ꝑ candelabrũ: quia ipse dicit, Ego sum lux mundi. Per septẽ lucernas, septẽ dona sancti Spiritus. Ipse ẽt sigfiatur ꝑ mensam: quia ipse spiritualis cib. ẽm illud Ioãnis 6. Ego sum panis uiu⁹. Duodecim enim panes sigñabãt duodecim Apostolos, uel doctrinã eorũ. Siue ꝑ candelabrũ & mensam pt significari doctrina, & fides Ecclesiæ, quæ ẽt illuminat spũaliter reficit. Ipse ẽt Christus sigñatur ꝑ duplex altare scilicet holocaustorũ, & thymiamatis: quia ꝑ ipsũ oportet nos Deo offerre oĩa uirtutũ opa, siue illa, qbus carnẽ affligimus, q̃ offerunt quasi in altari holocaustorũ: siue illa, q̃ maiori mẽtis pfectiõe ꝑ spi D ritualia: pfectorũ desideria Deo offerunt i Xp̃o quasi in altari thymiamatis, ẽm illud ad Hebr. ulti. Per ipsum ergo offeramus hostiã laudis semꝑ Deo.

Ad 7m dicendum, ꝙ Dominus precepit altare cõstrui ad sacrificia, & munera offerenda in honorẽ Dei, & sustentationem ministrorum, qui tabernaculo deseruiebant. De constructione autem altaris datur à Domino duplex preceptum: unum quidem in principio legis Exod. 20. ubi Dominus mãdauit quòd facerent altare de terra, uel saltem de lapidibus non sectis, & iterum quòd non facerent altare excelsum, ad quod oporteret per gradus ascẽdere, E & hoc ad testandum idolatriæ cultũ. Gentiles enim idolis construebant altaria ornata, & sublimia, in quibus credebant aliquid sanctitatis, & numinis esse: propter quod etiam Dominus mandauit Deut. 16. Nõ plantabis lucum, & omnem arborem iuxta altare domini Dei tui. Idolatrę.n. cõsueuerunt sub arboribus sacrificare, propter amœnitatẽ, & umbrositatem. Quorum etiam preceptorum ratio figuralis fuit: quia in Christo, qui est nostrum altare debemus confiteri ueram carnis naturam quantũ ad humanitatem, quod est altare de terra facere: & quantum ad diuinitatem debemus in eo confiteri

De altarium uera cõstructione.

Patris æqualitatem, quod est non ascendere ꝑ gradus ad altare. Nec ẽt iuxta Christũ debemus admittere doctrinã Gentiliũ ad lasciuiã prouocantẽ. Sed facto tabernaculo ad honorẽ Dei, nõ erant timendæ hmõi occasiones idolatriæ: & iõ Dñs mandauit ꝙ fieret altare holocaustorũ de ære, quod esset oĩ populo conspicuũ, & altare thymiamatis de auro quod soli Sacerdotes uidebant. Nec erat tanta pretiositas æris, ut per huius copiã populus ad aliquã idolatriã prouocaretur. Sed quia Exo. 20. ponitur pro rõne huius ꝑcepti. Nõ ascendes ꝑ gradus ad altare meũ, id quod subdit: Ne reueletur turpitudo tua, considerandum est, ꝙ hoc ẽt fuit institutum ad excludendam idolatriã. Nã in sacris Priapi sua pudẽda Gentiles populo denudabant: postmodũ aũt indictus est sacerdotibus fęminaliũ usus ad tegmẽ pudendorũ: & ideo sine periculo institui poterat tãta altaris altitudo, ut ꝑ aliquos gradus ligneos nõ stantes, sed portatiles in hora sacrificii sacerdotes ad altare ascenderent sacrificia offerentes.

Ad 8m dicẽdũ, ꝙ corpus tabernaculi cõstabat ex qbusdã tabulis in lõgitudinẽ erectis, q̃ qdẽ interius tegebant qbusdã cortinis ex quatuor colorib. uariatis, s. de bysso retorta, & hyacintho, ac purpura, coccoq; bis tincto: sed hmõi cortinæ tegebant solũ latera tabernaculi. In tecto åt tabernaculi erat operimẽtũ unũ de pellib. hyacinthinis, & sup hoc aliud de pellibus arietũ rubricatis, & desuper tertiũ de qbusdã sagis cilicinis, q̃ nõ tm̃ operiebãt tectũ tabernaculi, sed et descẽdebant usq; ad terrã, & tegebãt tabulas tabernaculi exterius. Horũ åt operimentorũ ratio literalis in cõi erat ornatus, & protectio tabernaculi, ut in reuerentia haberet. In spãli uero ẽm quosdã, ꝑ cortinas designabat cęlũ syderum quod est diuersis stellis uariatũ: ꝑ saga aquę, q̃ sunt supra firmamentum: ꝑ pelles rubricatas cælũ empyreum, in quo sunt angeli: ꝑ hycinthinas cęlũ sanctæ Trinitas. Figuralis autem ratio horum est, quia per tabulas, ex quibus construebat tabernaculum, significant Christi fideles, ex qbus cõstruit Ecclesia. Tegebant autem interius tabulæ cortinis quatuor coloribus: quia fideles interius ornat quatuor uirtutibus. nã in bysso retorta, ut glossa dicit, *significat caro castitate renitẽs: in hyacintho, mẽs supna cupiẽs i purpura, caro passionibus subiacẽs: in cocco bis tincto, mens inter passiones Dei, & ꝑximi dilectione ꝑfulgẽs. Per operimenta uero tecti designant plati & doctores, in quibus debet renitere cælestis conuersatio, quod significatur ꝑ pelles hyacintinas: promptitudo ad martyrium, quod significat pelles rubricatę: austeritas uitæ, & tolerantia aduersorum, quę significant ꝑ saga cilicina, quę erant exposita uentis, & pluuiis, ut gloss. dicit.*

De operimentis tabernaculi

Glo. ordi. exo. 26. & dicitur esse Bedæ.

Glo. ordin. loco nũc dicto.

Ad 9m dicẽdũ, ꝙ sanctificatio tabernaculi, & uasorum eius habebat causam literalem, ut in maiori reuerentia haberet, quasi ꝑ hmõi consecrationem diuino cultui deputatum. Figuralis aũt ratio est, qa per huiusmodi sanctificationem significatur spiritualis sanctificatio uiuentis tabernaculi, scilicet, fidelium ex quibus constituitur ecclesia Christi.

De festiuitatibus & solennitatibus uariis.

Ad 10m dicẽdum, ꝙ in ueteri lege erãt septem

solēnitates temporales,& una continua, ut potest colligi Num.28.& 29.Erat enim quasi continuum festum,quia quotidie mane,& uespere immolabat agnus,& per illud continuum festū iugis sacrificii repræsentabatur ꝑpetuitas diuinæ beatitudinis.Festorū aūt rpaliū primū erat,quod iterabat̄ qualibet septimana:& hęc erat solēnitas sabbathi, qđ celebrabatur in memoriā creationis rerū,ut s̄.dictū est. *Alia aūt solēnitas iterabat̄ quolibet mēse.s.festū Neomeniæ,quod celebrabat̄ ad cōmemorandū opus diuinæ gubernationis.Nam hæc inferiora ꝑcipue uariant̄ ſm motū Lunę:& iō celebrabatur hoc festū in nouitate Lunæ, nō āt in eius plenitudine, ad euitandū idolatrarū cultū, qui in tali tpe Lunæ sacrificabant.Hæc duo beneficia sunt cōia toti humano generi,& iō frequentius iterabantur:alia uero quinq; festa celebrabant̄ semel in anno,& recolebatur in eis beneficia specialiter illi populo exhibita.Celebrabatur enim festū Paschę primo mēse ad cōmemorandū liberationis beneficiū ex Aegypto.Celebrabat̄ aūt festū Pētecostes post quinquaginta dies,ad recolēdū beneficiū legis datæ:alia uero tria festa celebrabant̄ in mēse septimo,qui quasi totus apud eos erat solēnis, sicut & septim⁹ dies. In prima enim die mēsis septimi erat festū tubarū, in memoriā liberationis Isaac, qñ Abrahā inuenit ariētē hærētē cornibus,quē repræsentabāt ꝑ cornua,quib.buccinabāt.Erat āt festū tubarū,quasi q̄dā inuitatio,ut ꝑpararēt se ad seq̄ns festū,qđ celebrabat̄ decimo die:& hoc erat festū expiationis in memoriā illius beneficii, quo Deus propitiatus est peccato populi de adoratiōe uituli ad preces Moysi.Post hoc āt celebrabat̄ festū scenophegiæ, idest tabernaculorū septē dieb.ad cōmemorādū beneficiū diuinę ꝓtectionis,& deductionis ꝑ desertū ubi in tabernaculis habitauerūt:unde i hoc festo debebāt hr̄e fructū arboris pulcherrimæ.i.citrū & lignū densarū frondiū,idest,myrthū,q̄ sunt odorifera,& spatulas palmarum,& salices de torrēte,q̄ diu retinēt suū uirorē: & hæc inueniuntur in terra promissionis,ad signādū, ꝙ ꝑ aridā terrā deserti eos duxerat Deus ad terrā deliciosam.Octauo āt die celebrabat̄ aliud festū.s.cętus atq; collectæ, in quo colligebātur à populo ea,q̄ erant necessaria ad expensas cultus diuini,&significabat̄ adunatio populi,& pax ꝑstita in terra promissionis.Figuralis āt rō horū festorū est,quia ꝑ iuge sacrificiū agni figuratur ꝑpetuitas Christi,qui est agnus Dei,ſm illud Heb. ult.Iesus Christus heri,& hodie, ipse & in sæcula. Per sabbatū āt designatur spūalis requies nobis data ꝑ Christū,ut habet̄ ad Heb.4.Per Neomeniā āt, q̄ est intēsio nouæ Lunę,signat̄ illuminatio primitiuæ ecclesiæ ꝑ Christū eo ꝑdicante,& miracula faciente.Per festū āt Pentecostes significat̄ descēsus Spiritus sancti ih Apostolos.Per festū āt tubarū significat̄ prædicatio Apostolorū.Per festum aūt expiationis significatur emundatio à peccatis populi Christiani.Per festum autem tabernaculorū peregrinatio eorum in hoc mundo,in quo ambulant in uirtutibus proficiendo.Per festum autem cœt⁹, atq; collectæ significatur congregatio fideliū in regno cęlorū:& ideo istud festū dicebatur sanctissimū esse.Et tria festa erāt ꝯtinua adinuicē: q̄ a oportet expiatos à uitiis proficere in uirtute, qu ousque perueniant ad Dei uisionē,ut dicitur in Psa lm.83.

ARTICVLVS V.

Vtrum sacramentorum ueteris legis conueniens causa esse possit. 1.6 Exerci... per totum

ADQVINTVM sic proceditur.Videtur ꝙ sacramētorum ueteris legis cōueniens causa esse non possit ea enim, q̄ ad cultū diuinū fiunt nō debēt esse similia his,q̄ idolatræ obseruabāt:unde dr̄ Deu. 22.Nō facies similiter Dn̄o Deo tuo oēs enim abominationes q̄bus aduersatur Dn̄s,fecerūt diis suis: sed cultores idolorū in cultu eorū cultris se incidebant usq; ad effusionē sanguinis. Dr̄ enim 3.Reg. 18.ꝙ incidebant se iuxta ritum suum cultris,& lanceolis,donec perfunderētur sanguine propter qđ Dn̄s mandauit Deut.14.Nō uos incidetis,nec facietis caluitiū super mortuo.qm̄ popul⁹ sanctus es domino Deo tuo,& te elegit,ut sis ei in populū peculiarem de cunctis gentibus,qui sunt &c. Inconuenienter igitur circuncisio erat instituta in lege.

¶ 2 Præt. Ea quæ in cultum diuinum fiunt, debent honestatem,& grauitatem habere, secundū illud psal.34.in populo graui laudabo te:sed ad leuitatē quādā pertinere uī,ut homines festinanter comedant inconuenienter igitur præceptū est Exod.12. ut comederent festinanter agnum paschalē.& alia etiam circa eius comestionem sunt instituta, quæ uidentur omnino irrationabilia esse.

¶ 3 Præt.Sacramenta ueteris legis figurę fuerūt sacramentorum nouæ legis: sed per agnum paschalem significatur sacramētum Eucharistiæ,ſm illud 1.ad Corint.5.Pascha nostrum immolatus est Christus.ergo etiam debuerunt esse aliqua sacramenta in lege,q̄ præfigurarent alia sacramenta nouæ legis,sicut confirmationem, & extremam unctionē, & matrimonium,& alia sacramenta.

¶ 4 Prǽt.Purificatio non potest conuenienter fieri, nisi ab aliquib.immūditiis:sed quātum ad Deū nullū corporale reputatur immūdum,quia omne corpus creatura Dei est , & ois creatura Dei bona , & nihil reijciēdum quod cum gratiarum actione percipitur,ut dicitur 1.ad Timot.4.inconueniēter igitur purificabantur propter contactū hominis mortui , uel ꝑꝑ alicuius hmōi corporalis infectionis.

¶ 5 Prę. Ecclesi.34.dicitur, Ab immundo quid mundabitur:sed cinis uitulæ rufæ,quę cōburebatur,immundus erat,quia immundum reddebat.Dicitur.n. Num.19. quòd sacerdos qui immolabat eam commaculatus erat,usque ad uesperum. Similiter,& ille qui eam comburebat,& etiam ille, qui eius cineres colligebat. ergo inconueniēter præceptum ibi fuit, ut per huiusmodi cinerem ibi aspersum immūdi purificarentur.

¶ 6 Prę.Peccata non sunt aliquid corporale, qđ possit deferri de loco ad locū,neq; ēt ꝑ aliquid immundū potest homo à peccato mundari. inconueniēter igit̄ ad expiationem peccatorum populi,sacerdos super unū hircorū cōfitebatur peccata filiorū Israel,ut portaret ea in desertum:per alium aūt,

quo

quo vtebanť ad purificationes, simul cũ vitulo cõburentes extra castra, immundi reddebãtur, ita q̃ oportebat eos lauare uestimenta, & carnẽ aqua.

¶ 7 Præt. Illud quod iam est mundatum, non oportet iterum mundari. incõuenienter igit̃ mundata lepra hominis, uel etiam eius domus, alia purificatio adhibebatur, ut habetur Leuit. 14.

¶ 8 Præt. Spũalis immunditia nõ p̃t p corporalem aquã, uel pilorũ rasurã emundari. Irrationabile igit̃ vr̃, q̃ Dñs p̃cepit. Exo. 30. vt fieret labiũ æneũ cũ basi sua ad lauandũ manus, & pedes sacerdotũ, qui ingressuri erant tabernaculum. & quod præcipitur Num. 8. q̃ Leuitę abstergerentur aqua lustrationis, & raderent omnes pilos carnis suæ.

¶ 9 Præt. Quod maius est, non p̃t sãctificari per illud, q̃d minus est. incõuenienter igit̃ per quandã vnctionem corporalem, & corporalia sacrificia, & oblationes corporales, fiebat in lege consecratio maiorum, & minorum sacerdotum, ut habetur Leuit. 8. & Leuitarum, ut habetur Num. 8.

¶ 10 Præt. Sicut dr̃ 1. Reg. 16. Hoĩes vidẽt ea, q̃ patẽt, Deus aũt intueť cor: sed ea, q̃ exterius patẽt in hoĩe, ẽ corporalis dispõ, & indumẽta. incõuenienter igit̃ sacerdotib. maiorib. & minorib. q̃dã spãlia vestimẽta deputabanť, de quib. hr̃ Exo. 28. & sine rõne vr̃ q̃ p̃hibereť aliqs, à sacerdotio p̃p corporales defect', f̃m q̃d dr̃ Leu. 21. Hõĩ de semine tuo p̃ familias, q̃ habuerit maculã, ñ offeret panes Deo suo si cæcus fuerit, uel claudus &c. sic igit̃ vr̃ q̃d sacramenta ueteris legis irrationabilia fuerint.

SED CONTRA est, q̃ dr̃ Leuit. 20. Ego sum Dñs, q̃ sanctifico vos: sed à Deo nihil sine rõne fit. dr̃. n. in psal. 103. Oĩa in sapiẽtia fecisti. ergo in sacramẽtis ueteris legis, quæ ordinabantur ad hominum sanctificationem, nihil erat sine rationabili causa.

RESP. Dicẽdũ, q̃ sicut supra dictũ est, Sacra proprie dñr illa, q̃ adhibebant Dei cultorib. ad quandã cõsecrationẽ, p quã. s. deputabanť quodãmodo ad cultũ Dei. Cultus aũt Dei g̃nali quidẽ mõ p̃tinebat ad totũ populũ: sed spãli modo p̃tinebat ad Sacerdotes, & Leuitas, q̃ erãt ministri cultus diuini. Et iõ in istis sacramentis veteris legis q̃dam pertinebãt cõiter ad totũ populũ: q̃dam aũt spãliter ad ministros, & circa vtrosque tria erant necessaria. Quorũ primũ est, institutio in statu colẽdi Deũ: & hæc quidẽ institutio cõiter quãtũ ad oẽs fiebat p circuncisionẽ, sine qua nullus admittebať ad aliqd legaliũ: quantũ uero ad sacerdotes, per sacerdotũ cõsecrationẽ. Secũdo, requirebať vsus eorũ, q̃ pertinẽt ad diuinũ cultũ: & sic quantũ ad populũ erat esus paschalis cõuiuij, ad quẽ nullus incircuncisus admittebať, ut patet Exo. 12. & quantũ ad sacerdotes oblatio victimarũ, & esus panũ propositionis, & aliorum, quæ erant sacerdotum vsib. deputata. Tertio, requirebať remotio eorũ, per q̃ aliqui impediebantur à cultu diuino. s. immũditiarum: & sic quantum ad populum erant institutæ quædam purificationes à quibusdam exteriorib. immunditijs, & ẽt expiationes à peccatis. Quantum uero ad Sacerdotes, & Leuitas erat instituta ablutio manuũ, & pedum, & rasio pilorum. Et hęc oĩa habebant rationabiles causas, & literales, secundum quod ordinabantur ad cultum Dei pro tempore illo: & figurales, f̃m quod ordinabantur ad figurandum Christum, ut patebit per singula discurrenti.

AD PRIMVM ergo dicendũ, q̃ l̃ralis rõ circũcisionis principalis q̃dẽ fuit ad p̃testationẽ fidei vnius Dei. Et q̃a Abrahã fuit primus, q̃ se ab infidelibus separauit exiẽs de domo sua, & d̃ cognatione sua iõ ipse primus circũcisionẽ accepit: & hãc cãm assignat Apost. ad Rom. 4. Signũ accepit circũcisionis signaculũ iustitiæ fidei, q̃ ẽ in p̃putio: quia. s. in hoc legit̃ Abrahæ fides reputata ad iustitiam, q̃ cõ spẽ in spẽ credidit. s. cõ spẽ naturæ in spẽ gratiæ, ut fieret pater multarũ gentiũ, cũ ipse esset senex, & vxor sua esset anus, & sterilis. Et ut hæc p̃testatio, imitatio fidei Abrahæ firmareť in cordib. Iudæorũ acceperũt signũ in carne sua, cuius obliuisci non possent: vñ dr̃ Gen. 17. Erit pactũ meũ in carne vestra in fœdus æternũ. Iõ aũt fiebat octaua die, quia antea puer est ualde tenellus, & posset ex hoc grauiter lędi, & reputať adhuc quasi quiddã nõ solidatũ: vñ ẽt, nec aĩalia offerebanť ante octauũ diẽ. Iõ vero nõ magis tardabať, ne p̃p dolorẽ aliqui signũ circũcisionis refugerent, & ne parentes ẽt, quorũ amor increscit ad filios, post frequẽtẽ cõuersationẽ, & eorũ augmẽtũ, eos circũcisioni subtraherẽt. Secũda rõ esse potuit ad debilitatẽ cõcupiscentiæ in mẽbro illo. Tertia rõ ẽ, in sugillationẽ sacrorũ Veneris, & Priapi, in quib. illa pars corporis honorabať. Dñs aũt nõ p̃hibuit nisi incisionẽ, q̃ in cultũ idolorum fiebat, cui nõ erat sĩlis p̃dicta circuncisio. Figuralis uero rõ circuncisionis erat, q̃a figurabať ablatio corruptionis fienda per Christum, q̃ perfecte complebit̃ in octaua ætate, q̃ est ætas resurgentium. Et quia oĩs corruptio culpæ, & pœnæ p̃uenit in nos p carnalem originem ex peccato primi parentis, ideo talis circuncisio fiebat in membro generationis: vñ Apostolus dicit ad Col. 2. Circuncisi estis in Christo circuncisione non manufacta in expoliatione corporis carnis, sed in circuncisione Domini nostri Iesu Christi.

AD 2m dicẽdũ, q̃ l̃ralis rõ cõuiuij paschalis fuit in cõmemorationem b̃ñficij quo Deus eduxit eos de Aegypto: vñ per hm̃õi conuiuij celebrationem p̃fitebanť se ad illum populũ pertinere, quẽ Deus sibi assumpserat ex Aegypto. Q̃ñ. n. fuerũt ex Aegypto liberati, p̃ceptum est eis, ut sanguine agni linirent superliminaria domorũ, quasi p̃testantes se recedere à ritib. Aegyptiorũ, qui arietẽ colebãt: vñ, & liberati sunt p sanguinis agni aspersionem, uel linitionem in postib. domorũ, a periculo exterminii q̃d imminebat Aegyptijs. In illo autẽ exitu eorũ de Aegypto duo fuerunt. s. festinãtia ad egrediendũ. impellebant. n. eos Aegyptij, ut exirent uelociter, ut hr̃ Exo. 12. Imminebatq; periculum ei, qui nõ festinaret exire cum multitudine, ne remanens occideretur ab Aegyptijs. Festinantia autem designabatur dupliciter. Vno quidem modo per ea, quæ comedebant: præceptum enim eis erat, q̃ comederent panes azymos in huius signum, quòd non poterant fermentari cogentibus exire Aegy-

Circuncisionis cã.

De esu, & comestio ne agni.

q. 101. ar. 4.

Sent. in

ptijs,& φ comederēt assum igni, sic.n.velocius pparabat: & φ os nō comminuerēt ex eo, qa in festinātia nō vacat ossa frāgere. Alio mō quātū ad modū comedendi, dr.n. Renes uestros accingetis, calceamēta habebitis in pedib. tenētes baculos ī manib.& comedetis festināter: qđ manifestē designat hoies existētes in pŕoptu itineris. Ad idē ēt ptinet, qđ eis pcipit: In vna domo comedetis, neq; feretis de carnib. eius foras: qa.s.pp festinātiā non uacabat inuicē mittere xenia. Amaritudo aūt, quā passi fuerāt ī Aegypto, significabat p lactucas agrestes. Figuralis aūt rō patet, qa p immolationē agni paschalis significabat immolatio Christi, fm illud 1. ad Cor.5. Pascha nī immolatus ē Christus. Sanguis uero agni liberās ab exterminatore, linitis su perliminarib. domorū, sigñat fidē passionis Christi in corde,& ore fideliū, p quā liberamur a pctō, & a morte, fm illud 1. Pet. 1. Redempti estis ptioso sanguine agni immaculati. Comedebāt āt carnes illæ ad sigñandum esum corporis Christi in sacro. Erāt aūt assæ igni, ad sigñandū passionē, uel charitatē Christi. Comedebant aūt cū azymis panib. ad sigñandā purā cōuersationē fideliū sumentiū corpus Christi, fm illud 1. ad Cor.5. Epulemur in azymis synceritatis, & ueritatis. Lactucæ aūt agrestes addebant ī signū pniæ pctōrum, q necessaria ē sumētib. corpus Christi. Renes aūt accingēdi sunt cingulo castitatis: calceamēta aūt pedū sūt exēpla mortuorū patrū: baculi aūt habēdi in manib. significat pastoralē custodiā. Præcipit aūt, φ in una domo agnus paschalis comedatur, idest, in ecclesia catholicorum, non in conuenticulis hæreticorum.

An 3^m^ dicēdū, φ q̄dam sacra nouæ legis habuerunt in ueteri lege sacra figuralia sibi correspondentia. Nā circuncisioni rńdet baptismus, qui est fidei sacrm: vñ dr ad Col.2. Circuncisi estis in circuncisione Dñi nři Iesu Christi, cōsepulti ei in baptismo. Cōuiuio uero Agni paschalis rńdet in noua lege sacramentum Eucharistiæ. Oibus aūt purificationibus ueteris legis rńdet in noua lege sacramentum pniæ. Consecrationi aūt pontificis,& sacerdotum rńdet sacrm ordinis. Sacro aūt cōfirmationis, qđ est sacramentū plenitudinis gratiæ, non pt rńdere in ueteri lege aliqđ sacramentum: quia nondū aduenerat tps plenitudinis, eo φ neminem ad perfectū adduxit lex. Siřiter aūt,& sacramento extremæ unctionis, qđ est quædā immediata præparatio ad introitum gloriæ, cuius aditus nōdum patebat in ueteri lege, pretio nondum soluto. Matrimonium aūt fuit quidem in veteri lege, prout erat in officiū naturæ: non aūt prout est sacrm coniunctionis Christi,& ecclesiæ, quæ nondum erat facta. vnde, & in ueteri lege dabatur libellus repudij, quod est contra sacramenti rationem.

De uarijs immūditijs & earum rōnabili purificatione.

Ad 4^m^ dicendum, φ sicut dictū est,* purificationes ueteris legis ordinabant ad remouendū impedimenta cultus diuini: qui quidē est duplex.s. spiritualis, q cōsistit in deuotione mētis ad Deū: & corporalis, q cōsistit ī sacrificijs,& oblationib. & alijs hmōi. A cultu aūt spūali impediunt hoies per peccata, quib. hoies pollui dicebantur, sicut per ido-

*In cor. ar.

F latriam,& homicidiū, p adulteria,& icestus. Et ab istis pollutionib. purificabatur hoies per aliqua sacrificia, uel cōiter oblata pro tota multitudine, uel ēt pro peccatis singulorū. Nō φ sacrificia illa carnalia haberēt ex seipsis uirtutē expiadi pctā, sed quia sigñabant expiationē pctōrum futuram per Christū, cuius participes erant ēt antiqui ,ptestantes fidē Redēptoris in figuris sacrificiorū. A cultu uero exteriori impediebant hoies per quasdā immūditias corporales, q quidē primo cōsiderabant in hoib.& pñr ēt in aliis aialibus,& in uestimentis, & domib.& vasis. In hoib. quidē immunditia repu-

G tabat partim quidē ex ipsis hoibus, partim aūt ex contactu rerū immundarū. Ex ipsis aūt hoibus immundū reputabat oē illud, qđ corruptionem aliquam iā habebat, uel erat corruptioni expositū: & iō quia mors est corruptio q̄dam, cadauer hoīs reputabatur immundū. Siřiter ēt quia lepra ex corruptione humorum contingit, qui ēt exterius erumpunt,& alios inficiunt, leprosi ēt reputabant immundi. Siřiter ēt mulieres patientes sanguinis fluxum siue per infirmitatē, siue ēt per naturam, uel tpibus menstrui, uel ēt tpe conceptionis: & eadē rōne viri reputabantur immūdi, fluxū seminis pa-

H tientes, uel per infirmitatem, uel p pollutionē nocturnā, uel ēt per coitum. Nā ois humiditas pdictis modis ab homine egrediens, quandam immūdam infectionē hēt. Inerat ēt hominib. immūditia quædam ex contactu quarumcunq; rerū immūdarum. Istarum aūt immunditiarum erat rō,& lřa is, & figuralis. Lřalis quidem pp reuerētiam eorum, quæ ad diuinum cultum pertinent, tum quia hoies pretiosas res contingere non solent, cum fuerint immundi: tum ēt ut ex raro accessu ad sacra, ea magis venerarentur. Cum.n. oēs hmōi immunditias raro aliquis cauere possit, contingebat, φ raro pot[...]t

I hoies accedere ad attingendum ea, quæ pertinebant ad diuinum cultum, & sic qñ accede[...]at, c[...]m maiori reuerentia, & humilitate menti accedebant. Erat aūt in quibusdam horum ratio [...]ralis, ut hoies non reformidarēt accedere ad diui[...]um cultum quasi refugientes consortium lepros[...]rum,& similium infirmorum, quorum morbus abominabilis erat, & contagiosus. In quibusdam ēt ar[...]o erat ad uitandum idolatriæ cultum: quia Gentiles in ritu suorum sacrificiorum utebantur qñque,& humano sanguine, & semine. Oēs aūt hmōi im-

K munditiæ corporales purificabātur, uel per solam aspersionem aquæ: uel quæ maiores erant, per aliquod sacrificium ad expiandum peccatum, ex quo tales infirmitates contingebant. Ratio autem figuralis harum immunditiarum fuit, quia per hmōi exteriores immunditias figurabantur diuersa peccata. Nam immunditia cadaueris cuiuscunq; significat immūditiam peccati, qđ est mors animæ. Immunditia autem lepræ significat immunditiam hæreticæ doctrinæ, tum quia hæretica doctrina contagiosa est, sicut,& lepra; tum quia nulla etiam falsa doctrina est, q uera falsis non admisceat: sicut ēt in superficie corporis leprosi apparet quædam distinctio quarūdam maculatū ab alia carne i[...]te-

sia

gra. Per immunditiā aūt mulieris sanguifluæ, designat immunditia idolatriæ, ꝑ immolantiū cruorē. Per immunditiā uero uiri semifluí, designat immunditia uanæ locutionis, eo ꝙ semē est uerbum Dei. Per immūditiā uero coitus, & mulieris pariētis, designat immūditia peccati originalis. Per immunditia uero mulieris menstruatæ, designat immūditia mētis ꝑ uoluptates emollitæ. Vir uero ꝑ immunditiā contactus rei immundæ, designat immūditia consensus in peccatū alterius, ſm illud 2. ad Corin. 6. Exite de medio eorū, & separamini, & immundū ne tetigeritis. Hmōi aūt immunditia cō tactus deriuabat ēt ad res inanimatas: quicquid. n. quocunque mō tangebat immundus, immundum erat. In quo lex attenuauit supstitionem Gētiliū, qui non solū ꝑ contactū immūdi dicebat immunditiā ɔhi, sed et ꝑ collocutionem, aut ꝑ aspectum, ut rabbi Moyses dicit de muliere menstruata. Per hoc aūt mystice significabat, id quod dr̄ Sapiē. 14. Sic odio sunt Deo impius, & impietas eius. Erat aūt, & immunditia qda ipsarū rerū inanimatarum ſm se, sicut erat immunditia lepræ in domo, & in uestimentis. Sicut. n. morbus lepræ accidit in hominibus ex humore corrupto putrefaciēte carnē, & corrūpente, ita ēt ꝑ aliquam corruptionē, & excessum humiditatis, uel siccitatis fit, qnque aliqua corrosio in lapidib. domus, uel ēt in uestimētis. Et iō hanc corruptionē uocabat lex leprā, ex qua domus, uel uestis immunda iudicaret, tum qa omnis corruptio ad immunditiā ꝑtinebat, ut dictū est: * tū ēt qa circa hmōi corruptionem Gentiles deos penates colebant, & iō lex ꝓcepit hmōi domus, in qbus fuerit talis corruptio ꝑseuerās, destrui, & uestes comburi, ad tollendam idolatriæ occasionem. Erat ēt, & quædā immunditia uasorum, de qua dr̄ Numeri 19. Vas, quod non habuit cooperculū, & ligaturā desup, immundū erit, cuius immunditiæ cā est · qa in talia uasa de facili poterat aliqd immundū cadere, vn̄ poterant immundari: erat etiā hoc ꝓceptum ad declinādā idolatriā. Credebāt. n. idolatræ, ꝙ si mures, aut lacertæ, uel aliqd hmōi, q̄ immolabat idolis, caderēt in uasa, uel in aquas, ꝙ essent diis gratiosa. Adhuc ēt aliquæ mulierculæ uasa dimittūt discooperta in obsequiū nocturnorū numinū, q̄ Ianuas uocant. Harū aūt immūditiarū rō est figuralis, quia ꝑ leprā domus, significat immunditia cōgregationis hæreticorum: Per lepram uero in ueste linea, significat peruersitas morum ex amaritudine mētis: Per leprā uero uestis lineæ, significat peruersitas adulatorū: Per leprā in stamine, significant uitia animæ: Per leprā uero in subtegmine, significant peccata carnalia. sicut. n. stamen est in subtegmine, ita aīa in corpore. Per uas autē, quod non hēt cooperculū nec ligaturā, significat homo, q non hēt aliqđ uelamen taciturnitatis, & qui non constringit aliqua censura disciplinæ.

In li. Dux errantiū.

In ista-met solu.

*Ad 4 arg. ꝓxime præcedens.

Ad 5 ^m dicendū, ꝙ sicut dictū est, * duplex erat immunditia in lege, Vna qdē ꝑ aliqua corruptionē mentis, uel corporis: & hæc ēt immunditia maior erat. Alia uero erat immunditia ex solo contactu rei immūdæ: & hæc minor erat, & faciliori ritu expiabat. Nā immunditia prima expiabat ꝑ sacrificia ꝑ peccato, quia oīs corruptio ꝓcedit ex peccato, & peccatū significat: sed secunda immunditia expiabat ꝑ solā aspersionē aquæ cuiusdā, de qua qdē aqua expiationis hr̄ Nume. 19. Mandat. n. ibi a Dño, ꝙ accipiant uaccā rufam in memoriā peccati, quod cōmiserunt in adoratione uituli. Et dr̄ uacca magis, q̄ uitulus, qa sic Dn̄s synagogā uocare consueuit, ſm illud Oseæ 5. Sicut uacca lasciuiens declinauit Israel. Et hoc forte iō, qa uaccas in morem Aegyptij coluerunt, ſm illud Oseæ 10. Vaccas Bethauen coluerunt. Et in detestationem peccati idolatriæ immolabat extra castra: & ubicunque sacrificiū fiebat ꝑ expiatione multitudinis peccatorū, cremabat extra castra totū. Et ut significaret ꝑ hoc sacrificiū emundari populus ab uniuersitate peccatorū, intingebat sacerdos digitū in sanguine eius, & aspergebat ɔ fores Sanctuarij septē uicibus, ꝗ septenarius numerus uniuersitatē significat. Et ipsa ēt aspersio sanguinis ꝑtinebat ad detestationē idolatriæ, in qua sanguis immolatitius non effundebat, sed congregabatur, & circa ipsum hoies comedebant in honorem idolorū. Cōburebatur aūt in igne, uel quia Deus Moysi in igne apparuit, & in igne data est lex: uel quia ꝑ hoc significabat, ꝙ idolatria totaľr erat extirpanda, & oē, quod ad idolatriā ꝑtinebat, sicut uacca, cremabat cū pelle, & carnib. sanguine, & fimo flāmæ traditis. Adiungebat ēt in combustione lignū cedrinū, hyssopus, coccusque bis tinctus, ad significādū, ꝙ sicut ligna cedrina nō de facili putrescūt, & coccus bis tinctus non amittit colorē, & hyssopus retinet ēt odorem postq̄ fuerit desiccatus: ita ēt hoc sacrificiū erat in cōseruationē ipsius populi, & honestatis, & deuotionis ipsius. Vnde dr̄ de cineribus uaccæ, ut sint multitudini filiorum Israel in custodiam. Vel ſm Iosephū, * quatuor elementa significata sunt. Igni. n. apponebať cedrus, significans terrā ꝑ sui terrestreitatē: hyssopus significans aerē ꝑ odorē: coccus significans aquam eadē rōne, qua ēt purpura, ꝑ tincturas, q̄ ex aquis sumunt, ut ꝑ hoc exprimeret, ꝙ illud sacrificium offerebat Creatori quatuor elementorū. Et quia hmōi sacrificiū offerebat ꝑ peccato idolatriæ, in eius detestationē, & cōburēs, & cineres colligēs, & ille, q aspergit aquas, in qb. cinis ponebat, immundi reputabant: ut ꝑ hoc ostenderet, ꝙ quicqd quocunque mō ad idolatriā ꝑtinet, quasi immūdū est abiiciendum. Ab hac aūt immunditia purificabant ꝑ solam uestimentorum ablutionem. Nec indigebāt aqua aspergi ꝑ huiusmodi immunditiā: quia sic esset ꝓcessus in infinitum. Ille enim, qui aspergebat aquam, immundus fiebat: & sic si ipse se ipsum aspergeret, immundus remaneret: si aūt alius eū aspergeret, ille immundus esset: & sic ille, q illum aspergeret, & sic in infinitum. Figuralis aūt rō huius sacrificij est, quia ꝑ uaccam rufam significat Chrs secūdum infirmitatem assumptā, quam femininus sexus designat: sanguinem aurem passionis eius designat uaccæ color. Erat aūt uacca rufa ætatis integræ: quia omnis operatio Chri-

Li. 3. Antiquitatū cap. 7.

sti est pfecta, ĩ qua nulla erat macula, nec portauit iugũ peccati. Præcipit aũt adduci ad Moysen: qa iputabãt ei trãsgressionẽ Mosaicæ legis ĩ uiolatiõe Sabbathi. Præcipit ãt tradi Eleazaro sacerdoti, qa Chrs occidẽdus ĩ manus sacerdotũ trãsitus est. Immolat aũt extra castra, qa extra portã Chrs passus est. Intingit aũt sacerdos digitũ ĩ sanguine ei*, qa p discretionẽ, quã digitus significat, mysteriũ passionis Chri est cõsideradũ, & imitãdũ. Aspergit aũt ɔ̃ tabernaculũ, p quod synagoga designat, uel ad cõdẽnationẽ Iudæorũ nõ credẽtiũ, uel ad purificationẽ credẽtiũ. Et hoc septẽ uicib. uel pp septẽ dona Spiritus sancti: uel pp septẽ dies, in quib. oẽ tps intellr. Sunt aũt oĩa, q ad Chri incarnationẽ ptinent, igne cremanda. i. spiritualr intelligenda: nã per pellẽ, & carnẽ, exterior Chri operatio significat: per sanguinẽ, subtilis, & interna uirtus exteriora facta uerificans: p fimũ, lassitudo, sitis, & oĩa hmõi ad infirmitatẽ ptinentia. Addunt autem tria, s. cedrus, quod significat altitudinem spei, uel cõtẽplationis: hyssopus, quod significat humilitatẽ uel fidẽ: coccus bis tinctus, quod significat geminã charitatem. per hæc. n. debemus Chro passo adhærere. Iste autẽ cinis cõbustionis collr a uiro mundo, qa reliquiæ passionis puenerunt ad Gentiles, q non fuerunt culpabiles in Christi morte. Apponuntur aũt cineres in aqua ad expiandũ, qa ex passione Chri baptismus sortit uirtutẽ emũdadi peccata. Sacerdos aũt, q immolabat, & comburebat uaccã, & ille, q cõburebat, & q colligebat cineres, immũdus erat, & ẽt, qui aspergebat aquã: uel qa Iudæi sunt facti immũdi ex occisione Christi, per quã nostra peccata expiantur. & hoc vsq; ad uesperum, i. usque ad finem mundi, qñ reliquiæ Israel conuertentur: uel quia illi, qui tractant sancta, intendentes ad emundationem aliorum, ipsi etiam aliquas immunditias contrahunt, ut Greg. dicit in pastorali, & hoc usque ad uesperum, idest, usque ad finem præsentis uitæ.

De uituli & arietis & hirci sacrificiis * ad 4. argu. huius artic.

Ad 6m dicẽdũ, q sicut dictũ est, * immũditia, q ex corruptione pueniebat, uel mẽtis, uel corporis, expiabat p sacrificia p peccato. Offerebantur aũt spãlia sacrificia p peccatis singulorũ: sed qa aliq negligẽtes erãt circa expiationẽ hmõi peccatorũ, & immunditiarũ, uel ẽt pp ignorãtiã ab expiatione hmõi desistebãt, institutũ fuit ut semel in anno decima die septimi mẽsis fieret sacrificiũ expiationis p toto populo. Et qa sicut Apls dicit ad Heb. 7. Lex cõstitnit hoies sacerdotes infirmitatẽ hñtes, oportebat q sacerdos prius offeret p seipso uitulũ p peccato in cõmemorationẽ peccati, qd Aaron fecerat in cõflatione uituli aurei: & arietẽ in holocaustũ, p quod significabat, qd sacerdotis platio, quã aries designat, q est dux gregis, erat ordinanda ad honorẽ Dei. Deinde aũt offerebat pro populo duo hircos: quorũ unus immolabat ad expiandũ peccatũ multitudinis. Hircus. n. animal fœtidũ est, & de pilis eius fiunt uestimenta pungentia, ut p hoc significaret fœtor, & immũditia aculei peccatorum. Huius aũt hirci immolati sanguis inferebatur simul ẽt cũ sanguine uituli in Sancta

F sanctorũ, & aspergebat ex eo totũ Sanctuariũ, ad significandum q tabernaculũ emundabat ab immũditiis filiorũ Israel. Corpus uero hirci, & uituli, q immolata sunt p peccato, oportebat cõburi, ad oñdendũ cõsummationẽ peccatorũ. Nõ aũt in altari, qa ibi non cõburebant totalr nisi holocausta: vñ mandatũ erat, ut cõburerent extra castra ĩ detestationẽ peccati. hoc. n. fiebat, qñcunque immolabat sacrificiũ pro aliquo graui peccato, vel p multitudine peccatorũ. Alter uero hircus emittebat in desertũ, non quidẽ ut offerret Dæmonibus, quos colebãt Gẽtiles in desertis, qa eis nihil lice-

G bat immolari, sed ad significandũ effectũ illius sacrificij immolati: & iõ sacerdos imponebat manũ sup caput eius confitens peccata filiorũ Israel, ac si ille hircus deportaret ea in desertũ, ubi a bestiis comederet, quasi portãs pœnã p peccatis populi. Dicebat aũt portare peccata populi, uel quia in eius emissione significabat remissio peccatorũ populi: uel qa colligabat sup caput eius aliqua schedula, ubi erãt scripta peccata. Rõ aũt figuralis horũ erat, qa Chrs significatur, & p uitulũ pp uirtutẽ: & p arietẽ, qa ipse est dux fideliũ, & p hircum pp similitudinẽ carnis peccati, & ipse Christus est

H immolatus p peccatis, & sacerdotũ, & populi: qa p eius passionẽ, & maiores, & minores a peccato mundant. Sanguis aũt uituli, & hirci infert in Sancta p Pontificẽ: quia p sanguinẽ passionis Chri patet nobis introitus in regnũ cælorũ. Comburũtur aũt eorũ corpora extra castra, quia extra portam Chrs passus est, ut Apost. dicit ad Heb. vlt. Per hircũ aũt, qui emittebatur, põt significari, uel ipsa diuinitas Christi, quæ in solitudinem abiit, homine Chĩo patiente, non quidem locũ mutans, sed uirtutẽ cohibens: uel significatur concupiscẽtia mala, quam debemus a nobis abiicere, uirtuosus autẽ

I motus Dño immolare. De immunditia uero eorũ, qui huiusmodi sacrificia comburebant, eadem ratio est, quæ in sacrificio uitulæ rufæ dicta est. *

Ad 7m dicendũ, q p ritũ legis leprosus nõ emũdabat a macula lepræ, sed emundatus oñdebat. Et hoc significat Leuit. 14. cum dr de Sacerdote. Cum inuenerit leprã esse emundatã, pcipiet ei, q purificatur. Iã ergo lepra mundata erat: sed purificari dicebatur, inquantũ, iudicio sacerdotis restituebat consortio hominũ, & cultui diuino. Contingebat tñ qñq;, ut diuino miraculo per ritũ legis corporalis mundaret lepra, qñ sacerdos decipiebatur in iu-

K dicio. Hmõi aũt purificatio leprosi duplr fiebat: nã primo iudicabatur esse mundus: secundo autẽ restituebatur tanq mundus consortio hominum, & cultui diuino, s. post septem dies. In prima autẽ purificatione offerebat p se leprosus mundandus duos passeres uiuos, & lignũ cedrinũ, & uermiculum, & hyssopum, hoc modo ut filo coccineo ligarentur passer & hyssopus simul cum ligno cedrino: ita scilicet q lignum cedrinum esset quasi manubrium aspersorij: hyssopus uero, & passer erant id, quod de aspersorio tingebat in sanguine alterius passeris immolati in aqs uiuis. Hæc aũt quatuor offerebat contra quatuor defectus lepræ: ...

Ad 7. arg. ... De ... datione

sed a

¶ Ad primum eorum quæ contra conclusionem obiiciuntur, dicitur quòd licet multæ excellentiæ sint communes gratiæ, & charitati propter earum conuexionem, non tamen eis conueniunt eodem modo, quia gratiæ ut primæ radici charitati ut fructui illius. Et rursus aliqua excellẽtia est gratię, quæ nõ conuenit charitati, s. primũ principiũ formale esse supernaturalis. Falsum quoque est, q; diuidere inter filios regni, & perditionis æque formaliter conueniat utriq;: nã gratia facit filium Dei formaliter, charitas autem operatiue: illa enim est principium essendi in natura diuina participata:

In cor. ar.

ista est principiũ operandi secundum naturam diuinam participatã. Et similiter diuersimode utraq; est forma uirtutũ, & cõiungit fini ultimo, quia charitas proximũ operandi principium, illa ut primũ.

189 Porrecta per totum. 3 q 7. a. 2. co. & q. 62 a. 2. cor. Et 2. d. 26. a. 3 Et ueri. q. 27. ar. 6. ¶li. 3. partũ a me. 10. 7

¶ Et ex hoc patet responsio ad secundũ, q; neutra superflua, & altera sine reliqua non sufficit. oportet enim & primum, & proximum principiũ habere naturã, & potentiã, lumẽ, & uirtutes. ¶ Et per idem soluitur tertium motiuũ. nam licet habitus quo spiritus inhabitat animam, inclinet uoluntatem ad merendum ut prima radix meriti, non tamẽ exequitur hoc per seipsum imediate sed mediante habitu charitatis, quo formaliter uoluntas inclinatur, gratia autem radicaliter tantum.

¶p. p. q. 83 ar. 2.

¶li. de cor rep. & gra. ca. 6. circa prin. to. 7 & li. 1. ad Simpli q. 2. & d gra & li. arb. c. 6

SVPER QVAE. CX. ART. IIII.

Egid. 2. s. d. 26. 1. ar. 3. D. Bon. d. 26. a. 1. q. 5. Dur. d. 26 q. 2. Cap. 2. d. 26. q. 1 con. 2. Medina ar. 4. Ath. mag. 1 d. 36. a. 3.

IN articu. 4. eiusdé q. dubium occurrit ex Scot. in 7. sen-

ad ipsum lumen naturale, ita & ipsum lumẽ gratiæ, qđ est participatio diuinæ naturæ, est aliquid preter uirtutes infusas, quę à lumine illo deriuant, & ad illđ lumen ordinant. Vñ Apostolus dicit ad Ephes. 5. Eratis aliquãdo tenebræ, nunc autem lux in Domino: ut filii lucis ambulate. Sicut. n. uirtutes acq̃sitæ pficiunt hominem ad ambulandum, ẽm qđ cõgruit lumini naturali rationis, ita uirtutes infusæ pficiunt hominẽ ad ambulandũ, secundũ quod congruit lumini gratię.

AD PRIMVM ergo dicendũ, q; Augustinus nominat fidem per dilectionem operantem, gratiã, quia actus fidei per dilectionem operãtis, est primus actus, i quo gratia gratũ faciẽs manifestatur.

AD 2m dicendũ, q; bonum positum in diffinitione uirtutis dicitur secundum conuenietiam ad aliquam naturam præexistentẽ, uel essentialem, uel participatã. sic autem bonum non attribuit gratiæ, sed sicut radici bonitatis in homine, ut dictum est.

AD 3m dicendũ, q; gratia reducitur ad primam speciem qualitatis. Nec tamen est idem quod uirtus, sed habitudo quædã, quæ præsupponitur uirtutib. infusis, sicut earum principiũ, & radix.

ARTICVLVS IIII.

Vtrum gratia sit in essentia animæ sicut in subiecto, an in aliqua potentiarũ.

AD QVARTVM sic proceditur. Vr quòd gratia non sit in essentia animæ sicut in subiecto, sed in aliqua potentiarum. Dicit enim Aug. in Hyponosticon, q; gratia cõparatur ad uoluntatem, siue ad liberũ arb. sicut sessor ad equũ: sed uoluntas, siue liberũ ar. est potẽtia quędam, ut in primo dictum est. ergo gratia est in potentia animæ sicut in subiecto.

¶ 2 Prę. Ex gratia incipiunt merita hominis, ut Augustinus dicit: sed meritum consistit in actu, q ex aliqua potentia procedit. ergo uidetur, quòd gratia sit perfectio alicuius potentia animæ.

¶ 3 Prę. Si essentia animæ sit prium subiectũ gratiæ, oportet q; aĩa inquantũ hẽt essentiam, sit capax gratiæ: sed hoc est falsum, quia sic sequeretur quòd omnis anima esset gratię capax. non ergo essentia animæ est proprium subiectum gratiæ.

¶ 4 Prę. Essentia animæ est prior potentiis eius: prius autem potest intelligi sine posteriori. ergo sequetur quòd gratia possit intelligi i anima nulla parte, uel potentia animæ intellecta, scilicet neque uoluntate, neque intellectu, neque aliquo huiusmodi, quod est inconueniens.

SED CONTRA est, q; per gratiã regeneramur in filios Dei: sed generatio per prius terminatur ad essentiam, quam ad potentias. ergo gratia per prius est in essentia animę, quàm in potentiis.

RESP. Dicendũ, q; ista quęstio ex pręcedenti depedet. Si enim gratia sit idem quod uirtus, necesse est quòd sit in potentia animę sicut in subiecto: nam potentia animę est proprium subiectũ uirtutis, ut supra dictum est. Si autem gratia differt à uirtute, nõ potest dici quòd potentia animę sit gratię subiectum: quia omnis perfectio potentię animę habet rationem uirtutis, ut supra dictum est. Vnde relinquitur, quòd gratia sicut est prius uirtute, ita habeat subiectũ prius potentiis animę, ita scilicet quòd sit in essentia animæ. Sicut enim per potentiam intellectiuam homo participat cognitionem diuinam per uirtutem fidei, & secundum potentiam uoluntatis amorem diuinum per uirtutem charitatis: ita etiam per naturam animę participat secundum quandam similitudinem naturam diuinam per quandam regenerationem, siue recreationem.

ADPRIMVM ergo dicẽdũ, q; sicut ab essentia animæ effluunt eius potentię quę sunt operum principia: ita etiam ab ipsa gratia effluunt uirtutes in potentias animæ, per quas potentiæ mouent ad actus. Et secundum hoc gratia comparatur ad uoluntatem, ut mouens ad motum, quę est comparatio sessoris ad equum: nõ antem sicut accidens ad subiectum.

¶ Et per hoc etiam patet solutio ad secundũ. est enim gratia principium meritorii operis mediantibus uirtutibus: sicut essentia animę est principium operum uitę mediantibus potentiis.

ten. dist. 26. qui multipliciter probat q; gratia est subiectiue in uoluntate, & non i essentia aiæ imediate, quadrupliciter.

¶ Et primo, Gratia est idẽ quod gloria, uel per se disponit ad eã ergo est in eodem subiecto in quo est beatitudo: ergo non est in essentia.

¶ Secundo, Gratia perficit animam solum in ordine ad determinatum actum, scilicet meritorium ergo nõ perficit animam secundum essentiam, sed secũdũ quod est principium actus meritorii. Assumptum patet, & consequẽtia probatur: quia essentia est de se indeterminatum principiũ multorũ, ac per hoc non perficitur ut sic à perfectiuo ad unũ tantum, sed secundũ quod est principium actus meritorii. Et cõfirmatur, inquit: q a si perficeret essẽtiã animæ posset redundare i actum prioris potentię scilicet intellectus, & sic actus intellectus, ut præcedit actum uolũtatis, posset esse gratificabilis & meritorius: immo si solus intellectus esset, illa essentia posset esse grata, & meritum.

Ex ar. prę.

q. 56. ar. 2

D. 159.

q. 55. & 56 ar. 2.

¶ Tertio, Gratia perficit in ordine ad obiectum, & actum determinatum uoluntatis. ergo non est in essentia, sed in uoluntate. Antecedent patet quoad actum, & consequentia ob eũdem quia ad meritorium tantum, qui solius est uoluntatis apud Anselmum capit. quarto de concep. uirginali. Consequentia probatur, quia essentia ut sic, nullum respicit actum aut obiectum. Et confirmatur per Anselmum in cap. 1. de concep. uirgi. Omnis iustitia est forma iter in uoluntate: gratia est quædã iustitia & rectitudo ergo.

¶ Quarto, Gratia est aliqua forma in anima, & non est passio, uel potentia. ergo habitus, secundũ illã diuisionem Philosophi in 2 Ethi cor. Omnis autem habitus est in potentia: quia [illegible] habentis sed [illegible]

rum ergo. ¶Ad primum horū negatur cōsequentia: quoniam A nec gratia, nec gloria essentialiter est in eodem subiecto, in quo est beatitudo. beatitudo quidem est actus secūdus, vt patet: gloria aūt, & gratia actus primus ac per hoc illa est propriè potētię, ista communis essentiæ, & potentiæ secundum diuersa.

¶Ad secundum, negatur absumptum. Nam gratia licet perficiat ad actum meritoriū, non tñ tm̄ ad hoc, nec primo ad hoc, qm̄ gratia primo perficit ad deiformitatem, ad participationem diuinæ naturę, iuxta illud 2. Pet. 1. diuinæ naturæ consortes: ad actū aūt meritorium secūdario. Vnde infantes per gratiam regenerati sunt in filios Dei, hn̄tes primū, & principalē effectū gratiæ, & carentes secūdario, s. merito proprio. D.1119.

¶ Ad cōfirmationem dī, ꝙ effect⁹ gratiæ est duplex, s. gratum reddere, & mereri. Et cū sit potentia prior dupliciter, s. simpliciter, & in mouēdo ad exercitium actus. Si ergo est sermo de gratia secundū primū effectū, nullum inconueniēs est, ꝙ gratia redundet in intellectum, vt precedit uoluntatem: qm̄ sicut essentia est naturaliter prius grata q̄ uoluntas, ita, & intellectus. Sed si sit sermo de gratia secundum inclinationem ad meritum per actum proprium (quod dico pp meritum Christi, donatum per gratiam) tunc est inconueniēs ꝙ prius redundet in intellectum, sed oportet ꝙ redundet primo in potentiam nō priorem simpliciter, sed priorem in hoc, s. in agendo, quæ est uolūtas: qm̄ meritum cōsistit in agere. Sicut eadem ratione dictū fuit, ꝙ peccatum originale quantum ad inclinationem ad actum, ab essentia aīæ prius infecit voluntatē. Vō argués promiscue miscens gratificabile, & meritum, debuisset distinguere, & uidisset, ꝙ si solus intellectus esset, esset grata, & esset gratum, & meritū Christi, nō per actum proprium.

590 Porrecta per totum. 3.q.7.a.7. cor. & ad 1. & q.62. ar.1. cor. Et 3. contra G.154. Et uer. q.27. ar.1. & 5. cor. Et opusc. 3.c.221. Et Ps 24. Et Ro.1. le.3. Et Eph.1. lect.2.

¶ Ad tertium iā patet ex hoc d̄ſiō: qm̄ ppositio dicens, Habitus pficiens in ordine ad determinatum obiectum, & actum est in potētia illa, distinguēda est; qm̄ dupliciter

hoc contingit, s. primo, & secundo. Et dī ꝙ gratia primo perficit ad esse, & non primo ad operari, & propterea non ad obiectum. Nec ad actum primo perficit, sed secundario: facit enim primo hominem filium Dei, & consequenter potentem mereri uitam æternam. Sequela ergo negatur: quoniam non tenet nisi de habitu primo perficiente ad actum & obiectum.

¶ Ad cōfirmationem ex Ansel. dicit, quod Anselmus potest uerificari de iustitia actuali pro quanto omnis operatio bona est in uoluntate secundum aliquid, puta volitionem: sed quantum ad iustitiam habitualem lato uocabulo accipiendo iustitiam, falsum est quod dicitur. * Q.110.a.1.

¶ Ad quartum, negatur quòd omnis habitus sit subiectiue in aliqua potentia. Et ad probationem, quia opus habentis reddit bonum, dicitur quòd reddere opus habentis bonum, contingit dupliciter, scilicet primo, & ex consequenti. Et quòd habitus, qui ad hoc primo est, vt opus habentis reddat bonum in potentia aliqua, est cuius est opus: gratia autem non propter opus est primo, sed secundario. principaliter enim est propter esse consortem diuinæ naturæ, quod est prius omni uirtute: & ideo est in subiecto priore quacunque potentia, vt pportionaliter formæ respondeat materia.

Ad 3m dicendū, quòd anima est subiectū grē ſm qđ est in spē intellectualis, uel rōnalis naturę: nō aūt [d] cōstituit aīa in specie p aliquā potentiā, cum potētiæ sint pprietates naturales aię speciē consequētes. Et ideo aīa ſm suā essētiā differt specie ab aliis aiabus. s. brutorū aialium, & plātarū. Et pp hoc nō sequitur, si essentia humanæ aīæ sit subiectū gratiæ, ꝙ quęlibet aia possit esse grē subiectū: hoc. n. cōuenit essētię aię inquantū est talis speciei.

Ad 4m dicendū, ꝙ cū potētię aīæ sint naturales proprietates spēm cōsequētes, aia nō pōt sine his esse. Dato autē ꝙ sine his esset, adhuc tñ aīa diceretur ſm spēm suā intellectualis, uel rōnalis: nō qa actu hr̄et has potētias, sed pp spēm talis essētiæ, ex qua natæ sūt hm̄oi potētię effluere.

QVAESTIO CXI.

De diuisione gratiæ, in quinque articulos diuisa.

DEINDE considerandū est de diuisione grē. Et circa hoc quærun tur quinque.

¶Primo, Vtrū cōuenienter diuidatᷣ gratia p gratiā gratis datā, & gratiā gratum facientē.

¶ Secundo, de diuisione gratiæ gratum facientis per operantem, & cooperantem.

¶Tertio, de diuisione eiusdē per gratiam præuenientē, & subsequentem.

¶Quarto, de diuisione gratiæ gratis datæ.

¶Quinto, de comparatione gratię gratum facientis, & gratis datæ.

ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrum gratia conuenienter diuidatur per gratiam gratum facientem, & gratiam gratis datam.

Ferr. 3. cont. c. 154.
Egid. 2. s. d. 26. q. 2. ar. 2.
Alex. Alar. 3 p. q. 3. & 4.
Medina a. 1.

AD PRIMVM sic proceditur. Vr̄ ꝙ gratia non conueniēter diuidatur per gratiam gratū facientem, & gratiam gratis datam. Gratia. n. est quoddam donū Dei, ut ex supradictis patet.* Hō aūt iō non est Deo gratus, qa aliquid est ei datum à Deo, sed potius econuerso: ideo enim aliqd datur alicui gratis à Deo, B quia est hō gratus ei. ergo nulla est gratia gratum [h] faciens.

¶ 2 Præt. Quæcunque non danᷣ [b] ex meritis pcedentibus, dātur gratis: sed etiam ipsum bonum naturæ datur hoi absque merito præcedenti, quia natura præsupponitur ad meritū. ergo ipsa natura est ēt gratis data à Deo: natura aūt diuiditur contra gratiam. Incōuenienter igitur hoc, quod est gratis datum, ponit̄ vt C gratiæ differentia: quia inuenitur etiam extra gratiæ genus.

¶ 3 Præt. Ois diuisio debet esse p [b] opposita: sed etiam ipsa gratia gratum faciens per quam iustificamur, gratis nobis à Deo conceditur, secundum illud Roman. 3. Iustificati gratis per gratiā ipsius. ergo gratia gratum faciens nō debet diuidi contra gratiam gratis datam.

SED CONTRA est, ꝙ Apostolus D vtrunque attribuit gratiæ, scilicet, & gratum facere, & esse gratis datum. Dicit. n. quantum ad primum ad Ephes. 1. Gratificauit nos in dilecto filio suo. Quantum uero ad ſm dr̄ ad Roma. 2. Si aūt gratia, iā non ex operibus, alioquin gratia iam non est gratia. potest ergo distingui gratia, quæ vel habet unum tantum, vel vtrunque.

RESP. Dicēdū, ꝙ sicut Apostolus dicit ad Rom. 13. Quæ à Deo sunt ordinata sunt. In hoc autem ordo rerum cōsistit, quòd quædam per alia in Deū reducuntur, vt Dion. dicit in lib. cæle. Hierar.* Cū *c.4. & 9. & 7. ang.
E igitur gratia ad hoc ordinetur, vt homo reducatur in Deum, ordine quodam hoc agitur, ut. s. quidam per alios in Deum reducantur. Secundum hoc igitur [m] duplex est gratia. Vna [n] quidem per quam ipse homo Deo coniungitur, quæ uocatur gratia [p] gratum faciens. Alia [q] uero per quam unus hō cooperatur alteri ad hoc, quòd ad Deum reducatur. Huiusmodi autem donum uocatur gratia [r] gratis data: [s] quia supra facultatem naturę, & supra meritū personæ homini conceditur. Sed quia non datur ad hoc, ut homo ipse per eam iustificet̄, sed potius vt ad iustificationem alterius cooperetur: ideo non uocatur gratum faciens. Et de hac dicit Apost. 1. ad Cor. Conclusionis pars 1. Conclusionis pars 2. Conclusionis pars 3.

Corinth. 12. Vnicuique datur manifestatio Spiritus ad vtilitatem, scilicet aliorum. F

Ad primum ergo dicendum, quod gratia non dr̃ facere gratum effectiue, sed formaliter, s. quia per hanc hō iustificatur, & dignus efficitur vocari Deo gratus, secundum quod dicitur ad Col. 1. Dignos nos fecit in partem sortis sanctorum in lumine.

Ad 2ᵐ dcd̃um, q̃ gr̃a s̃m qd̃ gratis dat̃, excludit rōnē debiti. Pōt aūt intelligi duplex debitū. Vnū quidē ex merito ꝓueniēs, qd̃ refert̃ ad ꝑsonā, cui⁹ est agere meritoria opa, s̃m illud ad Rom. 4. Ei, q operatur, merces imputat̃ s̃m debitū, nō s̃m gr̃am. Aliud est debitū s̃m conditionē naturæ, puta, si dicamus debitū eē hoi qd̃ habeat rōnē, & alia, q̃ ad humanā ptinēt naturā. Neutro aūt mō dr̃ debitū pp hoc, q̃ Deus creaturæ obliget̃, sed potius inquātū creatura debet subiici Deo, vt in ea diuina ordinatio impleat̃: q̃ qdē est, vt talis natura tales condōnes, vel ꝓprietates habeat, & q̃ talia operās talia cōsequatur. Dona igit̃ naturalia carēt primo debito, nō āt carēt scd̃o debito: sed dona supnaturalia vtroq; debito carēt, & iō specialius sibi nomē gr̃æ vēdicāt. D. 431.

Ad 3ᵐ dcd̃m, q̃ gr̃a gratū faciēs addit aliqd supra rōnē gr̃æ gratis datæ, qd̃ ēt ad rōnē gr̃ę pertinet, q̃a. s. hoiem gratū facit Deo: & iō gr̃a gratis data, quæ hoc nō facit, retinet sibi nomē cōe, sicut in pluribus aliis cōtingit. Et sic opponunt̃ duæ partes diuisionis, sicut Gratū faciens, & Nō faciēs gratū.

Articvlvs II.

Vtrum gratia conuenienter diuidatur per operantem, & cooperantem.

Ad secvndvm sic ꝓceditur. Vr̃ q̃ gr̃a incōueniēter diuidat̃ p operātē, & cooperātē. Gr̃a. n. accidēs quoddā est, vt supra dictum est: sed accidens nō pōt agere in subiectum. ergo nulla gratia debet dici operans.

¶ 2 Præt. Si gratia aliqd operet̃ in nobis, maxime opat̃ i nobis iustificationem: sed hoc nō sola gr̃a operatur in nobis. dicit eñ Aug. super illud Io. 14. Opera, q̃ ego facio, & ipse faciet. Qui creauit te sine te, nō iustificabit te sine te. ergo nulla gratia debet dici simpliciter operans.

¶ 3 Præt. Cooperari alicui, vr̃ ptinere ad inferius agēs, non aūt ad principalius: sed gratia principalius operatur in nobis, q̃ liberū arb. s̃m illud Rom. 8. Non est currentis neque volētis, sed miserentis Dei. ergo gratia non debet dici cooperans.

¶ 4 Præt. Diuisio debet dari p opposita: sed opari, & cooperari non sunt opposita, idē. n. pōt operari & cooperari. ergo incōueniēter diuiditur gratia per operantem, & cooperantem.

Sed contra est, qd̃ Aug. dicit in lib. de gra. & lib. arb. Cooperādo Deus in nobis ꝑficit, qd̃ operādo incepit: q̃a ipse vt velimus, opat̃ incipiēs, q uolētibus cooperatur perficiēs: sed operationes Dei, q̃bus mouet nos ad bonū, ad gratiā pertinēt. ergo conuenienter gratia diuidit̃ per operantem, & cooperantem.

Resp. Dicendū, q̃ sicut supra dictū est, gr̃a dupl̃r pōt intelligi. Vno mō diuinū auxiliū, quo nos mouet ad bñ volendū, & agēdū. Alio mō habituale donū nobis diuinitus inditū. Vtroq; aūt mō gratia dicta conuenienter diuidit̃ per operātē, & cooperātē. Opatio. n. alicuius effect⁹ nō attribuit̃ mobili, sed mouēti. In illo ergo effectu, in quo mēs nostra est mota, & nō mouēs, solus aūt Deus mouēs, opatio Deo attribuit̃, & s̃m hoc dr̃ gr̃a operās. In illo aūt effectu, i quo mēs nr̃a, & mouet & mouetur, operatio nō solū attribuit̃ Deo, sed ēt aīæ, & s̃m hoc dicit̃ gratia cooperans. Est autem in nobis duplex actus. Primus quidem interior uoluntatis: & quātum ad istum actum voluntas se habet vt mota, Deus aūt ut mouens, & ꝓsertim cum voluntas incipit bonū velle, quę pri⁹ malū volebat. Et iō s̃m q̃ De⁹ mouet humanam mētem ad hunc actum, dicitur gratia operans. G H

¶ Alius autē actus est exterior, q cū à voluntate imperet̃, vt supra habitū est, cōsequens est, q̃ ad hunc actum operatio attribuatur voluntati. Et q̃a etiā ad hunc actū Deus nos adiuuat, & interius confirmando voluntatē, vt ad actū perueniat, & exterius facultatē operandi ꝓbēdo, respectu hmōi actus dr̃ gratia cooperans. Vnde post præmissa verba subdit Aug. Vt autem velimus, operatur: cum autem uolumus, ut perficiamus nobis cooperatur. Si igitur gratia accipiatur ꝓ gratuita Dei motione; qua mouet nos ad bonū meritoriū, conuenienter diuiditur gratia per operātē, & cooperātem. Si uero accipiat̃ gratia pro habituali dono, sic ē duplex gratię effect⁹, sicut & cuiuslibet alterius formæ: quorū primus est I K

Svp. Qvaes. CXI. Artic. II.

C. 2. d. 28. con. 2. arg. 12. Medina ar. 2.

991 *Ferrella per totum.* Inf. art. 3. c. Et 2. di. 26. ar. 5. Et ueri. q. 27. a. 5. ad 1. & 2. Et 2. cor. 6. Q 110. a. 2.

In artic. 2. qō. 111. omisso primo, dubium occurrit circa dr̃iam inter gratiam operantem, & cooperantem pro gratuita Dei motione sumptam. Implicantur siquidem duo contraria simul. Nā assignando differentiam dicitur, quòd operans dicitur, quando mēs nostra se habet vt mota tantum: cooperans uero quando mens nostra se habet ut mouens & mota applicando autem ad actus nostros subiungitur, quòd enim mouemur ad uelle, est gratia operans, cum uero mouemur ad exterius opus, est gratia cooperans. Constat autem quòd ad velle uoluntas se habet non ut mota tantum: nam velle à uoluntate est, & in uoluntate, alioquin non esset liberum.

Colligitur ex trac. 72 in Io. post medium, & to. 9. & de uerb. apostoli. ser. 85.

¶ Et confirmatur, quia mouere ad uelle, nihil aliud est quàm facere ut uelimus, ut Aug. allatus in litera testatur: facere autē ut uelimus, est facere ut moti moueamus nos ad uolendum.

Li. de gra & li. arb. c. 17. aliquantulum a prin. to. 7.

¶ Præterea aut author intendit, quòd mens nostra se habeat sic respectu actus interioris, & exterioris, aut respectu formæ actus, puta, bonitatis meritoriæ. Si respectu actus, cum uterque sit à uoluntate imperatus, respectu utriusque gratia dicetur cooperans, iuxta doctrinam literæ. Si respectu bonitatis meritoriæ, cū ut aque fit à uoluntate informata charitate, & gratia, par esset etiam ratio de utraque quo ad hoc, quòd est à uoluntate mota à Deo.

q. 109. & q. 110. a. 2.

Concl.

¶ Ad hoc dicitur dupliciter. Primo, quòd nulla est interdicta contrarietas: quoniam non dicitur in litera, quod respectu omnis actus interioris uoluntatis dicitur gratia operans, sed dicitur indefinite, remittendo se ad supr. dicta in quæstione nona artic. 4. ibi enim habuimus, quòd respectu primi actus uoluntas se habet, ut mota tantum, & Deus ut mouens. Et nomine primi actus, non intelligimus solus ille, quem uoluntas in principio operationum suarū omnium habet, sed quicunque primus absque consilio, & præuio motiuo ad bonū. Et propterea author dixit, Et præsertim cum uoluntas inc pit bonum uelle, quæ prius malū uolebat. Similiter igitur se habet uoluntas mota à Deo ad hmōi uelle, sicut graue ad motum deorsum. Et propterea sicut graue non mouet seipsum ad descensum, sed est motum à generante: ita uoluntas mota a Deo ad huiusmodi nouum uelle, nō mouet seipsam ad hoc, sed est [illegible] motum a Deo, est tamen tale uelle ipsius [illegible], sicut descendere est motus grauis. Et est, [illegible]

Q. 17. ar. 9 præcipue.

Eodē lib. de grat. & lib. arb. c. 7. to. 7.

esse, secundus est operatio: sicut caloris operatio est facere calidũ, & exterior calefactio. Sic igitur habitualis gratia, inquãtũ animã sanat, uel iustificat siue gratiam Deo facit, dicitur gratia operans: inquãtũ uero est principiũ operis meritorij, quod ex libero arb. procedit, dicitur cooperans. B

AD PRIMVM ergo dicendũ, quod secundum quod gratia est quędam qualitas accidẽtalis, nõ agit in animam effectiue, sed formaliter: sicut albedo dicitur facere albã superficiem.

AD 2^m dicendũ, quod Deus non sine nobis nos iustificat: quia per motum liberi arb. dum iustificamur, Dei iustitiæ consentimus. Ille tamen motus non est causa gratiæ, sed effectus: unde tota operatio pertinet ad gratiam.

AD 3^m dicendum, quod cooperari dicitur aliquis alicui non C solum sicut secundarium agens principali agẽti, sed sicut adiuuans ad præsuppositũ finem: homo autem per gratiã operantẽ adiuuatur a Deo ut bonum uelit. Et ideo præsupposito iã fine, consequẽs est, ut gratia nobis cooperetur.

AD 4^m dicendum, quòd gratia operans, & cooperans est eadem gratia, sed distinguitur secundum diuersos effectus, ut est supra dictis patet. D

ARTICVLVS III.

Vtrum gratia conuenienter diuidatur in præuenientem & subsequentem.

Medina ar. 3.

Alb. mag. 2. d. 26. ar. 7.

AD TERTIVM sic procedit. Videtur quod gratia inconuenienter diuidatur in præuenientem, & subsequentem. Gratia enim est diuinæ dilectionis[b] effectus: sed Dei dilectio nunquam est subsequẽs E sed semper præueniens, secundum illud 1. Ioan. 4. Non quasi nos dilexerimus Deum, sed quia ipse prior dilexit nos ergo gratia non debet poni præueniens, & subsequens.

¶ 2 Prętereà. Gratia gratum faciens est [b]una tantum in homine, cum sit sufficiẽs secũdum illud 2. ad Corinthio. 12. Sufficit tibi gratia mea: sed idem nõ potest esse prius, & B posterius. ergo gratia inconuenienter diuiditur in præuenientem, & subsequentem.

3 Prętereà. Gratia cognoscitur per effectus: sed infiniti sunt effectus[*] gratiæ, quorũ unus præcedit aliũ. ergo si penes hos gratia deberet diuidi in præuenientem: & subsequentem, uidetur quòd infinitæ essent species gratię: infinita autẽ relinquuntur à qualibet arte. nõ ergo gratia cõuenienter diuiditur in pręuenientem, & subsequẽtem.

SED CONTRA est, quòd gratia C Dei ex eius misericordia prouenit: sed utrunque in Psalm. 58. legitur, Misericordia eius pręueniet me, & iterum, Misericordia eius subsequetur me, ergo gratia conuenienter diuiditur in præuenientem, & subsequentem.

RESP. Dicẽdũ, quod[m] sicut gratia diuiditur in operantem, & cooperantem secundum diuersos effectus, ita etiam in præuenien- D tem, & subsequentem, qualitercunque gratia accipiatur[*]. Sunt autem quinq; effectus gratiæ in nobis, quorum primus est, ut anima sanetur. secundus, ut bonum uelit: tertius est, ut bonum quod uult, efficaciter operetur: quartus est, ut in bono perseueret: quintus est, ut ad gloriam perueniat. Et ideo gratia secũdũ quod causat in nobis primum effectum uoca- E tur præueniens respectu secũdi effectus: & prout causat in nobis secũdum, uocatur subsequẽs respectu primi effectus. Et sicut

berum, quia potest dissentire à tali uelle: Deus enim mouet sua A uiter liberum arbitrium secundum conditionẽ eius. Et per hoc patet responsio ad cætera: nam facere ut uelimus, non contingit uno modo, sed duobus, scilicet ut uelimus mouendo nos ipsos ad hoc, & ut uelimus moti tantum ab ipso Deo. Secundo modo spectat ad gratiam operãtẽ, primo ad cooperantẽ, iuxta calcem corporis articuli de opere meritorio. Et similiter non oĩs actus elicitus à uolũtate est imperatus ab ea. & propterea nõ est eadem, aut par ratio de actu, & bonitate meritoria intus, & extra. Secundo dicitur, quod quia in litera dicit agendo gratiã, gratuitã Dei motionẽ &c. expresse dicit, qua mouemur ad bonũ meritoriũ, intẽtio authoris est loqui de bono meritorio. Ita quod dupliciter inuenitur uolũtas se habere ad bonũ meritoriũ. s. ut mota tantũ, & ut mouẽs mota, quicquid sit de actu subitrãtu. Et quia ẽt in litera manifeste distinguitur inter actum interiorem meritorium, ut ẽ ex gratia, idest, habituali dono, & ut ẽ à gratia, s. gratuita Dei motione & primo modo attribuitur gratia cooperanti, secundo uero operanti. & quia etiã ex litera habetur, quod effectus gratiæ operantis habet rationẽ primi boni meritorii, effectus uero cooperantis hẽ rationem secũdarii, ex eo so nomine boni meritorii ẽt ad esse, quo constituitur aliquis in statu meritorio, consequens In corp. a. est, quod intentio authoris est dicere. quod tunc uoluntas se habet ad bonum meritorium ut mouens, quando ex præcedenti esse, uel actu meritorio facta in actu tam mouens ad meritorium 2. d. 26. a. bonum. Sunt enim 5. Et uer. tunc duo operantes, q 27. a 5. scilicet Deus, & uo- ad 6 Et luntas facta in actu Psa. 22. 6. in tali esse & prop- Et 2. co. 6 terea gratia cooperans dicitur tam confirmans uoluntatem ad exteriusopus, facultatemque exterioris operis præbens. quàm ut est principium interioris operis meritorij secundum habituale donum tam datã facultati liberi arb. ad utendum cum uult. Tunc autem uoluntas se habet ut mota tantum in hoc esse quando non ex præcedenti merito, aut esse meritorio, ad actum, uel statum meritorium ducitur. Et propterea gratia operans dicitur tam gratuita Dei motio ad actum interiorem meritorium, qui non procedit ex habitu uel actu alteo meritorio, quàm gratia ipsa habitualis, ut dat esse. Ad nihil enim horum sunt duo operantes, proprie loquendo, sed unus tantum, scilicet Deus. Voluntas autem etiã ad actus subsidiatos se habeat ut operans: ad rationem tamen meritorii, cũ eã non præhabeat in actu, non se hẽt ut operans, sed ut obsequẽs, ut in solutione ad secundum in litera hẽs. ¶ Vnde patet responsio ad obiecta quoniam in equiuoco laboratur de esse à uolũtate: aliud quippe est esse à uolũtate, & aliud ẽẽ à uolũtate in actu in tali esse, ita, ut moueat se ad meritum, longe plus ad hoc exigitur, quàm ad illud, ut patet. ¶ Ex hoc etiã patet, quod primo nõ primus actus uoluntatis est ab ea ut prædictũ est. & tñ nõ est ab ea ut mouente se, sicut uel descensus deorsum est à graui ut mouente se, proportionaliter loquẽdo semper, unũ superest dubiũ, an actus quidẽ interior possit simul esse à gratia operante, & cooperãte uerbi gratia. Deus gratuita sua motione excitat Petrũ tamen existẽtẽ in gratia ad interiorem actũ charitatis, & consentit Petrus non occiđam zelo honoris Dei, an actus ille sit ab utraque gratia: & ut est ab habitu, sit cooperantis, ut à gratuita Dei motione sit operãtis gratiæ. an ipsa gratuita Dei motio, per præcedẽtẽ habitũ, spectet ad gratiam cooperantẽ. ¶ Sed hoc non est difficile soluere intuenti rationem literæ, & formaliter rationes actuum considerãti. Nã actus meritorius præexistentis in gratia aut est imperatus à gratia, & tunc sine dubio ad solam gratiam cooperantem spectat, sicut & actus exterior: aut non imperatus à gratia, sed gratia se habet ad illum obsecutiue, ut contingere ut in nouis actibus excedentibus proportionem gratiæ, quillam ualde augẽt: & tunc gratuita Dei motio operantis gratiæ rationẽ habet ad talem actũ substantiationẽ, quãuis sub communi ratione meritorii etiã à gratia cooperante sit, quando ut sic, a gratia habituali imperatur propter præexistentem finem in eo. Et ex hoc habes, quod Concl. in infusione gratiæ, & iustificatione impii. sed post acceptam gratiam pluries, quamuis manifestius in iustificatione impii. Et propterea in litera dicitur, quod quantum ad actum interiorem mota uoluntas se habet ut mota, Deus autem ut mouens præsertim quoniam uoluntas, quæ prius malum uolebat, incipit bonum uelle.

[*] Hæc secunda solutio principalis dubii magis uidetur ad mentem authoris, una tamen aliam clarificat.

¶ In reliquis tribus huius quæstionis articulis nihil scribendum occurrit.

unus effect⁹ est posterior uno effectu, & prior alio, F ita gratia põt dici præueniens, subsequens secundum eũdẽ effectum respectu diuersorum: & hoc est quod* Aug. dicit in lib. de natura & gratia. Præuenit ut sanemur, subsequitur ut sanati uegetemur: p̃uenit ut uocemur, subsequitur ut glorificemur.

e.31.parũ à prin.t.7

Ad primum ergo dicendũ, q̃ dilectio Dei nominat aliquid æternũ, & iõ nunq̃ põt dici nisi præueniens: sed gratia significat effectum temporalem, qui põt precedere aliquid, & ad aliquid subsequi: ideo gratia potest dici præueniens, & subsequens.

Ad 2ᵐ dicẽdũ, q̃ gratia nõ diuersificatur p̃ hoc, q̃ est præueniens, & subsequens ſm essentiam, sed G solũ ſm effectus, sicut & de operante, & cooperante dictũ est. Quia et ſm quod gratia subsequens ad gloriã pertinet, non est alia numero à gratia preueniente, p̃ quã nunc iustificamur. Sicut enim charitas uiæ non euacuatur, sed perficitur in patria: ita et & de lumine gratię est dicendum, quia neutrum in sui ratione imperfectionem importat.

Ad 3ᵐ dicẽdũ, q̃ quis effectus grẽ possint esse infiniti numero, sicut sũt infiniti act⁹ humani, tñ oẽs reducunt̃ ad aliqua determinata, ĩ specie: & p̃terea oẽs conueniunt in hoc, quòd unus aliũ præcedit.

591 Porrecta per totum. 3 cõtra c. 154. Et 1. cor. 12. lect. 2.

Articvlvs IIII.

Vtrum gratia gratis data conuenienter ab Apostolo diuidatur.

Fer. 3. cont. c. 154. Medina ar. 4.

Ad qvartvm sic procedit. Vr̃ q̃ gratia gratis data inconueniẽter ab Apostolo distinguat. Oẽ enim donũ, quod nobis à Deo gratis datur, põt dici gratia gratis data, sed infinita sunt dona, q̃ nobis grã à Deo cõceduñt tã in bonis aĩæ, q̃ in bonis corporis, q̃ tñ nos Deo gratos ñ faciũt ergo grę gratis datę nõ p̃nt ꝑprehendi sub aliqua certa diuisione.

¶2 Præ. Gratia gratis data h distinguitur contra gratiã gratũ facientẽ: sed fides pertinet ad gratiã gratũ facientẽ, quia p̃ ipsam iustificamur, ſm illud Roma. 5. Iustificati igit̃ ex fide &c. ergo incõueniẽter ponitur fides inter gratias gratis datas, p̃sertim cũ aliæ uirtutes ibi non ponantur, ut spes, & charitas.

¶3 Prę. Operatio sanitatum, & loqui diuersa genera linguarũ, miracula quędã sunt interpretatio et sermonum ad sapientiam, uel scientiã h p̃tinet, secũdũ illud Dan. 1. Pueris his dedit Deus scientiã, & disciplinam in omni libro, & sapientia. ergo inconueniẽnter diuiditur gratia sanitatũ, & genera linguarũ contra operationem uirtutum, & interpretatio sermonũ contra sermonem sapientiæ, & scientiæ. K

¶4 Præ. Sicut sapientia, & scientia sunt quędã dona Spiritussancti, ita etiam intellectus, consilium, pietas, & fortitudo, & timor, ut* supradictum est. ergo hæc etiam debent poni inter gratias gratis datas.

*q.48.ar.4.

Sed contra est, est, quod Apostolus dicit. 1. ad Corinthios 12. Alii per spiritum datur sermo sapiẽtię, alii aũt sermo scientiæ secundum eundem spiritum, alteri fides i eodem sp̃ũ, alii gratia sanitatũ, alii operatio uirtutũ, alii p̃phetia, alii discretio spirituũ, alii gñа linguarũ, alii iterp̃tatio sermonũ.

*Ar.1.huius quæ.

Respon. Dicẽdum, quòd sicut* supra dictum est, Gratia gratis data ordinat̃ ad hoc, q̃ homo alteri cooperetur, ut reducatur ad Deũ: Iõ autẽ ad hoc operari nõ põt interius mouendo, hoc enim solius Dei est, sed solũ exterius docẽdo, uel p̃ suadẽdo. Et iõ gratia gratis data, illa sub se continet, quibus hõ indiget ad hoc, q̃ alterũ instruat in rebus diuinis, q̃ sunt supra rationẽᵐ. Ad hoc ãt tria requirũtur. Primo q̃dẽ, q̃ hõ sit sortitus plenitudinẽ cognitionis diuinorũ, ut ex hoc instruere alios possit. Secundo, ut possit confirmare, uel probare ea, q̃ dicit, alias nõ esset efficax ei⁹ doctrina. Tertio, ut ea q̃ cõcipit, possit cõuenienter auditorib. proferre. Quantũ igitur ad primũ tria sunt necessaria, sicut ẽt apparet ĩ magisterio humano. Oportet. n. q̃ ille, q̃ dẽt aliumm instruere in aliqua scientia, primo quidem ut principia illius sciẽtię sint ei certissima, & quãtũ ad hoc ponit̃ fides, q̃ est certitudo de rebus inuisibilibus, q̃ supponuntur ut principia in catholica doctrina. Secũdo, oportet q̃ doctor rectè se hẽat circa principales cõclusiones sciẽtiæ: & sic ponit̃ sermo sapiẽtiæ, q̃ est cognitio diuinorũ. Tertio, oportet ut ẽt abũdet exẽplis, & cognitione effectuũ, p̃ quos iterdũ oportet manifestare cãs: & quãtũ ad hoc ponit̃ sermo sciẽtię, q̃ ẽ cognitio rerũ humanarũ. q̃a inuisibilia Dei, p̃ ea, q̃ facta sũt intellecta, cõspiciunt̃. Cõfirmatio at ĩ his, q̃ subdunt̃ rõni, e p̃ argumẽta. In his ãt, q̃ sunt s. rõnẽ diuinitus reuelata, cõfirmatio ẽ p̃ ea, q̃ sũt diuinæ uirtuti p̃pria: & hoc dupliciter. Vno q̃dẽ mõ, ut doctor sacræ doctrinæ faciat, q̃ solus Deũ facere p̃t i operib. miraculosis, siue sint ad salutẽ corporũ, & quãtũ ad hoc ponit̃ grã sanitatũ siue ordinent̃ ad solã diuinę p̃tatis manifestationẽ sicut q̃ sol stet, aut tenebrescat, q̃ mare diuidat̃: & quãtũ ad hoc, ponit̃ o p̃atio uirtutũ. secũdo, ut possit manifestare ea, q̃ solius Dei est scire, & hæc sũt cõtingentia futura: & quãtũ ad hoc ponit̃ p̃phetia & ẽt occulta cordiũ: & quantũ ad hoc ponitur discretio spirituum. Facultas autem pronuntiandi p̃t attendi uel quantũ ad idioma, in quo aliquis possit intelligi, & secundũ hoc ponuntur gñа linguarũ: uel quãtũ ad sensum eorum, quæ sunt proferenda. & quãtum ad hoc ponitur interpretatio sermonũ.

Concl.

Ad primvm ergo dicendum, q̃ sicut* supra dictum est, non omnia beneficia, quæ nobis diuinitus conceduntur, gratiæ gratis datæ dicuntur, sed solum illa, quæ excedunt facultatem naturæ: sicut q̃ p̃dicator abũdet sermone sapientiæ, & scientiæ, & aliis hmõi: & talia ponuntur hic sub gratia gratis data.

*Ar.1.huius quæst.

Ad 2ᵐ. dicendum q̃ fides nõ numeratur hic iter gratias gratis datas, ſm quod est quædã uirtus iustificans hominem in seipso, sed ſm hoc, q̃ importat quandã supereminentem certitudinẽ fidei, ex qua hõ fit idoneus ad instruendum alios de his, quæ ad fidem pertinent. Spes ãt & charitas p̃tinent ad uim appetitiuã, ſm quod p̃ eã homo in Deũ ordinatur.

Ad 3ᵐ dicẽdũ, q̃ grã sanitatũ distinguit̃ ã gñali o p̃atione uirtutũ, q̃a hẽt specialẽ rõne iducẽdi ad fidẽ, ad quã aliquis magis p̃mptus reddit̃ p̃ beneficiũ corp ralis sanitatis, quã p̃ fidei uirtutẽ assequit̃. Similiter ẽt loquuntis linguis, & interpretari sermones, hñt speciales quasdã rationes mouendi ad fidẽ: & iõ ponuntur speciales gratiæ gratis datæ.

Ad 4m dicendũ, q sapientia & scientia nõ cõputãt inter gratias gratis datas, ſm qđ enumerãtur inter dona Spiritusſancti, prout.ſ. mens hoĩs est bene mobilis per Spiritũ ſanctum ad ea, quæ ſunt ſapientiæ & ſcientiæ: ſic enim ſunt dona Spiritusſancti, vt * ſupra dictũ eſt. Sed cõputantur inter gratias gratis datas, ſm qđ important quandã abundantiã ſcientiæ, & ſapientiæ, vt homo poſſit non ſolum in ſeipſo rectè ſapere de diuinis, ſed ẽt alios instruere & cõtradicentes reuincere. Et iõ inter gratias gratis datas ſignificantᷣ primo * ſermo ſapiẽtiæ, & ſermo ſcientiæ: q̃a vt * Auguſtinus dicit 14. de Trinitate, aliud eſt ſcire tantummodo quid homo credere debeat propter adipiſcẽdam vitam beatam, aliud eſt ſcire quemadmodum hoc ipſum, & pijs opituletur, & contra impios defendatur.

*Q. 68. ar. 1. & 4.

Alias ſignificãtes ponitur.

*Li. 14. ca. 1. a med. tomo 3.

ARTICVLVS V.

Vtrum gratia gratis data ſit dignior quàm gratiam gratum faciens.

Medina Art. 5.

3. q. 7. art. 7. ad 1.

AD QVINTVM ſic proceditur. Vr̃ q gratia gratis data ſit dignior quàm gratia gratũ faciens. bonũ enim gentis eſt melius quàm bonũ vnius, vt * Philoſophus dicit in 1. Ethic. ſed gr̃a gratũ faciens ordinat ſolũ ad bonũ vnius hoĩs, gratia aũt gratis data ordinatur ad bonum commune totius Eccleſiæ, ut * ſupra dictum eſt. ergo gratia gratis data eſt dignior quàm gratia gratum faciens.

*Cap. 2. in fine.

*Ar. 1. & 4. huius qu.

¶ 2 Præt. Maioris virtutis eſt, q aliquid poſſit agere in aliud, quàm quod ſolũ in ſeipſo p̃ficiat: ſicut maior eſt claritas corporis, quod põt ẽt alia corpora illuminare, quàm eius quod ita in ſe lucet, q alia illuminare non põt. Propter quod etiam * Philoſophus dicit in 5. Ethicorum, q iuſtitia eſt præclariſſima virtutũ, per quam homo rectè ſe habet ẽt ad alios: ſed per gratiam gratum facientem homo p̃ficitur in ſeipſo, per gratiam aũt gratis datam homo operatur ad perfectionem aliorũ. ergo gratia gratis data eſt dignior quàm gratia gratum faciens.

C. 1. poſt med. to. 5.

¶ 3 Præt. Id, quod eſt proprium meliorum, dignius eſt quàm id, qđ eſt cõe oĩum, ſicut rõcinari, qđ ẽ p̃priũ hoĩs, dignius eſt quàm ſentire, qđ eſt cõe oĩb. animalibus: ſed gratia gratum faciens eſt cõis omnibus mẽbris Eccleſiæ, gratia aũt gratis data ẽ p̃priũ donũ digniorũ membrorũ Eccleſiæ. ergo gr̃a gratis data eſt dignior quam gratia gratum faciẽs.

SED CONTRA eſt, quod Apoſtolus 1. ad Corint. 12. enumeratis gratijs gratis dãtis, ſubdit, Adhuc excellẽtiorem viã vobis demonſtro. Et ſicut p̃ ſubſequentia patet, loquitur de charitate, quæ p̃tinet ad gratiam gratum facientem. ergo gratia gratum faciens excellentior eſt quàm gratia gratis data.

RESPON. Dicendũ, q vnaquæq; virtus tanto excellentior eſt, quanto ad altius bonum ordinat̃. Sẽper aũt finis potior eſt his, quę ſunt ad finẽ: gratia enim gratũ faciens ordinat hominẽ immediate ad coniunctiõnẽ vltimi finis: gratię aũt gratis datę ordinant hoĩem ad q̃dã p̃paratoria finis vltimi: ſicut p̃ p̃pheti ã, & miracula, & alia huõdi, hoĩes idueũt ad hoc, q vltimo fini cõiũgant̃. Et iõ gr̃a gratum faciẽs eſt multo excellẽtior quã gr̃a gratis data. *

Concl. resp.
Concl. n.

AD PRIMVM ergo dicẽdũ, q ſicut Philoſophus dicit in 12. Met. Bonũ multitudinis, ſicut exercitus, ẽ duplex. Vnũ q̃dẽ qđ eſt in ipſa multitudine, puta, ordo exercitus: aliud aũt ẽ qđ eſt ſeparatũ a multitudine, ſicut bonũ ducis. Et hoc meli⁹ eſt: q̃a ad hoc ẽt illud aliud ordinat̃. Gr̃a aũt gratis data ordinat̃ ad bonũ cõe Eccleſiæ, qđ eſt ordo eccleſiaſtic⁹: ſed gr̃a gratũ faciẽs ordinat̃ ad bonũ cõe ſeparatũ, qđ eſt ipſe Deus. Et iõ gratia gratũ faciẽs eſt nobilior.

Ad 2m dicendũ, q ſi gr̃a gratis data poſſet hoc agere in altero qđ homo p̃ gr̃am gratũ faciẽtẽ cõſequit̃, ſequeret̃ q gr̃a gratis data eſſet nobilior: ſicut excellentior eſt claritas ſolis illuminãtis, q̃ corporis illuminati. Sed p̃ gr̃am gratis datã homo non põt cauſare in alio cõiunctiõnẽ ad Deũ, quã ipſe habet p̃ gr̃am gratũ facientem, ſed cauſat quaſdã diſpoſitiones ad hoc. Et iõ non oportet q gr̃a gratis data ſit excellẽtior: ſicut nec in igne calor manifeſtatiuus ſp̃ei eius, p̃ quã agit ad inducẽdũ calorem in alia, eſt nobilior quàm forma ſubſtãtialis ipſius.

Ad 3m dicendum, quòd ſentire ordinatur ad ratiocinari ſicut ad finem, & ideo ratiocinari eſt nobilius. Hic aũtem eſt econuerſo: quia id, quod eſt proprium, ordinatur ad id, quod eſt commune ſicut ad finem: vnde non eſt ſimile.

QVAESTIO CXII.

De cauſa gratiæ, in quinque articulos diuiſa.

DEINDE conſiderandũ eſt de cauſa gratiæ. Et circa hoc quæruntur quinque.

¶ Primo, Vtrum ſolus Deus ſit cauſa efficiens gratiæ.

¶ Secundo, vtrum requiratur aliqua diſpoſitio ad gratiam ex parte recipientis ipſam per actum liberi arbitrij.

¶ Tertiò, Vtrum talis diſpoſitio poſſit eſſe neceſſitas ad grã.

¶ Quartò, Vtrum gratia ſit æqualis in omnibus.

¶ Quinto, Vtrum aliquis poſſit ſcire ſe habere gratiam.

ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrum ſolus Deus ſit cauſa gratiæ.

AD PRIMVM ſic proceditur. Videtur quòd nõ ſolus Deus ſit cã gratiæ. Dicitur. n. Io. 1. Gratia & veritas p̃ Ieſum Chriſtum facta eſt: ſed in nomine Ieſu Chriſti intelligitur non ſolum natura diuina aſſumens, ſed etiam natura creata aſſumpta. ergo aliqua creatura p̃poteſt eſſe cauſa gratię.

¶ 2 Præt. Iſta differentia ponitur iter ſacramẽta nouę legis, & veteris, q ſacramenta nouę le-

SVP. QVÆ. CXII. ART. I.

Medina art. 1.

IN articulo primo quæſtionis cẽteſimæ duodecimæ dubium occurrit, quoniam in prima parte quæſtio. 45. articul. 4. diffinitum eſt, qđ nulla creatura poteſt creare ſiue principaliter, ſiue inſtrumentaliter: nunc autem dicitur, quòd aliqua res creata poteſt inſtrumentaliter cauſare gratiam, quod eſt creare, cum gratia non educatur de potentia ſubiecti.

¶ Ad hoc dicitur, negando q gratia proprie creetur, quia vt in prima parte quæſtio 45 articul. 4. dictum fuit, creari eſt proprie ſubſiſtentium: gratia autem licet non educatur de potentia ſubiecti, ſicut nec anima intellectiua, differt ab ea in hoc, q nõ ſubſiſtit ſicut anima: & ideo, vt paulo ante in quęſtione, 110. articul. 2. ad 3. dictum eſt, non proprie fit, & conſequẽter nec creatur: ſed dicitur creari, q̃a nõ educitur de potentia ſubiecti, nec datur ex meritis. p̃pter. n. homo

Su. q. 100. ar. 7. cor. Et 3. q. 62. ar. 1. cor. et ad 3. Et 2. di. 26 ar. 4 Et 4 di. 14. q. 2. art. 2. Et veri. q. 27. arti. 3. Et Eph. 2. le. 3.

gis causant gratiā, quam sacramenta ueteris legis solum significant: sed sacramenta nouæ legis sunt quædam uisibilia elementa. ergo nō solus Deus est cā gratiæ.

3 Præt. Secundū Dionys. in libr. cœl. hierar. angeli purgāt, & illuminant, & perficiūt, & angelos inferiores, & ēt homines: sed rōnalis creatura purgat, illuminat, & pficit p gratiā ergo nō solus Deus est cā gratiæ.

SED CONTRA est, quod in Psal. 83. dicitur, Gratiam & gloriam dabit Dominus.

RESP. Dicendū, q nulla res pt agere ultra suam spēm, quia semp oportet, q cā potior sit effectu. Donū aūt gr̄æ excedit oēm facultatē naturæ creatæ, cum nihil aliud sit q̄ qdā participatio diuinæ naturę, q̄ excedit oēm aliā naturā: & iō ipossibile est, q aliqua creatura gratiā causet. Sic enim necesse est q solus Deus deificet cōicando cōsortiū diuinæ naturæ per quandā similitudinis participationem: sicut impossibile est, q aliqd igniat nisi solus ignis.

AD PRIMVM ergo dicendum, q humanitas Christi est sicut quoddā organū diuinitatis eius, vt Damas. dicit in 3. lib. Instrumentū autē nō agit actionē agentis principalis propria uirtute, sed uirtute principalis agētis. & iō humanitas Christi nō causat grām, ppria uirtute, sed uirtute diuinitatis adiūctæ, ex qua actiões humanitatis Chri sūt salutares.

AD 2m dicēdū, q sicut in ipsa psona Chri humanitas cāt salutē nr̄a p gratiā uirtute diuina principaliter opāte, ita ēt in sacramētis nouæ legis, q̄ deriuātur à Xpo, causāt gr̄a instrumētaliter qdē p ipsa sacramēta sed principaliter p uirtutē Spūs sācti in sacramentis operātis, fm illud Io. 3. Nisi qs renatus fuerit ex qua & spiritu sancto. &c.

AD 3m dicēdū, q angelus purgat, illuminat, & pficit angelū, uel hominē p modū instructionis cuiusdā, nō āt iustificādo p gratiā. Vñ Dio. dicit. 7. c. de di. no. q hmōi purgatio illuminatio, & pfectio nihil est aliud, quàm diuinæ scientiæ assumptio.

ARTICVLVS II.

Vtrum requiratur aliqua preparatio & dispositio ad gratiam ex parte hominis.

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur quòd non requiratur aliqua pparatio, siue dispositio ad gratiam ex parte hominis. Quia ut Apostolo dicit Ro. 4. Ei qui operatur, merces non imputatur secundum gratiam, sed secundum debitum: sed præparatio hominis p liberum arbitriū non est nisi per aliquam operatio nē ergo tolleretur ratio gratiæ.

¶ 2 Præt. Ille qui in peccato pgreditur, nō se ppararad gratiā habendam: sed aliquibus in peccato progredientibus data est gratia, sicut patet de Paulo q gratiā cōsecutus est dū esset spirās minarū, & cędis i discipulos dñi, ut dr̄ Act. 9. ergo nulla pparatio ad gratiā requirit ex parte hoīs.

¶ 3 Præt. Agens infinitæ uirtutis nō requirit dispositionem in materia, cū nec ipsam materiā requirat, sicut in creatione apparet, cui collatio gratiæ comparatur, q̄ dr̄ noua creatura, ad Gal. ultimo: sed solus Deus, qui est infinitæ uirtutis, gratiam causat, ut dictum est. ergo nulla præparatio requiritur ex parte hominis ad gratiam consequendam.

SED CONTRA est, quod dicitur Amos 4. Prępara te in occursū Dei tui Israel. & 1. Re. 8. dr̄, Præparare corda uestra Domino.

RESPON. Dicēdū, q sicut s̄. dictū est, grā dr̄ dupliciter. Qn̄que qdē ipsum habituale donū Dei: qnq; āt auxiliū Dei mouētis animā ad bonū. Primo igit mō accipiēdo gratiā, pexigit ad gratia aliqua gr̄æ pparatio, q a nulla forma pt esse nisi in materia disposita. Sed si loquamur de grā, fm quod signat auxiliū Dei mouētis ad bonū, sic nulla pparatio requiritur ex parte hominis quasi præueniens diuinum auxiliū. sed potius qnæcūq; pparatio in homine esse pōt, est ex auxilio Dei mouētis aīam ad bonum. Et fm hoc ipse bonus motus liberi ar. quo quis pparāt ad donū gratiæ suscipiēdū ē actus liberi arb. moti a Deo. Et quantū ad hoc dicit homo se præparare, secūdū illud Prouer. 16. Hominis est præparare animū. & principaliter a Deo mouente liberum arbitriū. Et secundum hoc dicitur ē Deo uolūtas hominis pręparari, & à Domino gressus hominis dirigi.

AD PRIMVM ergo dicendū, q pparatio hominis ad gratiam habenrem, quædam est simul cum ipsa infusione gratiæ. Et talis operatio est quidem meritoria, sed non gratiæ q̄ iā hr̄, sed gloriæ, q̄ nondū habet. Est āt alia pparatio gratiæ imperfecta, q̄ aliqñ pcedit donū gratiæ gratum facientis, q̄ tamen est a Deo mouente. Sed ista non sufficit ad meritum, nondū homine per gratum iustificato: quia nullū meritū potest esse nisi ex gratia, ut infra dicetur.

AD 2m dicendū, q cum homo ad gratiam se præparare non possit, nisi Deo eum præueniente, & mouēre ad bonum refert utrum subito, uel paulatim aliquis ad perfectam præparationem perueniat Dicitur enim Eccl. 11. Facile est in oculis Dei subito hone-

lib. 3. c. 5.

cap. 7. cœl. hier. ame dio habetur etiam ex. c. 7. de di. no.

Art. præc.

q. 106. 110 & 111. ar.

D. 678.

q. 114. a. 2.

mo sit gratus ex aliquo, scilicet ex homini non grato. Cum ergo dicitur, q nec principaliter, nec instrumentaliter potest res creata creare, pprie intelligitur de creare proprie sumpto, ut patet diffuse in secundo contra Gen. cap. 21.

SEPER Q. A. CXII. ART. II.

Medina 22. 2.

195

Parrecta per totam.

In articulo. 2. eiusdem quæstionis, dubium occurrit quòd ca... scilicet quòd gratia donum habituale exigit præparationem, quia nulla forma potest esse nisi in materia disposita. Videtur enim hoc esse falsum, propterea quòd gratia est forma secundum se non exigens dispositionem. nam si exigeret dispositionem, se queretur quod non posset conferri infantibus, in quo non est usus liberi arbitrii. Nec est negare aliquam qualitatem in eidem ... animæ ... in qua cunque potentia di...

In... & 7. cor. E... 2. q. 4. a. 1. ... 4. d. 17. ... 2. q. 1. & 2 & a. 3. 4. Et habet. 12. lect. 3.

sponente pro gratia.

RESPON. Dicendū, q̄ nullus pōt sibi mereri reparationē post lapsum futurū, neq; merito ꝯdigni, neq; merito congrui. Merito q̄dem cōdigni hoc sibi mereri nō pōt: quia rō huius meriti depēdet ex motione diuinæ grę, quæ quidē motio interrumpit p sequens peccatū: vnde oia beneficia, q̄ postmodū aliquis à Deo ꝯsequitur, quibus reparatur, non cadūt sub merito, tanquā motio ne prioris grẽ vsq; ad hæc non se extendēte. Meritū ēt cōgrui, quo quis alteri primā grām meretur, impedit ne consequatē effectum pp impedimentū peccati in eo, cui quis meretur. Multo igiē magis impediē talis meriti efficacia p impedimentū, qd̄ est, & in eo, qui mereē, & in eo, cui mereē. hic enim vtrunq; in unā personam concurrit: & iō* nullo modo aliquis potest sibi mereri reparationem post lapsum. D E

SVP. QVÆST. CXIIII. ART. VII.

Medina art. 7.

IN articul. 7. dubiū occurrit circa rōnē literæ ad probandum, q̄ nullus potest mereri ex condigno sibi reparationem post lapsum, quia. s. motio diuinæ gratiæ interrumpitur per lapsum. Cōtra hanc siquidem rationē instatur. Primò, quia nō exigiē ad hoc, q̄ aliqua sit merces reddenda ex condigno, quòd motio diuinæ gratiæ non interrumpatur. ergo ratio literæ, quæ ex interruptione infert non meritū, nihil valet. Assumptū patet quia Iudas quandoque meruit vitam æternam ex condigno & tamen motio diuinæ gratiæ fuit interrupta. Et confirmatur, quia tm̄ est dicere, q̄ interruptio gratiæ facit, vel exigit aliquid non cadere sub merito condigni, quantum dicere, nihil meremur ex condigno, nisi ad quod continuata gratia peruenimus: quod est falsum.

219 *Porrecta per totum.* 2. d. 27. a. 4. ad 3. Et Heb. 6. le. 3.

ar. 2. huius q. & q. 109. ar. 5.

¶ Ad euidentiam huius difficultatis sciendum est, q̄ gratia dupliciter concurrit ad meritum. Primo, vt constituens hominem in statu remunerabili: & hoc facit gratia constituendo hominem diuinæ naturæ consortem. Secundo, vt principium actus meritorij: & quia secundum non solum præsupponit primum in ratione principij, sicut agere præsupponit esse, sed coexigit in ratione constituentis statum remunerabilis, ita quòd nullus ex condigno meretur sibi hominem, sed sibi constituto in gratia mercedem, seu præmium simpliciter: adeo de ratione meriti ex condigno sibi, est constituere mercedem debitam sibi in statu gratiæ. Ita q̄ gratia non solum exigitur ad constituendam personam, quæ meretur, & cui meretur, sed cui exhibendum sit præmiū [illegible] [illegible] talis, qa. s. qd̄ [illegible] [illegible] mercedē [illegible] in solo statu digno mercede: nullus. n. meretur aliquid

Concl.

aliquid exhibendu ubi in statu indigno merce- de. Ex hoc aût q status digous merceit debita merito ex condigno constituitur gratia, sequitq impossibile est habere rõnem mercedis debitæ merito ex condigno, qd in rõne sua claudit statum oppositũ, vt patet: & quia reparatio post lapsum in rõne sua claudit subiectum in statu opposito, quia in peccato mortali per lapsum: ideo impossibile est, q reparatio post lapsũ habeat rõnem mercedis debitæ merito ex cõdigno: & hoc intẽdit author in paucissimis verbis lræ. Quod vt clarius intelligas simul cum dictis, nunc scito interruptionem gratiæ dupliciter inueniri posse. Primo vt impedimẽtũ ad cõsequẽdã mercedẽ meritis debitã, & de tali interruptione loquitur author hic in solutione ad tertiũ: de qua ẽt loquũt obiectiones in oppositũ allatæ, quã ẽt Iudas non assecutus est vitã æternã, q̃ emeruerat, si aliqñ fuit bonus. Et talis interruptio, vt in lra dr, ipedit cõsecutionẽ mercedis, sicut vniuersaliter cũ naturalis ipedibilis, potase mẽ pfectum aliquãdo ipse operãs propriũ effectũ, si eradicet vel aliter occupet, ipedit a cõsecutione effectus, ad quẽ scdm naturã suã erat ordinatũ. Iã. n. dictũ est, q actus meritorius est ordinatus p gfæ semen à Deo ad causandũ vitã æternã, sicut alij actus naturales ad suos terminos.

216 Porrecta per totum. 2. d. 27. ar. 5. Et 4. dis. 20. ar. 2. q. 30. sor. Et hmõi interruptio p accidẽs se hẽt ad meritũ, & mercedem q̃uis per se se habeat ad cõsecutionẽ, vt pnte directe contraria illi. ¶ Scdo aũt mõ inuenit interruptio, vt clausa in rõne termini. Et sic est implicatio in adiecto, dicere q est merces in statu interruptionis, sicut dicere lumẽ i opaco, vt patet ex dictis. Et de hmõi interruptione loquitr lra in hac rõne, q̃ motio diuinæ gfæ interruptã p sequẽs peccatũ, vt inclusã in rõne mercedis attẽti p cõ, quare non cadit reparatio post lapsũ in merito. ¶ Ex p hoc patet solutio ad obiecta. Nã, & vita

ar. 2. & 4. æterna, & augmentũ gfæ, & qcqd cadit simpliciter sub merito cõdigni, ad cõsecutionẽ quẽ sui exigit cõtinuitatẽ, seu pseuerãtiã status: ad hoc aũt q sit merces debita, ut n.

F Nec interruptio, quia impedit talem continuitatem, impedit reparationem habere rationem mercedis: sed quia separatio post lapsum includit in ratione sua interruptionem, vt lumen diaphanum: non sic autem est de vita æterna, & alijs, quæ meremur ex condigno.

AD PRIMVM ergo dicẽdũ, q desiderium, quo quis desiderat reparationem post lapsum, iustũ dr, & similiter oratio, qa tendit ad iustitiã: non tamẽ ita, q iustitiæ innitatur per modũ meriti, sed solum misericordiæ.

G AD 2m dicendum, q aliquis põt alteri mereri ex ɔgruo primã grãm: quia non est ibi impedimentũ, saltẽ ex parte merẽtis qd inuenit, dum aliquis post meritum gratiæ à iustitia recedit.

AD 3m dicendum, q quidã dixerunt, q nullus meretur absolute vitam æternam, nisi per actum finalis grã. s. solum sub conditione, si pseuerat. Sed hoc irrationabiliter dicitur, quia qñ-

H que actus vltimæ gratiæ, nõ est magis meritorius, sed minus q̃ actus præcedentes propter ægritudinis oppressionem. Vnde dicendum, q quilibet actus charitatis meretur absolute vitã æternam: sed per peccatum sequens ponitur impedimentum præcedenti merito, ut non sortiatur effectum: sicut etiam causæ naturales deficiunt a suis effectib. pp superueniens impedimẽtũ.

ARTICVLVS VIII.

Vtrum homo possit mereri augmentum gratiæ, vel charitatis.

I AD OCTAVVM sic proceditur. Videtur q homo non possit mereri augmentũ gratiæ, vel charitatis. Cum n. aliquis acceperit [b] præmiũ qd meruit, nõ debet ei alia merces, sicut de quibusdã dicitur Matth. 6. Receperunt mercedẽ suam. si igitur aliquis merereṫ augmẽtũ charitatis vel gratiæ, sequeretur q gra-

K tia augmentata, non posset vlterius expectare aliud præmiũ, quod est inconueniens.

¶ 2 Præt. Nihil agit vltra suam [b] speciem: sed principium meriti est gratia, vel charitas, vt ex supradictis patet. ergo nullus potest maiorem gratiam, vel charitatem mereri, quam habeat.

¶ 3 Præt. Id, qd cadit sub merito meretur homo per quemlibet actum a gratia, vel charitate pcedentẽ; sicut per quẽlibet talẽ actum meretur homo vitã æternam. si igitur augmentum gratiæ, vel charitatis cadat sub merito, videṫ q per quẽlibet actũ charitate informatũ aliquis mereatur augmentum charitatis: sed id, qđ hõ meretur, infallibiliter à Deo [b] consequiṫ, nisi impediaṫ per peccatũ sequens, dr. n. ad 2. Tim. 1. Scio cui credidi, & certus sum, quia potens ẽ depositũ meum seruare. Sic ergo sequeretur quòd per quemlibet actum meritorium gratia, vel charitas augeretur, quod vr̃ inconueniens: cum qñq; actus meritorij non sint multum feruentes, ita q sufficiant ad charitatis augmentum. non ergo augmentũ charitatis cadit sub merito.

SED CONTRA ẽ, qđ Aug.* dicit super epist. Io. q charitas meretur augeri, ut aucta mereatur & perfici. ergo augmentũ charitatis, vel grẽ cadit sub merito.

RESPON. Dicendum, q sicut supra dictũ est,* illud cadit sub merito cõdigni, ad quod motio gratiæ se extendit: motio autẽ alicuius mouentis nõ solum se extendit ad vltimum terminum motus, sed etiam ad totum progressum in motu. Terminus aũt motus gratiæ est vita æterna: progressus aũt in hoc motu est ẽm augmentum charitatis, vel gratiæ, ẽm illud Prou. 4. Iustorũ semita quasi lux splendens procedit, & crescit vsque ad perfectũ diem, qui est dies gloriæ, sic igitur m augmentum gratiæ cadit sub merito condigni. *

AD PRIMVM ergo dicẽdum, q premiũ est terminus meriti. Est aũt duplex terminus mot*. s. vltimus, & medius, qui ẽ, & pricipiũ, & terminus: & talis terminus est merces augmẽti. Merces aũt fauoris humani est sicut vltimus terminus his, qui finem in hoc constituunt: vnde tales nullam aliam mercedem recipiũt.

AD 2m dicendum, q augmẽtum gratiæ nõ ẽ supra virtutẽ præexistẽtis grẽ, licet sit supra

SVP. QVÆS. CXIIII. ART. VIII.

Egid 2. s. d. 27. q. 2. a. 3
D Bon d. 27. a. 2. q. 2.
Ric. d. 27. q. 1.
Medina. a. 8.

IN art. 8. eiusdẽ q. nota q author vtitur gra, quasi motore. In principio corporis articuli: qa gra ẽ velut organũ seu medium, quo Spiritus sanctus mouet nos: ac p hoc eadẽ motio attribuiṫ Spiritui sancto, & grẽ, & ad idẽ se extẽdere dr. ¶ In solutione secundæ eiusdẽ articuli dubiũ occurrit duplex, primo circa id qđ dr. scdo circa id, qđ supponit. Falsũ qdẽ vr, q augmẽtũ gfæ sit supra q̃titatẽ & nõ supra virtutẽ pexistẽtis gfæ. nã his, q nõ mole magna sũt idẽ est maius, & melius, vt Augu. dicit. Et

Tract. 5. aĩæ med. 10. 9.

cõstat q in maiori q̃titate gfæ ẽ maior virtus, q̃ in minori: ac p hoc augmentũ grẽ sicut excedit q̃titatẽ, ita excedit virtutẽ pexistentis gfæ: nõ sic aũt est de semine, & arbore, & aĩali paruo crescẽte in magnũ, in quibus virtus augmẽtati non distinguitur à quãtitate pfecta, ad q̃ mouet. Falsũ quoq; suppositũ vr. s. q gra augeat seipsam, cũ solus Deus effectiue causet, & auget gratiam.

Ar. 6. & 7. huius quæst.

¶ Ad hoc di, q qa augmentũ non nisi metaphorice in formis extra quantitatem dr, ẽ n. motus intensionis augmentatio gratiæ, sicut, & aliarum formarũ: ideo nõ oportet hoc attendi, vt, q

Conclusio.

sicut animal, aut aiatum auget seipsũ, ita gra auget seipsam, vt de semine, & arbore similitudo affert. Sed in hmõi augmento gfæ, q vere intẽsio est, attendedũ ẽ, q cũ agens, quæ efficit formã in subiecto disposito, auget eã mediante se pia cooperantẽ p actũ suũ ad disponẽdũ capax; ad reddendũ subiectũ maioris gfæ. & ad faciẽdũ sibi debitũ, idest, merendũ hmõi augmẽtum. Et licet augmentum gfæ sit maioris

quanti-

quantitatis ac uirtutis, q̃ gratia præexistens, ut manifestè patet cum augetur … qua ad consummationẽ patriæ: nõ tñ excedit efficaciã … existentis in disponendo ac merendo eã. sed est … nis illius. Et hoc est non excedere illam in uirtute … nitate. Vñ obiectio primi dubij in æquoco laborat … ter … pôt eẽ supra uirtutẽ, … nõ hic maiorẽ uirtutẽ: alio mõ eẽ improportionatũ effectum, seu terminũ illius uirtutis. Et in scd͂o sensu sumitur in litera, nõ in primo: qa primus coincidit cũ alio mẽbro lrẽ. s. eẽ supra q̃titatẽ. nam eiusdem rõnis est esse supra q̃titatem, & uirtutẽ in primo sensu.

¶ Ad secũdã dr, q̃ gratia non supponit grãm augeri s. ipsam, sed ita se habere ad augmentũ suũ causãdũ, ac si causaret illud: sicut a qui habitus acquisiti auget ipsum. Et hoc est uerũ, qm̃ in solo actu gratiæ augetur gratia, q̃ ita se habet ad augmentũ, q̃ si esset causabile p actum nostrum, tunc causaretur. Statuit siquidẽ tunc Deus augmentũ causare, qñ uis nostra causaret illud, si in nostra esset potẽtia. Et hæc dicta sunt de gratia inquantum efficienter augmentum, ut exponeretur etiã uerbaliter thesim ad secundum. Sed loquẽdo de gratia ut merẽte augmentũ, q̃do loquitur totus articulus, & argumentum secundũ, facilius patet meritũ augmenti non esse supra uirtutem gratiæ mõ exposito, & non psupponi augmentũ hẽri a gratia, sed meritum … ex condigno esse a gratia.

¶ In rñsione ad tertiũ aduerte, q̃ author q. 2. Sent. d. 27. q. 1. ar. 5. augmentum gratiæ considerauit solũ ut effectũ gratię, & ppea posuit ipsũ ut p̃miũ cõcomitãs actum meritoriũ, hic perspicacius intuitus augmẽtum esse terminum medium motus meritorij, posuit ipsum esse præmium redditum merito directe, sicut, & uitam æternam. Et propterea licet ibi in responsione ad secundum, nõ posuerit quolibet actu meritorio mereri nos augmẽtũ grę, hic hoc affirmat, non tamen tempore red-

217 *Porrecta per totum.* 4. d. 41. q. 1. a. 1. q. 1. co.

q. 2. & 17 1 p. ia. 10. 7

ar. præc.

quãtitatẽ ipsi᷒: sicut arbor, etsi sit supra quãtitatẽ seminis, non est tamen supra uirtutẽ ipsius.

Ad 3m dicendũ, q̃ quolibet actu meritorio meretur hõ augmentũ gratiæ, sicut, & grãæ consummationẽ, q̃ est uita æterna. Sed sicut uita æterna nõ statim redditũ, sꝫ suo tpe, ita nec gratia stati augeẽ, sed suo tpe, cum. s. aliquis sufficiẽter fuerit disposi tus ad gratiæ augmentum.

ARTICVLVS IX.

Vtrum homo possit perseuerantiam mereri.

AD NONVM sic procedit. Vr q̃ aliquis possit perseuerantiã mereri. Illud. n. quod hõ obtinet petendo, põt cadere sub merito habentis gratiã: sed perseuerantiã petẽdo hoies à Deo obtinẽt, alioqn frustra peteret à Deo in petitionib. orationis Dñicæ, ut Aug. exponit * in lib. de bono perseuerantiæ, ergo p̃seuerãtia potest cadere sub merito habentis gratiam.

¶ 2 Prẽt. Magis est nõ posse peccare, q̃ nõ peccare: sed hõ posse peccare cadit sub merito. meret. n. aliqs uitã æternã, de cuius rõe est impeccabilitas, ergo multo magis põt aliquis mereri ut nõ peccet, quod ẽ perseuerare.

¶ 3 Prẽ. Maius est augmẽtũ grę, q̃ perseuerantia in gratia quam quis hẽt: sed hõ põt mereri augmẽtum gratię, ut supra dictum est * ergo multo magis potest mereri perseuerantiam in gratia, quam quis habet.

Sed contra est, q̃ oẽ quod qs meretur, à Deo cõsequitur, nisi impediat per pctm̃: sed multi hñt opera meritoria, qui nõ consequunẽ perseuerantiã, nec põt dici q̃ hoc fiat propter impedimentum peccati: quia hoc ipsum, quod est peccare, opponitur perseuerantiæ, ita quod si aliqs perseuerantiã mereretur, Deus nõ permitteret aliquẽ cadere in peccatum, non igit perseuerantia cadit sub merito.

Resp. Dicendum, q̃ cum hõ naturaliter habeat lib. arb. flexibile ad bonũ, & ad malũ, dupr̃ põt aliqd perseuerantiã in bono obtinere à Deo. Vno quidẽ mõ per hoc, q̃ lib. arb. determinaẽ ad bonũ per gratiã cõsummatã, quod erit in gloria. Alio mõ ex parte motionis diuinæ, q̃ hoiem inclinat ad bonũ usq; ad finem. Sicut aũt ex dictis patet, * illud cadit sub humano merito, quod cõparaẽ ad motũ lib. arb. directi à Deo mouente, sicut terminus, nõ aũt id, quod cõparaẽ ad prędictum motum, sicut principiũ. Vñ patet, q̃ perseuerantia gloriæ, q̃ est terminus p̃dicti motus, cadit sub merito: perseuerãtia aũt uię nõ cadit sub merito qa dependet solũ ex motione diuina, quę est principiũ ois meriti, sed Deus gratis perseuerãtiæ bonũ largitur, cuicunque illud largitur.

Ad primum ergo dicẽdum, q̃ ẽt ea, q̃ nõ meremur, orãdo impetramus: nã, & peccatores Deus audit, peccatorũ ueniã petẽtes quã nõ merenẽ, ut patet p Aug. super illud Io. Scimus qa peccatores De᷒ nõ exaudit: alioqn frustra dixisset Publican᷒. Deus ꝓpitius esto mihi peccatori, ut cr̃ Luc. 18. Et similiter perseuerantiæ donum aliqs petendo à Deo impetrat uel sibi, uel alij, quãmuis sub merito nõ cadat.

Ad 2m dicendum, q̃ perseuerãtia, q̃ erit in gloria, cõparatur ad motum lib. arb. meritorium sicut terminus, nõ aũt perseuerantia uiæ ratione prædicta †.

¶ Et similiter dicendũ est ad tertium de augmẽto gratię, ut per prædicta patet *.

ARTICVLVS X.

Vtrum temporalia bona cadant sub merito.

AD DECIMVM sic procedit. Vr q̃ teporalia bona cadat sub merito. Illud. n. quod ꝓmittit aliquib᷒ ut p̃miũ iustitiæ, cadit sub merito: sed tẽporalia bona ꝓmissa sũt in lege ueteri, sicut merces iustitiæ, ut patet Deut. 28. ergo uidetur q̃ bona temporalia cadant sub merito.

dendum, cum scilicet aliquis fuerit sufficienter dispositus ad augmentum gratiæ. Quod tunc solum est, cum aliquis ita utitur accepta gratia secundum proportionem uirium suarũ, ut in nullo gratia Dei desit per negligentiam, ut ibidem author dicit.

SVP. QVÆS. CXIIII. ARTIC. IX.

Medina ar. 9.

IN art. 9. eiusdẽ q̃ö. dubiũ statim occurrit circa rõnẽ lrę, Quare perseuerãtia non cadit sub merito, qa dependet solũ ex motione diuina &c. Si enim hæc rõ ualet, augmẽtũ grãæ nõ caderet sub merito, qa dependet solũ ex motione diuina. Nec ualet dicere, q̃ dependet ex nob s dispositiuè qa ẽt perseuerantia dependet ex nobis dispositiue.

¶ Ad hoc dr, q̃ rõ lrę nõ cõsistit in depẽdẽtia solũ ex motione diuina effectiue, sed consistit in hoc, q̃ dependet solũ ex motione diuina, q̃ est principiũ grãæ ita q̃ duob. existentib. mẽbris distinctionis in litera s. eẽ terminũ, & eẽ principiũ actionis gratiæ, & primo cadente sub merito, scd͂o nõ, cũ perseuerantia uię consistat in primo solũ, ita q̃ ly solũ, excludit ab opposito mẽbro s. terminare motionẽ, cõsequẽs est, q̃ perseuerãtia uiæ non cadit sub merito. Et ex hoc apparet dñia inter augmẽtũ grãæ, & perseuerãtiã uiæ: qa licet cõueniãt in hoc, q̃ utrũque ex solo Deo depẽdet effectiue, differũt tñ in hoc, q̃ augmẽtatum est talis actio Dei, q̃ hẽt terminũ terminãtẽ motũ grãæ prius datæ, ut patet. Perseuerantia uero, qa cõsistit in sola gratię cõseruatione, & conseruatio gratiæ nihil aliud est q̃ productio eius cõtinuata, seu nõ interrupta, nullũ hẽt terminum nouum, q̃ sit terminus motus gratiæ iã cailẽr. Cõsta. cũ q̃ ipsa prima gratia, non nouo mõ se hñs, sed eodẽ mõ se habens, terminat cõtinuationem. & iõ nõ cadit sub merito.

SVP. QVÆS. CXIIII. ART. X.

Medina art. 10.

IN art. 10. eiusdem q. & ult. totius tituli huius, nota tria. primo, q̃ cum dr. Ora illa, quibus homo adiuuatur ad perueniendum,

ar. 6. 7. & 8.

Cõclusionis pars 1 Cõclusionis pars 2

Tract. 44. cuãg. Ioã. post med. illius. t. 9.

In isto ar. & ar. 8. *In cor. & ad arg.

218 *Porrecta per totum.* 2. 2. q. 122 ar. 5. ad 4.

dum ad beatitudinē post primā grām, cadere sub merito simpliciter, intelligendū est de oībus habentib. rōnē termini, ne sit qō de cōseruatione, & perseuerantia, q̄ tñ ad primā gratiā spectare dici possunt.

L. 18 Moral. c. 2. a me d.

¶ Sc̄do, q̄ sicut bonū est duplex, simpliciter & secūdū q̄d, ita meritū: & merito simpliciter, q̄d est meritum grã, r̄ndet bonū simpliciter: merito secundū q̄d r̄ndet bonū secundū q̄d. s. bonū tēporale secundum se.

¶ Tertio, q̄ quēadmodum in merito simpliciter inuenitur prima radix ordinatio diuina p grã donum, & secunda lib. arb. ita in merito secūdū q̄d inuenitur ordinatio diuina nō per grãm, quia non est aliquid excedens naturā: sed per propositum cōsequendi illud tpale, & lib. arb. operās pro cōsecutione illius. Vt sic sit meritum secundū quid hoīs apud Deū proportionaliter, sicut meritum simpliciter: & merces ab eodē reddatur, qui sūa bonitate affluit, ut ēt inter malas nostras uolūtates gaudeat se ordinate opera, quæ remuneret. Cui sit honor, & gloria in secula seculorum: Amen.

¶ Et hæc quoad pñtis opis expositionem secūdum propriį ingenioli facultatē dicta sunt ad exaltationē ueritatis, & doctrinæ diui Thomæ. Romæ, Anno salutis 1511. Aetatis uero meę 43. die 29. mensis Decēbris. Deo, diuæ Mariæ, diuo Thomę, uniuersisq́; cœlestib. curiæ gratias. Amen.

¶ 2 Præt. Illud vr̄ sub[h] merito cadere, q̄d Deus alicui retribuit, p aliquo seruitio quod fecit: sed Deus aliq̄n recōpensat hoibus p seruitio sibi facto aliqua bona tpalia. dicit. n. Exod. 1. Et q̄a timuerūt obstetrices Deū, ędificauit illis domos. vbi gl. Greg.[a] dicit, q̄ benignitatis earū merces potuit ięterna uita retribui: sed culpa mēdacij terrenā recōpēsationē accepit. & Ezech. 29. dr̄: Rex Babylonis seruire fecit exercitū suum seruitute magna aduersus Tyrū, & merces nō est reddita ei. & postea subdit: Erit merces exercitui illi[a], & dedi ei terrā Aegypti[b] pro eo q̄ laborauerit mihi. ergo bona tēporalia cadunt sub merito.

¶ 3 Præ. Sicut bonū se hēt ad meritū, ita malū se hēt ad demeritū: sed p p demeritū peccati aliqui puniuntur a Deo[h] tpalibus pęnis, sicut patet de Sodomitis, Gen. 19. ergo & bona tpalia cadunt sub merito.

¶ 4 SED CONTRA est, q̄ illa q̄ cadūt sub merito,[b] non simr̄ se hñt ad oēs: sed bona tpalia, & mala simr̄ se habent ad bonos, & malos s̄m illud Eccles. 9. Vniuersa æque eueniunt iusto, & impio, bono, & malo, mundo & immūdo, immolanti uictimas, & sacrificia contēnenti. ergo bona tēporalia nō cadunt sub merito.

RESPON. Dicēdū, q̄ illud, q̄d sub merito cadit est pmiū, uel merces, q̄d habet rōnē alicuius boni. Bonū aūt hoīs est duplex, unū simpliciter: aliud s̄m quid. Bonum hoīs simpliciter est ultimus finis eius, s̄m illud Psal. 72. Mihi aūt adhærere Deo, bonū est: & p consequēs oīa illa, q̄ ordinant ut ducentia ad hunc finem, & talia simpliciter cadunt sub merito. Bonū aūt secundū quid, & non simpliciter, hominis est, quod est bonum ei ut nunc: uel quod ei est secundum quid bonū, & huiusmodi non cadunt sub merito simpl'r, sed s̄m q̄d. Sc̄dum hoc ergo dicēdū ē, q̄ si tpalia bona considerent̄ prout sunt utilia ad opa uirtutū, quibus perducimur in uitā æternam, s̄m hoc directē, & simpliciter cadūt sub merito: sicut, & augmētū gratiæ, & oīa illa quibus hō adiuuaī ad perueniēdū in beatitudinē post primā gratiā. Tm̄. n. dat Deus uiris iustis de bonis tpalibus, & ēt de malis, quātū eis expedit ad perueniēdū ad uitā æternā, & in tm̄ sunt simpliciter bona hmōi tēporalia. vñ dr̄ in Ps. 33. Timentes autem Dn̄m nō minuentur omni bono, & alibi: Non uidi iustū derelictum &c. Psal. 36. Si aūt considerentur hmōi tēporalia bona secundum se, sic nō sunt simpliciter bona hois, sed secundum quid: & ita non simpliciter cadunt sub merito, sed secundum quid, inquantum. s. homines mouentur a Deo ad aliqua tēporaliter agenda, in quibus suū propositum consequūtur Deo fauēte, ut sicut uita æterna est simpliciter præmiū operū iustitiæ per relationē ad motionē diuinā, sicut supra dictum est.[a] ita tēporalia bona in se considerata habeāt rōnē mercedis habito respectu ad motionem diuinam, qua uoluntates hominū mouentur ad hæc prosequenda: licet interdū in his non habeant homines rectam intentionem. ar. 1. 3. & 6. huius q.

AD PRIMVM ergo dicendū, q̄ sicut August. dicit contra Faust. lib. 4.[a] In illis temporalibus promissis figuræ fuerunt futurorum spūalium, quæ implētur in nobis. Carnalis. n. popul[9] promissis uitę præsentis inhærebat, & illorum non tantū lingua, sed etiam uita prophetica fuit. lib. 4. c. 3 circa pri tom. 6.

AD 2[m] dicēdū, q̄ illæ retributiones dr̄ esse diuinitus factæ secundum comparationem ad diuinam motionem, non autem secundum respectum ad malitiam uoluntatis, præcipue quantū ad regē Babylonis, qui nō impugnauit Tyrū, quasi uolens Deo seruire, sed potius ut sibi dn̄ium usurparet. Similiter ēt obstetrices, licet habuerunt bonam uoluntatem quantum ad liberationem puerorū, non tamen fuit earū recta uoluntas quantum ad hoc, quòd mendacium confinxerunt.

AD 3[m] dicendum, q̄ temporalia mala infliguntur in pęnam impiis, inquantum per ea non adiuuantur ad consecutionem uitæ æternę. Iustis autē, qui per huiusmodi mala iuuantur, non sunt pęnę, sed magis medicinæ, ut supra dictum est.[a] q. 85. ar. 7 & 8.

AD 4[m] dicendum, q̄ omnia æque eueniunt bonis & malis, quātum ad ipsam substantiam bonorum, uel malorum temporalium, sed non quātum ad finem: quia boni per huiusmodi manuducuntur ad beatitudinem, non autem mali. Et hæc de moralibus in communi dicta sufficiant.

FINIS.

Series chartarum.

A B C D E F G H I K L M N O P Q R S T V X Y Z, AA BB CC DD EE FF GG HH II KK LL.

Omnes sunt Quaterniones, præter L L qui est Duernio.

Venetijs, Apud Iuntas. M D L X X X V I I.

SANCTI THOMAE AQVINATIS DOCTORIS ANGELICI,

DE PRÆSCIENTIA ET PRÆDESTINATIONE TRACTATVS.

PROLOGVS.



INSTANTISSIME rogastis me, clarissime frater, vt vobis aliquem tractatum breuem facerem in stylo facili, de præscientia & prædestinatione diuina, per quem possetis aliquibus quæstionibus & obiectionibus, quæ de ipsis communiter fiunt ab hominibus, respondere. Vnde vestræ instantiæ pro posse satisfacere cupiens, aggressus sum facere, auxilio Dei præuio, quod rogastis.

¶Scire tamen debetis, quòd ab antiquis Philosophis & etiam ab Ecclesiæ doctoribus & magistris tam antiquis quàm modernis, hæc quæstio fuit multipliciter, & subtiliter ventilata. Quorum ergo profundissimas & perplexas rationes euitans, leuiores aliquas & vestræ capacitati accommodas prælegi, non tamé quæ penitus satisfacere possint in hac profundissima & insolubili quæstione. Nam secundum Apostolum ad Romanos 11. incomprehensibilia sunt iudicia Dei, & inuestigabiles viæ eius, quis enim cognouit sensum Domini, aut quis consiliarius eius fuit? & cætera.

¶Sunt autẽ hæc, quæ in hoc opusculo perstringuntur. ¶Primò, quid sit præscientia & prædestinatio Dei, & in quo à se inuicem differãt. ¶Secundò, quid sit reprobatio Dei, & quis prędestinationis & reprobationis effectus. ¶Tertiò, vtrum præscientia Dei sit causa rerum præscitarum, vel res causa præscientiæ. ¶Quartò, vtrum præscientia Dei necessitatem eueniendi rebus imponat. ¶Quintò, vtrum prædestinatio certitudinem habeat. ¶Sextò, vtrum prædestinatus necessitatem imponat. ¶Septimò, quare Deus fecit hominem, quem sciebat esse damnandum.

CAPVT I.

¶Quomodo ista quatuor, scilicet scientia, præscientia, prouidentia, & prædestinatio se habent in Deo.



SCIENDVM est igitur, quòd ista quatuor, videlicet scientia, præscientia, prouidentia & prædestinatio, diuersimode, siue diuersis respectibus de Deo dicuntur, & habent per se additionem vnius ad alterum.

¶Scientia enim siue sapientia de omnibus est, scilicet de bonis & malis, de præteritis, pręsentibus & futuris, & non tantum de temporalibus, sed etiã de æternis. Non enim ita scit Deus ista temporalia, vt seipsum nesciat, sed ipse solus seipsum perfectè nouit, cuius scientiæ comparatione omnis creaturæ scientia imperfecta est.

¶Præscientia verò addit super scientiam quandam præcognitionem: est enim de futuris tantùm, sed de omnibus, de bonis scilicet, & de malis.

¶Prouidentia verò includit in se præscientiam, & addit suprà ipsam quandam præparationem siue promotionem in finem vltimum. Est enim de rebus præcognitis faciendis siue gubernandis, vnde & prouidus dicitur, qui bene coniectat de conferentibus ad finem vltimum consequendum, & de his, quæ ipsum possunt impedire. Prouidentia ergo dicitur, quæ rebus præscitis & ordinatis tribuit ea, quæ ordinem conseruent, & propellit omnem inordinationem.

¶Prædestinatio autem in suo intellectu includit non solùm pręscientiam, sed etiam prouidentiam, & aliud suprà eam aliquid, scilicet quendam specialem modum, tam ex parte prædestinatorum, quàm ex parte ipsius finis, quàm ex parte prædestinantis. Cum enim prouidentia Dei sit omnium rerum, & speciali quodammodo rerum habentium voluntatem, prædestinatio includit in se prouidentiam secundum illum specialem modum, quo est hominum & habentium voluntatem. Est enim prædestinatio de hominibus saluandis.

¶Item cùm prouidentia respiciat ordinem vniuersiusque boni ad quemlibet finem, prædestinatio est tantùm respectu eorum quæ homo ex naturalibus suis consequi non potest, sed sunt eleuata suprà facultatem humanæ naturæ. Est enim respectu gloriæ, quæ est in perfecta Dei fruitione, & respectu gratiæ promouentis in ipsam gloriam. Vnde dicit Damasc. quòd prædestinatio est eorum, quæ non sunt in nobis.

¶Item licet prouidentia sit promotio vel directio alicuius in finem, prædestinatio tamen includit in se prouidentiam cũ quadam speciali acceptatione, & electione voluntatis. Quamuis enim prædestinatio præsupponat actum cognitionis, nominat tamen actum voluntatis eligentis, ad ea quæ sola gratuita volũtate conferuntur. Vnde dicitur Ro. 8. Quos præsciuit, prædestinauit cõformes fieri imaginis filij sui, & Ephes. 1. Prædestinauit nos in adoptionem filiorum secundum voluntatis suæ propositum. Sic igitur de essentia prædestinationis est præscientia & voluntatis aliquorum.

¶Ex prædictis itaque manifestum est, quid sit præscientia & pędestinatio Dei, & in quo à se inuicem differant. Est enim pęscientia Dei, certissima præcognitio omnium futurorum, tam bonorum quàm malorum. Prædestinatio vero secundum August. in libr. de Prædestinatione sanctorum, est gratiæ præparatio, id est diuina electio, qua elegit eos, quos voluit ante mundi constitutionem, vt ait Apostolus Ephes. primo. Vel secundum diffinitionem magistralem, prædestinatio est præparatio gratiæ in præsenti, & gloriæ in futuro. Vnde patet, quòd prædestinatio sine præscientia esse non potest, sed sine pędestinatione præscientia esse potest, prædestinatione quippe Deus ea pręsciuit, quæ fuerat ipse facturus, sed præsciuit Deus etiam quæ non est ipse facturus, id est omnia mala: prædestinauit enim eos, quos elegit, reliquos autem reprobauit, id est ad mortem æternam pręsciuit *.

Alias pnitures pscivit.

CAPVT II.

¶Quid sit reprobatio, & quid prædestinationis ac reprobationis effectus.



SICVT AVTEM pędestinatio Dei propriè est pręscientia & præparatio beneficiorum Dei, scilicet gratiæ in pręsenti, & glorię in futuro, ita reprobatio Dei est pręscientia malitię in quibusdam non finiendę, & pręparatio pœnæ non terminandæ, vt dicit Aug. in lib. de Bono perseuerantiæ. Reprobatio enim Dei, quæ ab æterno non eligendo, quosdam reprobauit, secũdũ duo consideratur, quorũ alterum pscit, & non pparat, scilicet iniquitatem siue malitiam, vnde August. ad Prosperum & Hilarium, Hæc quidem regula inconcussè tenenda est, peccatores in pctõ præscitos esse, non pparatos, pœnam autem esse præparatam. Præparauit enim Deus malis (vt ait Fulgentius) ignem æternũ, illis vtique, quos non pparauit ad facienda peccata *. Præparauit enim Deus quod diuina æquitas redderet, non quod humana

Alias illos itaque quos iuste ppararet ad luenda supplicia, nec tamen pparauit ad facienda peccata.

iniquitas admittere. Non enim sicut præparauit Sāctos ad iustitiam prosequendam, sic præparauit iniquos ad iniustitiam admittendam, quia prauitatis operator nunquam fuit.

¶Prædestinatio quantùm est de se, nō tantùm importat sciētiā, sed et uoluntatem & potentiam. Sed quoniam causalitas gratiæ & gloriæ attribuitur propriè uoluntati ut efficiēti, scientiæ aūt ut dirigenti, potentiæ verò ut exequenti, ideo eīsi prædestinatio importat illa tria tamen principaliter est in genere uoluntatis: & iō ab August. diffinitur prędestinatio per illa tria. Primò per id, quod respicit potentiam, in libro de Fide ad Petrum, Prędestinatio est gratuitæ donationis præparatio. Secundò per id quod respicit scientiam, in libro de Bono perseuerātiæ, Prædestinatio est p̄scientia beneficiorū Dei. Tertiò per id quod respicit uoluntatem, & propriissimè in libro de Prædestinatione Sanctorū, Prædestinatio est p̄positū miserēdi. Prædestinationis aūt effectus est appositio illius gratiæ, qua in præsenti iustificamur, atque ad rectè uiuendum & in bono perseuerandum adiuuamur, & qua in futuro beatificamur. Quēquidem effectum notificat Apostolus Rom. tertio, Vt iustificati gratia ipsius hæredes simus secundū spem uitæ æternæ Et sicut prædestinationis effectus est gratiæ appositio, ita reprobationis effectus est quodammodo priuatio siue subtractio gratiæ. Quæ interdū in Scriptura obduratio & excæcatio dicitur. Vnde Apostolus ait Rom. 9. Cuius vult miseretur, & quē vult indurat: misericordiā appellans prædestinationē (vt ait Aug ad Xystum) & præcipuè prædestinationis effectum, id est gratiæ appositionē, obdurationem uero gratiæ priuationem. Hic etiam de excæcatione dicitur secundæ Cor. quarto, quòd Deus huius seculi excæcauit mentes infidelium, quod una glossa de deo uero exponit.

¶Sciendum tamen est, q̄ quia bonum subiacet prouidentiæ Dei vt causatum & ordinatum, ideo prædestinatio est idem, quod causa gratiæ, & gloriæ, ad quam gratia ordinatur. Sed quia malum non subiacet prouidentiæ, ut intentum uel causatum (cum omnis defectus accidit præter intentionem) sed solum subiacet ei ut præscitum & ordinatum, sicut dictum est, ideo reprobatio est tantùm præscientia culpæ & non causa, sed pœnæ per quam culpa ordinatur, ut præscientia & causa. Vnde August. dicit ad Xystum. Non obdurat Deus immittendo malitiam, sed non impertiendo gratiam, sicut nec digni sunt. Quibus enim non impertitur, nec digni sunt, nec merentur. Idē ad Simplicianum dicit, Non est intelligēdum, quòd Deus ita induret, quasi quenquam peccare cogat, sed tantùm quibusdam peccatoribus misericordiam iustificationis suæ non largitur. Et ob hoc eos indurare dicitur, quia non eorum miseretur, non quia impellit ut peccent. Eorum autem non miseretur, quibus gratiam non esse præbendam æquitate occultissima & ab humanis sensibus remotissima iudicat, quam non aperit, sed admiratur Apostolus dicens, O altitudo diuitiarum sapientiæ & scientiæ Dei, &c. Rom. 11.

CAPVT III.

¶Vtrum scientia vel præscientia Dei sit causa rerum præscitarum.

CONSEQVENTER considerandum est, vtrum scientia vel præscientia Dei sit causa rerum præscitarum, vel res futuræ sint causæ præscientiæ Dei. Et vt melius veritas appareat, producantur in mediū aliqua argumenta.

¶Circa primam partem sic proceditur. Vi. q̄ præscientia Dei sit causa rerum præscitarum. Nam omne id quod antecidit aliud, & ipso posito, ponitur ipsum, est causa illius, ut patet per diffinitionem causę, Causa est, ad cuius esse sequitur aliud. Sed diuina præscientia præcedit omne futurum, & ea posita, ponūtur futura respectu *quorum est, & ea remota, remouentur futura: quia nec futura fuissent, nisi ea Deus præsciuisset, aliàs ignorātia poneretur in Deo, quod est absurdum. Ergo præscientia uidetur esse causa præscitarum rerum.

*Alias ratio.

¶Adhuc, Sicut voluntas Dei est ipse Deus, ita & sciētia eius. Sed voluntas Dei absolutè est causa omnium uolitorum, unde dicit Psal. Omnia quæcunque voluit Dominus fecit. Ergo scientia eius debet dici causa omnium scitorum.

¶Huic etiam sententiæ Aug. attestari videtur in decimoquinto libro de Trinit. sic dicēs, Vniuersas creaturas & spirituales & corporales, nō quia sunt, nouit eas Deus: sed ideo sunt, quia nouit. non enim nesciuit quæ fuerat creaturus: quia ergo sciuit creauit, non quia creauit sciuit.

¶IN CONTRARIVM est, quia si præscientia esset causa præscitorum, cùm Deus præsciat omnia mala, esset causa omnium malorum, & per consequens esset actor omnium malorum, quod falsum est.

¶DICENDVM est ergo circa istam materiam, q̄ scientia siue præscientia Dei potest considerari dupliciter. Vno modo secundum propriam rationem. Et sic cùm præscientia nihil aliud dicat nisi præcognitionem, non importat aliquam causalitatē. aliàs omnis scientia uel præscientia cā esset rerū præscitarum, quod falsum est. Videmus enim, q̄ præscientia medici, qui certitudinaliter nouit infirmum breui moriturum, non est cā mortis infirmi, præscientia etiam speculatoris, qua uidet hominē euntem per uiam, in qua paratus est leo ad deuorandum, non est causa perditionis illius, & huiusmodi. Alio modo potest cōsiderari, inquantum est scientia artificis operantis res præscitas. Et sic habet rationem causæ respectu rei operatæ per artē, vnde secundum modum, quo scientia artificis operantis per artem suam est causa artificiati, consideranda est causalitas sciētiæ diuinæ. Est ergo iste progressus in productione artificiati. Primò scientia artificis ostendit finem. Secundò uoluntas eius intendit finem illum ostensum. Tertiò uoluntas imperat actū, per quem educatur opus. Quartò scientia dirigit illum actum. Quintò circa opus quod per actum educitur, scientia artificis ponit formam conceptam.

¶Sic igitur scientia artificis se habet vt ostendens finē, ut dirigens actum, & ut informans opus operatum. Et iō constat, q̄d quicquid defectus uel deuiatiōis à forma artis uel à fine accidit in effectu, nō reducitur in scientiā artificis sicut in cām. et si defectus ille fuerit præscitus ab eo. Patet etiam, q̄ principalitas causalitatis consistit penes voluntatem, quæ imperat actum. Vnde manifestum est, q̄ scientia ual præscientia Dei causalitatem nō habet respectu mali, quod est deuiatio à forma & à fine, sed tantùm respectu bonorum: secundum quod consequuntur formam diuinæ artis & finem. Non tamen, ita q̄ respectu eorum dicat perfectam rationem causalitatis, nisi secundum quod adiungitur voluntati. Et ideo dicit Magister sententiarum, quòd scientia beneplaciti est causa rerum.

¶AD PRIMVM ergo dicendum est, q̄ aliquid potest aliud sequi dupliciter. Vno modo per modum productionis, secundū q̄ vnum producitur ab alio. Et sic id, ad cuius esse sequitur aliud est verè causa eius in essendo. Alio modo per modum consecutionis. Et sic id ad cuius esse sequitur aliud, non est causa in essendo, sed solùm in consequendo Et omne tale dicitur esse cā, sine qua non. Et talis causa dicitur esse scientia, uel p̄scientia diuina, si tamen sciētiam ad simplicem notitiā referamus Si verò scientiæ sit adiuncta uoluntas (quæ dicitur scientia beneplaciti) tunc est causa omnium, quæ fecit Deus.

¶Ad secundum dicendum, q̄ voluntas habet completam rōnē causæ, inquantum obiectum eius est finis secundum rationem boni, qui scilicet finis est causa causarū. Vnde & uoluntas imperium habet sup alias vires aīæ. Et ideo uoluntas Dei absolutè dicitur causa rerum, sed de scientia non est ita, sicut patet per p̄dicta. Licet enim in Deo sit una res, tamen aliquid attribuitur vni, quod non attribuitur alteri, & ideo ratio non procedit.

¶Ad tertium dicendum, q̄ August. loquitur de scientia beneplaciti, sicut patet. Agit enim de bonis tantùm, scilicet de creaturis, quas Deus facit. Quas quidem nouit non solùm scientia simplicis notitiæ, sed etiam scientia beneplaciti.

¶LICET autem scientia vel præsciētia Dei aliquo mō sit cā rerum scitarum (vt dictum est) nullo tamē modo res possunt esse causa scientiæ uel præscientiæ Dei. Non enim Deus accipit cognitionē à rebus, sicut nos accipimus, sed seipsum intelligit & cognoscit. Quamuis igitur res non præscirentur, nisi essent futuræ, non tamen ideo præsciuntur, quia futuræ. Si enim hoc esset, tunc temporale esset cā æterni, & creatum causa increati, & ex creaturis penderet scientia Creatoris. Et iō dicit Augu. in 15. lib. de Trinit. Vniuersas autem creaturas & spirituales & corporales, non quia sunt, ideo nouit: sed ideo sunt, quia nouit.

¶Cùm ergo dicitur, Res non præscirentur nisi essent futurę, nō notatur ibi causa, nisi fortè sine qua non, sed importatur solùm consequentia vnius ad alterum. † sen. dist. 38. art. 5.

CAPVT IIII.

¶Vtrum præscientia Dei necessitatem eueniendi rebus imponat.

EX PRÆDICTIS colligi potest, q̄ præsciētia Dei necessitatem eueniendi rebus non imponit. Si enim præscientia Dei accipiatur pro simplici notitia futurorum, certum est, q̄ ipsa non est causa rerum præscitarum, ut ex iam dictis apparet, & ideo licet præsciat res futuras, non tamen eis necessitatem imponit. Vnde August. super Ioanne Deus, inquit, futurorum præscius, p Prophetam prædixit infidelitatem Iudæorum, sed non fecit. Nō. n. iō quenquam ad peccandum cogit, quia futura hominum peccata p̄nouit, illorum enim p̄sciuit peccata, non sua. Si autem scientia Dei accipiatē pro notitia beneplaciti, similiter necessita-

tem reb. contingentib. non imponit. Omnia. n. sic cognoscit esse futura, sicut uentura sunt, & cuncta q̃ contingenter eueniunt (utilla q̃ sunt à libe. arbi. & à casu, & à fortuna) sic p̃scit esse futura contingenter, sicut & p̃scit modũ contingentiæ, sc̃dm quẽ sunt. Vnde sicut erroneum est dicere, q̃ humani actus & euētus p̃scientiæ & ordinationi diuinę nõ subsint, ita erroneũ est dicere, q̃ ex p̃scientia uel ordinatione diuina humanis actib. necessitas ingeratur. Tolleretur. n. libertas arbitrij, legũ utilitas, consiliandi opportunitas, solicitudo bene uiuendi, & pœnarum præmiorumque iustitia.

¶SED CONTRA hoc obijcitur. Dictũ est suprà, q̃ præscientia beneplaciti est cã rerum. Sed omnis causa necessaria inducit necessariò effectum, posita. n. causa, necessariò ponitur effectus, n. si sit deficiens in minori parte, sicut est cã naturalis. Cũ ergo p̃scientia Dei non sit deficiens, uidetur quòd id quod p̃scitum est a Deo, sit necessarium.

¶Amplius, Oẽ qđ Deus præscit, est uerum, quia scientiæ Dei falsum subesse non põt. Sed (ut dicit Philosophus in 1. Perihet.) oẽ qđ est, qñ est, necesse est esse. Ergo si p̃scitum est modò uerum, necesse est nunc esse uerum. Sed futurum est p̃scitum. Ergo necessarium est futurum esse. Ergo de necessitate euenter.

¶Præterea, Ponatur, q̃ Deus præsciit aliquid in parte affirmatiuã, ut Socratẽ currere. Tũc sic, aut est possibile Socratẽ non currere, aut non est possibile. Si non est possibile ipsum nõ currere, ergo ab æquipolenti necesse est ipsum currere: & sic habetur propositũ. Si aũt possibile est ipsum nõ currere, ponatur ergo (possibile. n. est sc̃dm Philosophum, quo posito non sequitur inconueniens) sed positũ erat, q̃ Deus præsciret Socratem currere, ergo præscit esse futurum qđ non est futurum. oĩs aũt talis scientia falsa est, ergo sciẽtia uel præscientia Dei falsa are: quod est impossibile. Relinquitur ergo, quòd Socratem non currere, non sit possibile, sed necessarium.

¶Item, si Deus præscit Socratem currere, aut est possibile aliter euenire, aut non est possibile. Si non est possibile aliter euenire, ergo necessarium est ita euenire, sicut præscitum est: & sic habetur propositum. Si autẽ possibile est, aliter euenire quàm Deus præscit, ergo diuina præscientia est fallibilis, & incerta: quod est falsum.

¶Adhuc, Secũdum Philosophum in lib. Priorum, ex maiori de necessario, & minori de inesse, sequitur cõclusio de necessario. Inde sic, Omne præscitum à Deo necesse est esse uerum. Sed Socratem currere, est præscitum à Deo, ergo necesse est esse uerũ. Et sic idem quod prius.

¶Item, In oĩ uera cõditionali si antecedens est necessariũ absolute, & consequens est necessarium absolutè, quia ad antecedẽs semp sequit̃ cõsequens, & ad necessariũ nunq̃ sequit̃ nisi necessarium, sicut ad uerum nunquã sequitur falsum quãuis ad falsum aliquando sequatur uerum, ut probatur in 1. Priorũ. Sed in hac conditionali, Necesse est Socratem currere, si est præscitũ à Deo, antecedens est necessariũ absolutè, tũ quia oẽ præscitum est necessarium, tum quia omne æternum est necessarium. Ergo Socratem currere, est necessarium absolutè.

¶IN CONTRARIVM est authoritas Augustini sumpta à simili in lib. de Libe. arb. dicentis, Sicut tu memoria tua non cogis esse facta, quæ præterierunt, sic præscientia non cogit fieri, quæ futura sunt.

¶Item põt ostendi per rationes ducentes ad impossibile. Si. n. p̃scientia Dei necessitatem reb. imponeret (sicut dictum est) tolleretur libertas arbitrij, periret consiliandi opportunitas, frustra bonis præmia, & malis supplicia ponerent, iniustè boni præmiarent, & mali punirent, laus & uituperiũ deperiret (quia ut dicit Hieron. nemo peccat in eo, qđ uitare non põt) peccata nostra ad authorem bonorum omnium referrentur, nec sperulandi aliquid uel deprecandi ratio ulla esset.

¶RESPONDEO dicendum, quòd propter huiusmodi difficultates duplex fuit error circa istam materiam. Quidam enim propter ordinem causæ ad causatum, dixerunt quòd cùm præscientia Dei sit causa rerum, & sit immutabilis, rebus necessitatem imponit, & ideo abstulerunt liberum arbitrium & peccatum. Et hæc positio fuit hæretica & iniqua, quia destruit bonos mores. Alij uerò propter ordinem scientiæ ad scitum, dixerunt, quòd cùm scientia sit certa cognitio ex ipsa ratione certitudinis, requirit determinationem in re scita. Sed in futuris contingentibus non est alterum determinatè uerum, & ideo de eis certa cognitio esse non potest, nisi quando sunt. Cùm autem Dei cognitio sit certissima & infallibilis, negauerunt Deum de futuris contingentibus præscientiam habere, cogitantes intellectum diuinum ad modum intellectus nostri cognitionem accipere. Et hæc similiter positio hæretica fuit & impia, quia derogat nobilitati diuinæ. Et ideo positio uera & catholica est (quæ Deum honorat, & bonos mores conseruat) q̃ in Deo est certissima præscientia futurorum omnium, nec tamen rebus contingentibus necessitatem imponit. Quomodo autem hoc esse ualeat, sic percipi potest. Manifestum est, quod quando sunt multæ causæ ordinatæ, effectus ultimus non sequitur causam primam in necessitate uel contingentia, sed causam proximam, quia uirtus causæ primæ recipitur in cã secunda secundum modũ causæ secundæ, nam oẽ qđ recipitur in aliquo est in eo sc̃dm modum recipientis, & non secundum modũ recepti. Effectus enim ille non procedit à causa prima, n. si secundum quòd uirtus causæ primæ recipitur in causa secunda, ut patet in fructificatione arboris, cuius causa remota siue prima est motus solis, proxima uerò est uirtus generatiua plantę. Fructificatio aũt impediri põt per impedimentũ uirtutis generatiuæ, quãuis motus solis inuariabilis sit. Similiter & scientia Dei licet sit inuariabilis causa omnium, effectus tamẽ producuntur ab ipsa per operationes causarum secundarum. Et ideo mediãtibus causis secũdis necessarijs, producit effectus necessarios, & mediantibus causis secundis contingentibus, producit effectus contingentes.

¶Sed adhuc manet dubitatio maior de infallibilitate diuinæ p̃scientiæ, quia licet prima cã possit stabilis esse cũ defectu causæ secundæ (sicut motus cœli cum sterilitate arboris) scientia tñ Dei nõ potest stare cum defectu causæ secundæ, non enim potest esse, quòd Deus sciat simul hunc hoĩem currere, & ipse deficiat à cursu. Et hoc est propter certitudinem sciẽtiæ ipsius. Ad hoc ergo quòd sit certa scientia, oportet inuenire aliquam certitudinem in re scita.

¶Sciendum est igitur, quod antequam res sit, non habet esse nisi in causis suis, sed causæ quædam sunt, ex quibus necessariò sequitur effectus, quæ impediri non possunt. Et in istis causis habet effectus esse certum & determinatum, adeo quòd potest ibi fieri demonstratio, sicut est ortus Solis, & eclipsis Solis & Lunæ, & huiusmodi. Quædam autem sunt, ex quibus sequuntur effectus in maiori parte, sed tamen deficiunt in minori. Vnde in illis causis effectus futuri non habent certitudinem absolutam, sed quandam inquantum sunt magis determinatæ causæ ad unum, quàm ad aliud. Et ideo per istas causas potest accipi scientia coniecturalis de futuris. Quæ tantò magis est certa, quantò sunt causæ magis determinatæ ad unum, sicut est cognitio medici de sanitate infirmi ac morte futura, & iudicium astrologi de uentis & pluuijs futuris. Quędam uerò causæ sunt, quæ se habent ad utrumlibet. Et in istis causis, effectus futuri nullã habent certitudinem uel determinationẽ. Et ideo contingentia ad utrumlibet, in causis suis nullo modo cognosci possunt, sed quando iam efficiuntur in rerũ natura, tunc habent in seipsis esse determinatũ. Et ideo quando sunt in actu, certitudinaliter cognoscuntur, ut patet de eo qui uidet Socratem currere, quia tunc certam cognitionem habet de cursu ipsius, nam Socratem currere dum currit, necessariũ est. Intellectus autem diuinus ab æterno intuetur unumquodq; cõtingentiũ, non solùm prout est in causis suis, sed prout est in esse suo determinato, nisi. n. hoc esset, aliter cognosceret rẽ postquàm est, quàm antequam fieret: & sic ex euentibus rerum aliquid accresceret cognitioni eius. At uerò cognitio Dei non causatur à rebus sicut nostra, sed potius ipsa est causa rerum cognitarum.

¶Scientia ergo Dei cùm sit uera & perfecta, eo modo quo res futuræ sunt, eas euenire cognoscit. Et iđ ab æterno uno intuitu uidet singula tempora, & cunctos hoĩum actus, & rẽ talem esse in hoc tempore, & in hoc deficere. Patet igitur, q̃ p̃scientia Dei perfectè & inuariabiliter cognoscit res futuras prout eueniunt nec tamen rebus contingentibus necessitatem imponit.

¶AD PRIMVM ergo dicendum quòd effectus non trahit necessitatem à causa prima, sed solùm à causa proxima, ut dictum est. *Vbi supra ad primũ.*

¶Ad secundum dicẽdum, q̃ dictum Philosophi intelligitur de eo qđ aliquid in actu ponit circa subiectũ. qđ postquam positũ est, impossibile est, non esse positum. Sed uerum de futuro nihil ponit circa subiectum, quia non est uerum pro præsenti, sed solùm pro futuro, & ideo nullam habet necessitatem.

¶Ad tertium dicendum, q̃ duplex est necessitas, s. absoluta & conditionata siue respectiua. Necessitas absoluta, quæ opponitur contingentiæ, dicitur necessitas consequentis, quæ est ex causis necessarijs. Necessitas autem conditionata est ex suppositione siue conditione ut dr necessitas consequentiæ. Et hæc nõ opponitur contingentiæ, quia non est ex causis necessarijs absolutè. Nam aliquod contingens necessariò sequitur facta suppositione, ut si ponatur, quòd Socrates currit, necessariò sequitur quòd moueatur.

¶Dicendum est ergo, quòd actus diuinę cognitionis transit super contingẽs (& si futurum in nobis) quia ei semper est præsens sicut transit uisus noster super ipsum, cum est præsens. Et quia omne quod est, dũ est, necesse est, esse, quòd tamẽ absolutè

non est necessarium, ideo in se consideratum est contingens, sed relatum ad Dei cognitionem est necessarium, quia ad ipsam refertur secundum quòd est in esse actuali, cùm æternitati omnia sint præsentia. Non.n. Deus videt tantum hanc rem respectu præcedentis temporis esse futuram, & respectu futuri esse præteritã, sed uidet in tempus, in quo est præsens, & rem esse præsentem in hoc tempore. Vnde omnino simile, est si ego uideam præsentialiter Socratem currere, quod quidem in se contingẽs est, sed relatum ad uisum meum, est necessarium. Vnde secundum distinctionem positam dicendum est, quòd præscitum est necessarium necessitate consequentiæ siue conditionata, & non necessitate consequentis siue absoluta.

¶ Ad quartum dicendum, quod infallibilitas & certitudo præscientiæ Dei prouenit ex hoc, quod rem uidet semper ut præsentem, sicut dictum est. Non tamen ex hoc, quòd res præscita necessitatem absolutam acquirit, sed conditionatã solum, ut iã patuit.

Vbi supra ad quintũ. ¶ Ad quintum dicendum, quod ista propositio, Omne scitum à Deo necesse est esse, est duplex. Potest.n. esse de dicto, & sic est composita, & est uera, quia hoc dictum est necessarium, scilicet scitum à Deo est uerum. Vel potest esse de re, & sic est diuisa & falsa: hanc enim rem quæ ponitur scita à Deo, non est necesse fieri, quia contingenter fit. Et similiter conclusio duplex est. Huius autem distinctionis ratio, est quia potest illud sumi secundum conditionem quę subiacet diuinę scientiæ, & hoc est secundum quod habet esse determinatum in actu, & sic necessitatem habet. Vel potest ista res sumi sine ulla conditione, & sic non est necessarium, quia potest considerari, prout est in causis suis, antequam sit in actu, & ibi habet necessitatem, nec ibi tantum est scita à Deo futura esse, non enim scit Deus effectum contingentum esse determinatum in sua causa, quia esset falsa scientia, cum in causa sua non sit determinatus.

Vbi supra ad sextum circa finẽ. ¶ Ad sextum dicendum, quòd ad hoc argumentum quidam sic respondent, & dicunt, quòd hoc antecedens, scilicet esse præscitum à Deo, est necessarium, nec tamen consequens est necessarium quia illa regula intelligitur tantùm in illis conditionalibus, in quibus antecedens est causa consequentis. Sed quia regula illa non probatur, à Philosopho ea ratione causalitatis, sed ea ratione consequentiæ (secundum quam ex necessario sequitur necessarium, siue sit causa, siue effectus) ideo aliter potest dici, quòd antecedens est necessarium, absolutè tñ ista res non ponitur subiacere diuinæ scientiæ, nisi dum est in actu, secundũ quòd determinationem & certitudinem habet ipsam enim necesse est esse, dum est. Et ideo similis necessitas inferenda est in consequente, ut scilicet accipiatur ipsum, qd est, Socratem currere secundum quòd est in actu, & sic determinationem & necessitatẽ habet. Vnde patet, quòd si sumatur Socratem currere secundum hoc quod ex antecedente sequitur, necessitatem habet, non enim sequitur ex antecedente, nisi secundum quod subsitat diuinæ scientiæ, cui subijcitur, prout consideratur præsentialiter in suo esse actuali: unde sic etiam sumendum est consequẽs. Et hoc modo patet, quod consequens necessarium est: necesse est enim Socratem currere, dum currit.

CAPVT V.

¶ Vtrum prædestinatio habet certitudinem.

1. dist. 40. q. 1. artic. unico. POST HÆC & de prędestinatione restat inuestigare.

¶ De qua hic ad præsens, pręter ea quę dicta sunt, duplex consideratio erit.

¶ Prima quidẽ, utrũ prædestinatio certitudinem hẽat.

¶ Secunda, utrum necessitatem imponat.

¶ AD PRIMVM ergo sic proceditur. Videtur, quòd prædestinatio certitudinem non habeat. Dicitur enim Apoc. 3. Tene qd habes, ne alius accipiat coronam tuam. Aut hoc intelligitur de corona præsentis iustitiæ, aut de corona gloriæ. Sed non de corona præsentis iustitiæ, quia gratia, quam quis habet, eo peccante, destruitur, nec de subiecto in subiectum mutatur. Ergo intelligitur de corona gloriæ. Sed gloria non est alicuius in statu uię, nisi secundum quòd est ei prædestinata. Ergo uidetur, quod unus possit accipere, quod alijs prædestinatum est, & sic prædestinatio certa non erit.

¶ 2 Præterea, Greg. in Mor. dicit, quod alijs cadentibus, in eorum locum alij succedunt. Sed locus gloriæ non potest dici eorũ, nisi quia est ei prædestinatus, ergo idem quod prius.

¶ 3 Item, in Psal. dicitur, Deleantur de libro uitæ, & cũ iustis nõ scribantur. Sed nõ põt deleri de libro, nisi quod ibi scriptũ est. Cùm ergo prædestinatio sit liber uitæ, uidetur quod aliquis à prædestinatione possit deficere, & ita certitudinem non habebit.

¶ 4 Amplius, Eorũ quæ nõ sunt determinata, nec in se nec in causis suis, non põt esse certitudo. Sed motus liberi arbit. (qd est rã ad utrũlibet) non sunt determinati nec in se, nec in causis suis antequam sint. Cùm igitur effectus prædestinationis expleatur motibus liberi arbit. qui sunt opera meritoria, sequitur, quòd prædestinatio nullam certitudinem habeat.

¶ IN CONTRARIVM est authoritas August. in libro de Correptione & gratia, dicentis, Certus est numerus electorum, qui non potest minui, nec augeri. *Cap. 13.*

¶ Præterea, Secundæ Timot. 2. dicitur, Nouit Deus qui sunt eius. Cùm ergo diuina cognitio sit certa & infallibilis (ut supra dictũ est) & prædestinatio in sui ratione præscientiam includat, prædestinatio certa erit.

Vbi supra ad primũ & secundum. ¶ RESPONDEO dicendum, quòd cum diuina cognitio perfecta sit, certa est, & infallibilis. Et ideo non solùm numerus prædestinatorũ Deo certissimus est (licet incertus sit nobis) sed et numerus reprobatum. Sciendum tamen est, quòd secundum statum præsentis iustitiæ, quidam habentes gratiam, perdunt eã, dum in peccata labuntur, & eis cadentibus, in eorum locum alij admittuntur, dum opera ipsorum in charitate facta quæ sibi & alij proderant (secundum quòd charitas omnia merita sanctorum communia facit) ipsis peccantibus, etiam prodesse desinunt ad æternæ uitæ meritum, eorum autem fructus in illis manet, qui in gratia perseuerant. Non tamen ita quòd eadem gratia numero quæ in uno erat, ipso peccante, in alium trãsmutetur. Vnde secũdum statum præsentis iustitiæ, nunquam Ecclesia destituitur existentib. in gratia, quia quibusdam peccantibus, in gratiam alij à Domino aduocantur. Et totum est certissimũ apud Deum, unde Apocal. 3. super illo uerbo, Tene quod habes, &c. dicit gloss. Cùm sit Deo certus numerus suorum, si quis labatur, alius misericordia in locum eius subinducitur, sicut per superbiam Iudæorum Gentilitas subintrauit.

¶ Et per hoc patet responsio ad primum & secundum argumentum.

Vbi supra ad tertiũ. ¶ Ad tertium dicendum, quòd prædestinatio dicitur liber uitæ secũdum quod in ea dicitur aliquid scribi, non solùm quantum ad præsentem iustitiam, sed etiam quantum ad futuram gloriam, & sic nullo modo potest dici aliquis deleri de libro Vitæ. Sed illud quod est ibi scriptum quantũ ad præsentem iustitiam tantùm, dicitur deleri, non mutatione facta ex parte libri, ut in eo aliquid fuerit, quod postmodum non sit, sed ex parte illius, qui in eo scriptus erat, in quantũ s. ipse mutatũ à statu præsentis iustitiæ.

Vbi supra ad quartum. ¶ Ad quartum dicendum, quod contingens futurum (ut motus liberi arbit.) quamuis non sit determinatum in causa sua, est tamen determinatum in esse suo secundum quod est in actu. Et sic subiacet certitudini præscientiæ, sicut supra dictum est de futuris contingentibus in præcedenti capite.

CAPVT VI.

¶ Vtrum prædestinatio necessitatem imponat.

DEINDE inuestigandum est, utrum prędestinatio necessitatem imponat. Et uidetur quòd sic, quãdocunque enim aliqua causa est tantæ uirtutis ad producendum effectũ, quòd impediri non potest, necessitatem & coactionem inducit. Sed prædestinatio (quę est causa salutis hominum) uoluntatem Dei nominat, quæ impediri non potest. Vñde dicitur Hester 13. Non est, qui tuę possit resistere uolũtati. Ergo prædestinatio necessitatem imponit. Cui rei uidetur attestari Apostolus Roman. 9. dicens, cuius vult miseretur, & quem vult indurat. Et Psal. Omnia quæcunque uoluit, Dominus fecit.

¶ Præterea, Nulla uolũtas ligata uel impedita ad eliciendũ proprium actũ, est libera sed coacta. Sed uoluntas humana per prædestinationẽ ligatur & impeditur ad eliciendũ actũ proprium, qd est uelle, ut uidetur dicere Apostolus ad Roma. 9. dum dicit. Non est uolentis, nec currentis, sed miserentis Dei: Interli. non est uolentis, scilicet uelle, & currentis, scilicet currere, idest, operari. Ergo uoluntas humana per prædestinationem cogitur. Et sic idem, quòd prius. Hoc idem confirmatur per id, quod dicitur Philipp. 2. Deus est, qui operatur in nobis, & uelle & perficere pro bona uoluntate, scilicet sua, ut dicit Interli. Ergo talis erit unusquisq;, qualem vult Deus, cùm nihil possit, nisi quod Deus vult. Ad idem ostendendum ualet id quod dicitur Ioan. 6. Nemo potest uenire ad me nisi Pater, qui misit me, traxerit eum.

¶ Vlterius, Videtur, quòd Deus sit causa reprobationis, & excæcationis, sicut est causa prædestinationis, & eodem modo reprobationi necessitatem imponat. *1. dist. 40. q. 4. ar. 2.*

¶ Primò per id quod dicit Apostolus 2. Cor. 4. Deus huius seculi excæcauit mentes infidelium, & una glo. exponit hoc de Deo uero: Ergo ipse est causa excæcationis.

¶ Ad idem est, quod dicitur Rom. 9. Cuius vult, miseretur, & quem vult indurat.

¶ Amplius, Secundũ Philosophum in Posterioribus, si affirmatio est

ho est causa affirmationis, & negatio est causa negationis. Sed uelle diuinum est causa, quod iste habeat gratiam, quia s. ipse Deus vult. Ergo uidetur, quòd non uelle Dei, sit causa, quare iste gratiam non habeat. Sed hoc est obduratio. Ergo ex parte Dei accipienda est causa obdurationis.

¶ Præterea, Sicut dicit Philosophus in 2. Physi. id, quod per sui præsentiam est causa salutis nauis, scilicet gubernator, per sui absentiam est causa periculi. Sed Deus per sui præsentiam in aĩa est causa gratiæ. Ergo per sui absentiam est causa obdurationis.

¶ SED CONTRA. Nullus iustè culpatur vel laudatur punitur uel remuneratur de eo, quod ipsi necessitatem & coactionem ingerit & cuius causa in ipso non est. Sed homo iustè laudatur uel culpatur, punitur uel remuneratur de his, quæ ab eius uoluntate procedunt. Ergo prædestinatio uoluntati hominis necessitatem non ingerit, & obdurationis causa non existit.

1. dist. 40. q. 3. art. 1. cor. post med.

¶ RESPONDEO Dicendum ad primam quæstionem, quòd licet prædestinatio certitudinẽ habeat, nõ tamen illa certitudo necessitatem saluandis imponit, sicut enim suprà dictũ est 10. c. Prædestinatio in suo intellectu includit præscientiã, uoluntatẽ, & prouidentiam. prouidentia aũt quamuis sit omnium (vt dictum est) non tñ omnia necessariò eueniunt, sed secundũ conditionem proximarum causarum, quarũ naturas & ordinẽ prouidentia non destruit, sed conseruat. Præscientia ẽt non imponit necessitatem rebus, nec inquantũ est eã, cùm sit causa prima, cuius conditionem effectus non sequuntur, sed causæ proximæ. Nec inquantũ certitudinem & determinationem hẽt, quia illa certitudo diuinæ præscientiæ attenditur, non secundũ quòd res est in suis causis (in quibus est, ut possibile futurum tñ) sed secundũ quòd habet esse determinatum in actu, prout est præsens, & non futura, ut suprà expositum est capit. 4. Voluntas ẽt cùm sit cã uniuersalis, & prima omnium rerum, non excludit oẽs proximas causas secũ. Nec hoc est ex insufficientia uoluntati, sed ex ordine sapientiæ ipsius, qui suos effectus mediantib. alijs causis prouenire disposuit, ut sic etiam causandi dignitas creaturæ communicaret. Vnde diuinæ uolũtatis efficacia exigit, ut non solùm sit, quod Deus vult, sed etiam, ut hoc modo sit, sicut Deus vult, illud esse. Et ita patet, quòd certitudo prædestinationis nullam necessitatem saluandis imponit.

1. q. 19. ar. 7. ad 2. Et 1. con. c. 80 ratione 1. Et ls. 3. 2. 7. ad me.

1. d. 47. q. 1. ar. 2. ad 2.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, quod quamuis Dei uoluntas sit immutabilis & inuincibilis, non tamen sequitur, quod omnis effectus eius sit necessarius necessitate absoluta (quam habet res à causa sua proxima) sed solum necessitate conditionata, sicut, etiam de præscientia dictum est.

¶ Ad autoritatem autem Apostoli, qui dicit, Cuius vult miseret, &c. dicendum est, quod Apostolus intendit, quod Deus non prædestinat aliquẽ, uel infundit ei gratiam coactus quasi ex necessitate naturæ, uel iustitiæ uel ex meritis præcedentibus alicuius, sed ex mera liberalitate uoluntatis suæ. Et quòd ita debeat intelligi, patet per literam præcedentem de Iacob & Esau, de quibus ibi dicitur, Cum. n. nondum nati essent, aut aliquid boni egissent aut mali ut secundum electionem propositum Dei maneret, non ex operibus sed ex uocatione dictum est ei, quia maior seruiet minori.

¶ Autoritas. n. Psalmistæ nõ cogit dicere, quòd uoluntas Dei necessitatem imponat, sed quòd semper infallibiliter impleatur. Sciendũ tñ est, quòd Deus dicitur uelle aliquid dupliciter. Vno modo ꝓpriè: & sic dicitur uelle aliquid, cuius uoluntas uere in eo est, & quod sibi complacet. Et hic dicitur uoluntas bene placiti, quæ semper in omnibus infallibiter impletur. Et de hac loquitur Psal. & Isa. 46 Omnia uoluntas mea fiet Alio modo dicitur uelle aliquid metaphoricè, id est per similitudinem, eo quod ad modum uolentis se habet, inquantum præcipit uel consulit, ꝓhibet uel permittit aliquid. Et hæc dicitur uoluntas signi, quæ nõ semper impletur. De qua dicit Apostolus 1. ad Timot. 2. Qui vult oẽs homines saluos fieri. Cum tamen omnes salui nõ fiant, sed multi damnentur. De hac etiam dr Matth. 23. Quoties uolui cõgregare filios tuos, quemadmodum gallina congregat pullos suos sub alas suas, & noluisti.

1. di. 8. ar. vel cor post principiũ.

¶ Ad aliud dicendum, quod uoluntas humana per prædestinationem non ligatur, nec impeditur ad eliciendum proprium actũ sed iuuatur. Ideo autem dicit Apostolus, quod non est uolentis uel le, nec currentis currere sed miserentis Dei, quia nemo põt per conatum propriæ uoluntatis consequi gratiam, uel per naturalia propria opus gratuitum elicere sine diuino auxilio. Vnde ipse Christus dicit Ioan. 15. Sine me nihil potestis facere. Cuius rõ est, quia licet uoluntas hominis libera sit, tamen hanc libertatem non habet nisi a Deo, qui est causa efficiens hmõi libertatis. Et sicut dicitur in lib. de Causis, Omnis causa primaria plus est influẽs super suum causatum, quàm causa secunda, quia uirtus & esse causæ secundæ totũ est a causa prima, & sic actus & operatio causæ secundæ reducitur in cãm primã, cuius uirtute operatur. Et per hunc modum dicit Apostolus, quòd Deus operatur in nobis uelle & perficere.

¶ Ad id uero, quod dr, Nemo potest uenire ad me, nisi Pater meus traxerit eum, dicendum, quòd homo trahitur tripliciter aliquando. n. trahitur uiolentia sicut Susanna trahebatur ad mortem, ut dicitur Dan. 13. & Eleazarus trahebatur ad supplicium, ut dicitur 2. Macha. 6. Et de hac tractione dicitur Prou. 24 Qui trahũtur ad interitum liberare ne cesses. Aliquando uero trahitur homo amore uel delectationibus allectus, uel bñficijs prouocatus, sicut trahitur puer, uno uel pomo sibi ostenso, vnde dicitur, Trahit sua quemque uoluptas. De hac tractatione dicitur, Oseæ 11. In funiculis Adam traham eos, in uinculis charitatis. Et Canti. 1. Trahe me &c. & Ioan. 12. Si exaltatus fuero à terra, oĩa traham ad meipsum. Aliquando aũt trahitur timore suppliciŋ territus, sicut trahuntur qui timent supplicia. De hac tractione dicitur Iacobi 2. Nonne diuites ꝑ potentiã opprimunt uos, & ipsi trahunt uos ad iudicia? Tractio ergo ista, de qua loquitur Christus (vt ostendit glos.) non est uiolentiæ, necessitatis, nec iniurij, sed uoluntatis & desiderij.

¶ AD SECVNDVM quæstionem dicendum, quòd reprobatio in suo intellectu tria includit, scilicet æternam præscientiam meritorum, temporalem obdurationem siue excæcationem, & finalem damnationem. Primum scilicet præsciẽtia meritorum causam non habet, cum enim Deus non accipiat cognitionem a rebus, sicut nos accipimus, sed ea seipso res intelligat & cognoscat, nullo modo res futuræ possunt dici causa præscientiæ Dei, sicut supra in fine tertij cap dictum est.

¶ Item, Cum præscientia secundum propriam rationem non aliud dicat nisi simplicem notitiam futurorum, non importat aliquam causam, & ideo futurorum & præcipue malorum causa est non potest, sicut suprà 3. c. dictum est secundum hoc reprobatio est tantum præscientia culpæ, sed non causa

¶ Secundum autem & tertium, s. temporalis obduratio & finalis damnatio, duplicem causam habent, unam ex parte hoĩs per modum meriti, aliam ex parte Dei per modum iustitiæ, culpæ meritæ pœnam adhibentis. Obduratio. n. quandoque dicitur actus uoluntatis obstinatæ malo cui pertinaciter adhæret. Et sic constat, quod obdurationis cã non est Deus, sed homo, sicut nec alterius actus peccati inquantum deformis est. Aliquando autẽ obduratio dr ipsa priuatio gratiæ, quæ etiam excæcatio dicitur: quia gratia est quoddam lumen animæ: & perfectio quædam habilitans ipsam ad bonum. Aliquem autem carere gratia, ex duobus contingit, tum quia ipse non vult recipere, tũ quia Deus non ei infundit, uel non vult infundere. Horũ aũt duorũ talis est ordo, ut secundum non fit nisi ex suppositione primi. Cũ. n. Deus nihil uelit nisi bonum, non vult aliquẽ gratia priuare, nisi secundum quod bonum est, sed quod aliquis careat gratia, nõ est bonum simpliciter. Vnde hoc absolutè consideratum, nõ est uolitum à Deo. Est tamen bonum ut careat gratia, si eam habere non vult, uel si negligenter ad eã habendã se ꝓparat, quia iustũ est, & hoc modo est uolitum à Deo. Patet ergo quòd huiusmodi absolute causa prima est ex parte hominis qui gratia caret, sed ex parte Dei non est causa huius defectus, nisi ex suppositione illius, quòd est causa ex parte hominis. Et per hunc modum quandoque inuenitur Deus dici causa excæcationis uel obdurationis, non quidem immittendo malitiam: sed non impertiẽdo gratiam: sicut nec digni sunt: ut dicit Aug. Si enim non necessariò impertitur in ipso est impertiri, & non impertiri, unde eius quod est, non impertiri, aliquo modo causa est. Obduratio igitur ex parte hominis habet rationem culpæ: sed ex parte Dei habet rõnem iustitiæ Similiter finalis damnatio habet duplicẽ causam scilicet ex parte hominis, commissionẽ culpæ, & ex parte Dei, illationem pœnæ.

¶ Et per hoc patet responsio ad primas duas autoritates, quòd Deus excæcat mentes infidelium, non impertiendo malitiam, sed iuste subtrahendo gratiam. Similiter, obdurat quem vult: quia non cogitur cuiquam indigno conferre gratiam. Nec est contra uoluntatem Dei: sed secundum uoluntatem ipsius, quòd aliquis pro merito malitiæ suæ obduretur inquantum obduratio dicit pœnam, iusto iudicio culpæ obstinationi illatam.

¶ Ad tertium dicendum, quod effectus non sequitur nisi concurrentibus omnibus causis: sed ex defectu unius causæ tñ consequitur negatio effectus. Dico igitur, quod causa gratiæ sicut agens, est ipse Deus. & sicut recipiens, ipsa anima per modum subiecti & materiæ. Et ideo quia formæ inductæ non est causa materia neque subiectum, nisi sit tale subiectũ, ex cuius principijs fluit accidens (quale accidens non est gratia) ideo nõ dicitur simpliciter aĩa causa gratiæ, sed recipiens tantum: Deus autem est causa, dicitur tamen anima causa malitię. Nec oportet, quod omnis defectus incidat ex parte agentis, sed potest incidere ex parte recipientis. Et ita est in ꝓposito: ipsa enim anima est causa obdura

tion…,

tionis, inquantum obduratio culpam dicit.

¶ Ad quartum dicendum, quòd Deus quãtum est in se, nulli est absent. sed homo à Deo præsente se absentat sicut se absentat à præsenti lumine, qui claudit oculos. Et ideo nõ est simile, quod pro simili ponitur.

CAPVT VII.

¶ Quare Deus licet hominem, quem præscit esse damnandum.



LTIMO considerandum est, quare Deus facit hominem quem præscit esse damnandum. Sunt enim quidam uesani, qui Deo in hoc iniquitatis maculã imponere non uerentur, dicentes eum iniquum & impium, qui opus suum facit ad intolerabiles, & interminabiles cruciatus.

¶ Rationes igitur adducẽdæ sunt ad tantam nefaniam refrenãdam, & Dei iustitiam demonstrãdã. Et primo ostendendum, est ꝙ voluntas Dei facientis hominem quæ præscit esse damnandum, non est iniqua. Deinde ponendæ sunt rõnes probabiles, quare Deus facit hominem, quem præscit esse damnandũ. Scĩendum est itaque, ꝙ ratio, quare Deus hoc facit, est sua uoluntas q̃ causa est omniũ, quæ ab eo sũt: unde dicit Aug. in 3. lib. de Tri. Non nisi Dei uolũtas causa prima est sanitatis & ægritudinis, præmiorum atque pœnarum, gratiarum & retributionũ. Hæc igitur sola est, unde ortum est, quicquid est. Voluntas autẽ eius iniusta uel iniqua esse non põt. Ex duobus enim contingit uoluntatem alicuius à rectitudine deuiare: videlicet aut ex ignorantia, aut ex affectione peruersa. Quæ quidẽ duo in Deo inesse non põt. Cũm sit summè sapiens, ignorantia in eũ nõ cadit: vnde dr̃ Iob. 12. Apud eum est sapientia, & fortitudo: & ipse habet cõsilium, & intelligentiam. Et ideo clamat Apost. Rom. 11. O altitudo diuitiarum sapientiæ, & scientiæ Dei, &c. Hinc ẽt Iob. 9. dr̃: Sapiens corde, & fortis robore. Item cum omnis artifex naturaliter diligat opus suum, impossibile est, opificem omnium odire aliquam creaturam: & ideò affectio inordinata in eo esse non potest. Vnde dr̃ Sapp. 11. Diligis oĩa, quæ sunt, & nihil odisti eorum, quæ fecisti, nec ẽt odiens, aliquid constituisti, aut fecisti. Ex his ergo apparet, Dei uoluntatẽ creatricem omnium iustissimã forte, nec maculam aliquam iniquitatis habere. Et hoc est q̃d dr̃ Deut. 32. Deus fidelis, & absq; ulla iniquitate iustus & rectus. Itẽ Abac. 1. Mundi sunt oculi tui, ne uideas malum, & respicere ad iniquitatem non poteris. Et ideo dicit Psal. Iustus dominus, & iustitias dilexit, quantum ad ornatissimam affectionẽ æquitatem uidit vultus eius, quantum ad perfectissimã cognitionem. Licet autẽ Deus sit rectissimus, & nihil odiat eorum, quæ fecit, dicitur tamen odire aliqua metaphoricè, non inquantũ ab ipso procedunt, sed inquãtum egrediuntur à regula rectitudinis suę illud. n. quod non esse uolumus, odire dicimur: vnde cum mala fiant contra regulam rectitudinis eius (quia sunt priuatio modi, speciei, & ordinis, ut dicit Aug.) ea vult non esse: & iõ malos odio habere dr̃. Vnde Sap. 14. Odio sunt Deo impius, & impietas eius. Dicitur ẽt odire illos, quorum punitionem vult. Sic. n. ad modum odientis se habet. Et ideo dicit Psal. Odisti omnes, qui operantur iniquitatem: perdes oẽs, qui loquuntur mẽdacium. Quia uero diuina uoluntas est causa rerũ omnium, ipsa cãm habere non potest. Voluntati. n. finis causa uolendi est, finis autẽ diuinæ uoluntatis est sua bonitas, ipsa. n. bonitas Deo est causa uolendi. Et idem dicit Aug. in lib. 83. Quæstionum: quod uoluntatis eius causa quærenda non est: nam ut idem dicit in libr. cõtra Manichæos: Qui dicit, quare Deus uoluit facere cœlum & terram maius aliquid quærit quam sit uoluntas Dei: nihil autẽ maius inueniri potest. Quamuis autẽ diuina uoluntas cãm non habeat aliquid creatum: nihilominus tñ potest ei aliqua uolendi ratio assignari, uel bonitas ipsius, uel aliquid quod ad bonitatis, uel sapientiæ ipsius pulchritudinem ordinetur. Si. n. nulla posset diuinæ bonitatis ratio assignari, cogeremur in quorũdã errorem declinare, dicẽtium, omnia procedere à Deo sedm simplicem uoluntatem, ut de nullo oporteat reddere rationẽ, quare * Deus vult. Quòd diuinæ Scripturæ manifeste contrariat, q̃ Deum perhibet secundum suam sapientiam omnia fecisse secundum illud Psal. Oĩa in sapientia fecisti, &c. Eccles. 1. dicitur ꝙ Deus effudit sapientiam suam super omnia opera sua. Aug. ẽt in lib. 11. super Genes. ad lit. dicit, Mouentur quidam dicẽtes. cur creauit Deus, quos futuros malos pscìebat? Et rñdens dicit quia præuidit, quid boni de malis eorum esse facturus: sic enim eos fecit, ut in eis relinqueret, unde & ipsi aliquid facerent, quo quicquid etiam culpabiliter eligerent, illum de se laudabiliter operantem inuenirent.

* Alias nisi quia.

¶ COMPESCAMVS igitur humanam temeritatem, quę Deo iniquitatis maculam imponere se non ueretur, & approbãtes diuinam iustitiam, assignemus aliquas rationes, quare Deus creat hoiem, quem præscit esse damnãdum. Sit igitur prima rõ talis ex parte diuinæ liberalitatis, Melius est esse aliquid cũ aliquo defectu, quam non esse simpliciter. Cum autem in peccatore damnando duo sint: uidelicet natura, q̃ bona est, & culpa, q̃ mala est non, debuit Deus pp culpam subtrahere naturam alias liberalitatẽ suam subtrahere uideretur. Sicut uidemus, ꝙ bonus artifex arcam facit, quam etiam præscit aliquam maculã contractura. Et hæc rõ potest colligi ex illo uerbo Apost. 2. Timoth. 2. Si non credimus, ille fidelis permanet negare seipsum non potest. Si autem obijciatur, ꝙ artifex si sciret arcam in breui cõburendam, eam non faceret, respondendum est. ꝙ si artifex sciret etiam in ipsa combustione suam sapientiam relucere, & arcam in igne non deficere, non pp hoc se subtraheret à factione ipsius. Vnde cum Deus sciat etiam in damnatis suam iustitiam & suam sapientiam relucere (dum culpam per supplicium punit) conueniens est, ut propter hoc non se subtrahat.

¶ Secunda ratio sumitur ex parte diuinæ prouidentiæ. Bonũ. n. totius, est melius quàm bonum particulare. Nam bonum particulare ordinatur ad bonum uniuersale, sicut imperfectum ad pfectum. Ad ordinatam ergo prouidentiam pertinet potius promouere & conseruare bonum uniuersale, quã bonum particulare, & aliquando propter bonum uniuersale particulare negligere: imò aliqñ contra particulare propter uniuersale facere. Sicut ad conseruationem Reip. principes & rectores suspendunt latrones, & interficiunt homicidas. Cum igitur natura humana p generationem propagetur & conseruetur: si Deus hominem dãnandum propagari uel nasci nõ sineret, uel animam nõ infunderet, ordinẽ generationis humanæ destrueret, & sic bono uniuersali particulare præponeret, & rectitudo suæ puidentiæ caua fateretur: quod penitus est absurdum. Congruum est igitur ut pp generalius bonum fiat homo etiam damnandus, Deo aliquid melius prouidente: ut dicit Apost. ad Heb. 11.

¶ Tertia ratio sumitur ex parte diuinę prouidentiæ & reuerẽtię simul. Nã quanto magis rector auget Rempub & ipsos Reipubl. conseruatores gloriosius promouet, & prioribus donis remunerat: ẽt eum supplicijs aliquorum, deprimendo. s. & cruciando eorum aduersarios & Reipubl. destructores: tanto laudabilior redditur. Cũm igitur gloriam beatorum augeat consideratio tormentorum hostium suorum, quæ ipsi Dei beneficio euaserunt, congruum fuit ut Deus etiã homines conderet quos sciebat esse damnandos. Beatis. n. accrescit gloriã de perditione malorũ. tum quia gaudent de uindicta eorũ, iuxta illud Psal. Lętabitur iustus, cum uiderit uindictam. Tũ quia ipsi eorũ supplicia euaserunt: & propter hoc in gratiarum actiones & laudem & reuerentiam exuberant Creatoris secũdum illud 2. Machab. 1. De magnis periculis à Deo liberati magnifice gratias agim͛ ipsi. vnde dr̃ in Psal. Lætetur mons Sion & exultent filiæ Iudæ, propter iudicia tua domine. Et ideo dicit Aug. super Genes. Frustra dr̃ Non debet Deus creare, quos præsciebat malos futuros: sciebat enim eos bonis profuturos: & iustè pro mala uoluntate puniendos. Hanc rationem innuit Apost. Rom. 9. dicens, uolens Deus ostendere iram, & notam facere potẽtiã suam, sustinuit in multa patientia uasa iræ, apta in interitum, ut ostenderet diuitias gloriæ suæ in uasa misericordiæ, quæ præparauit in gloriam.

¶ Si autem obijciatur, quòd nullus debet procurare propriã reuerentiam & aliorum utilitatem cum dispendio aliorũ, respõdendum est, ꝙ hoc uerum esset: si fraudulentia, uel aliqua iniustitia committeretur, sed quando iustitia non deserit, sed seruatur (ut in proposito fit: sicut ostensum est supra) semper dẽt bonorum utilitas procurari.

¶ Quarta ratio sumitur ex parte diuinæ potentiæ & sapiẽtiæ simul. Nullus enim Rex præpotens & ueritatem diligẽs, debet occultare potentiam suam, & impotentiam simulare: ne infirmus & impotens reputetur. Item nullus bonus artifex debet occultare sapientiam suam, & ignorantiã simulare, ne insciens uideat. Vnde dicitur Eccles. 20. Maior est, qui celat insipientiã suam, q̃ homo, qui abscondit sapientiam suam. Si ergo Deus nõ fecisset quem sciebat esse damnãdum, potuisset inscius & impotens reputari: & quòd plus posset malitia, q̃ diuina potentia uel sapiẽtia. Cuius contrarium scriptum est Sapien. 8. Sapientia uincit malitiam, attingit enim à fine usque ad finem fortiter, & disponit omnia suauiter.

¶ Hanc rationem tangit Apostolus Rom. 9. cũ dicit, An non habet potestatem figulus luti, ex eadem massa facere aliud quidẽ uas in honorem, aliud uero in contumeliam?

¶ Si autem subijciatur, quòd nullus debet ostendere potentiam suam in alicuius iniuriam: respondendum est, quòd Deus ex hoc nulli facit iniuriã, uel iniustitiam, nec hõ de Deo iustè cõqueri potest. nam quicquid boni habet à Deo habet. s. esse suũ. Malitiam autem habet à seipso: ut supra ostensum est. Vnde dicit Augu. super Genes. loquens de futuris damnandis, A se habent

bent voluntatem malam, à Deo naturam bonam & iustã pœnã. Quòd autẽ homo de bono conqueratur iniustum est, & ideo dicit Apost. Rom. 9. Nunquid iniquitas est apud eum? absit, & subditur, Nunquid dicit figmentum ei, qui se finxit, Quid me fecisti sic? Et Isa. 45. Væ qui contradicit factori suo: testa de samijs terræ, nunquid dicit lutum figulo suo, quid facis?

¶ Si autẽ obijciatur, ꝙ damnatus vellet potius non esse quàm sic esse, iuxta illud Mat. 26. Bonum erat illi, si non natus fuisset homo ille. ergo iniustitia fit illi: dicendũ est: ꝙ licet damnati vellent potius non esse q̃ sic esse, non tamen absolutè uellent non esse. Nullus enim potest simpliciter appetere destructionem sui esse, propter naturalem appetitum cuiuslibet rei ad esse. Cùm autem esse absolutum sit melius quàm conditionatum, non debuit Deus ꝑ appetitum conditionum, absolutum esse cassare.

¶ Quinta ratio sumitur ex parte humanę arrogantiæ. Si. n. Deus non fecisset aliquem hominẽ damnandũ, humana præsumptio salutẽ suã propter sua merita, & non Dei gratiæ ascripsisset: dum credidisset per virtutẽ propriam, & suis naturalibus, uel ex suis operibus se posse saluari. Hæc ratio tangitur Rom. 9. cum dr̃ vt secundum electionẽ propositum Dei maneret: nõ ex operibus: sed ex uocante dictum est, &c. Vnde Tit. 3. dicitur, Non ex operibus iustitiæ, quæ fecimus nos, sed secundum misericordiam suam saluos nos fecit. Et ideo ad humiliandam humanam superbiam loquitur Iob 40. dicens, Nunquid irritum facies iudicium meum, & condemnabis me, vt tu iustificeris? Et si habes brachium sicut Deus, & si uoce simili tonat, circunda tibi decorem & in sublime erigere, & esto gloriosus, & ego confitebor, quòd saluare te possit dextera tua.

¶ SVNT etiam nonnulli, qui secundum suã dementiam, diuinã prouidentiam reprehendunt dicentes, quòd Deus talem hominem facere debuit, ꝙ omnino peccare non posset, sequentes potius suam fatuam conceptionem, quàm diuinæ prouidentiæ rectissimam rationem. Si enim Deus creasset hominem talem ꝙ peccare non posset, plura inconuenientia sequerentur.

¶ Primum inconueniens est, ꝙ libertas arbitrij tolleretur, & per consequens natura & nobilitas hominis cassaretur. Nobilitas enim hominis in hoc consistit, quod liberam habet electionẽ, dum ad utrumlibet flecti potest. Quod quidẽ animalia bruta, quæ carent rõne, non habent, licet sensum & sensualitatis habeant appetitum. Vnde dicere, ꝙ Deus facere debuisset hominẽ qui peccare non posset, simile est ac si diceretur, ꝙ debuisset eũ facere animal brutum, uel aliquid aliud minus nobile. Talibus contingit sicut dicit Psal. Homo cum in honore esset, non cognouit seipsum, comparatus est iumentis insipientibus: & similis factus est illis. Hominis ergo nobilitas, quam cõtulit ei Deus, est ꝙ habeat arbitrij libertatem, per quam potest ad vtrumlibet flecti, habens discretionem boni & mali. Vnde dicitur Eccl. 15. Deus ab initio constituit hominem, & reliquit illum in manu consilij sui. Et subditur, Ante hominem uita & mors, bonũ & malum: quòd placuerit ei, dabitur illi. Et ideò dicit Psal. Minuisti eum paulo minus ab Angelis, &c.

¶ Aliud inconueniens est, ꝙ meritorum & præmiorum ratio, & iustitia deperiret. Nullus enim meretur de eo, cuius causa & libertas in ipso non est. Vnde dicit Poeta. Quid meruere boues animal sine fraude doloso? Vnde ratio merẽdi ex parte nostra est in libertate arbitrij. Et cum omne præmium cælestis ex merito, cui respondet: si meritum non esset, sublata libertate arbitrij, præmium non daretur: secundum illud Apost. 2. Timot. 2. Non coronabitur, nisi qui legitimè certauerit. Ad hoc ergo, ut cęleste præmium daretur homini, oportuit ut meritum præcederet causatum ex conatu arbitrij, cui tale præmiũ datur: sicut dicit Apost. 2. Tim. 4. Bonum certamen certaui, cursum cõsummaui, fidem seruaui: in reliquo reposita est mihi corona iustitiæ, quam reddet mihi Dominus in illa die iustus iudex, &c.

¶ Tertium inconueniens est, ꝙ bonitati & perfectioni Vniuersi detraheretur. Nam perfectio Vniuersi consistit in hoc, ꝙ omnes gradus bonitatis creaturę communicabiles contineat. Si autem natura humana à suo gradu translata, in altiorem per Dei prouidentiam mutaretur, quamuis aliquod bonum humanæ naturæ accresceret: tamen bonitati Vniuersi aliquid detraheret, dũ nõ omnes gradus bonitatis impleti essent, illo gradu ex quo natura humana translata esset, uacuo remanente. Cum autẽ bonum Vniuersi excedat bonũ particulare cuiusq; naturæ creatæ (sicut et à bonum gentis excedit bonum singularis hominis, ut in 1. Eth. dicitur) debuit Deus humanam naturam facere, qualem fecit: scilicet quæ peccare posset: vt omnes gradus bonitatis impleret. Vnde dicitur Deut. 32. Dei perfecta sunt opera.

¶ Quartum inconueniens est, quia impediretur illud ex quo apparet Deus laudabilis. Nam in peccatis apparet etiam Deus multum laudabilis, dum per misericordiam parcit, & per iustitiam punit. Cùm ergo id ex quo apparet Deus laudabilis, non debeat impedire, non debuit Deus omnino impedire peccatũ, faciendo hominem, qui peccare non posset, ut perpetuò dici posset illud Psal. Magnus Dominus & laudabilis nimis, &c.

¶ Quintum inconueniens est, quia si homini daretur, ꝙ peccare non posset secundum conditionem suæ naturæ, arbitrij libertate seruata, quædam contradictionis implicatio sequeretur. Arbitrium enim ideò dicitur liberum, quia ad utrumlibet flecti potest: potest enim aliquid facere & non facere, & potest facere bonum & malum. Si ergo haberet liberum arbitrium ad peccandum, & peccare non posset per naturam, duo contradictoria essent simul, quod est impossibile.

¶ Si autem obijciatur de arbitrio diuino vel angelico, ꝙ cum sit liberum, peccare non potest: dicendum est, ꝙ cùm Deus non habeat esse causatum, vel dependens ab aliquo, secundũ conditionem suæ naturæ, deficere nunquam potest, nec quantum ad esse, nec quantũ ad rectitudinem bonitatis. & ideo peccare non potest. Sed quælibet creatura hẽt esse depẽdens & causatum ab alio, scilicet à Deo. & ideo secundum conditionem suæ naturæ quælibet creatura deficere põt, & quantum ad esse & quantum ad rectitudinem uoluntatis. Vnde dicit Greg. ꝙ omnia tenderẽt in nihilum, nisi manu Conditoris tenerent. Et ideo quibuscunque conferetur, ut in bono sic confirmentur, ut peccare non possint: hoc non habent per naturam, sed per Dei gratiam: per quã filij Dei efficiuntur, & quodammodò diuinæ naturæ cõsortes: secundum illud Psal. Ego dixi dij estis, & filij excelsi omnes.

¶ Patet igitur ex præmissis, ꝙ omnia quæ à Deo fiunt, & bona & ordinata sunt. Et ideò dicitur Genes. 1. Vidit Deus cuncta quæ fecerat: & erant valdè bona. Apostolus etiam dicit Rom. 13. Quę à Deo sunt, ordinata sunt.

PRÆDICTORVM EPILOGVS.

¶ Non posset naturaliter ab homine sciri, quare Deus in particulari hunc prædestinet, & hunc vel illum reprobet.




VAMVIS autem superius inductæ sint rationes ad ostendendum, ꝙ nulla iniustitia apud Deum est, ex eo ꝙ facit hominem, quem præscit esse damnandũ: vnusquisq; tamen caueat diligenter, ne nimis temerarius præsumat assignare causam in speciali, quare hunc, uel hos determinatè Deus eligat, & illum uel illos non eligat. Hoc enim nullus mortaliũ scire potest, nisi fortè Deus vellet hoc alicui specialiter reuelare. Vnde dicit Aug. Cur potius hunc vel illum Deus liberet, uel non liberet, scrutetur, qui põt tã magnum profundum iudiciorũ Dei: uerũtamen caueat præcipitium. Sic quare hunc trahat & illũ nõ trahat, noli dijudicare, si non vis errare. Et Rom. 12. Non plus sapere, quàm oportet sapere, sed sapere ad sobrietatẽ. Qui enim hoc præsumeret perscrutari, Deo non præstaret obsequiũ, sed sibijpsi iudiciũ generaret: iuxta illud Prouerb. 25. Sicut qui mel multum comedit, non est bonum: sic qui perscrutator est maiestatis, opprimatur à gloria: illo scilicet disponente, à cuius narratione cunctæ linguæ deficiunt. Qui & ipse consummatio sermonum existens, est Rex regum & Dominus dominantium, cuius potestas non auferetur, & regnum non corrumpetur in secula seculorum, Amen.

¶ Insignis angelici Doct. diui Tho. Aquin. de diuina pręscientia prædestinatione tractatus, per Io. Dauiel, sacræ paginæ baccha-lariũ Louanien. studiosissimè recitus & correctus explicit.

LAVS VNI ET TRINO.

FINIS.






L A

NOTIZIE SUL RESTAURO EFFETTUATO DAL LABORATORIO RESTAURO SAN GIORGIO DI ADRIANO PANDIMIGLIO

Segnatura: 31.7.F.11

SINTESI DELLE OPERAZIONI EFFETTUATE CON SPECIFICAZIONE DELLE SOSTANZE, DEI MATERIALI E DELLE TECNICHE IMPIEGATE

Documentazione fotografica su CD dei danni principali prima dell'intervento. Smontaggio parziale. Accurata pulizia a secco di tutte le carte con pennello morbido a setole stondate e sgommatura dei bordi con spugna di gomma whisab. Lavaggio in acqua deionizzata dei primi due e ultimi due fascicoli. Ricollatura a pennello con Tylose mh 300p al 1,5% delle carte trattate per via umida. Restauro delle carte con carta giapponese di adeguato spessore e colore, suture tagli e rammendo alla piega con velina giapponese e con Tylose mh 300p al 3%. Nuove carte di guardia in carta Ingres. Consolidamento della cucitura originale in pelle allumata. Nuovi capitelli in carta come originali. Nuova indorsatura in carta giapponese. Nuovi quadranti in catone Canson. Nuova legatura in mezza pergamena con angoli e recupero e restauro dei piatti originali in carta a mano con cartellino. Recupero dei tasselli in pelle sul dorso. Cartella per la conservazione delle vecchie legature.

Roma, 4/06/2010

